Sala R
Gab.
Est.
Tab. 22
N.º 11

R
22
11



# EMANVELIS COSTAE

IVRECONSVLTI LVSITANI COM
MENTARIA, IN .§. ET QVID SI TANTVM.
L. GALLVS. ff. DE LIBE. ET POSTHV.

CONIMBRICAE.

*Cum priuilegio nequis in Hiſpaniarum Regnis Excudat, aut uendat intra decennium.*

ANNO. M. D. XLVIII.

Conv.to de Coimbra
UNIVERSIDADE DE COIMBRA LIVRARIA
BIBLIOTECA DA UNIVERSIDADE COIMBRA

## INDEX LEGVM DVNTAXAT INFORTIATI, quæ in his commentarijs nouo, aut non vulgari ſenſu ſingulariter explicãtur: præter alias .ff. Veteris, & Noui, item Codicis, quas in generali indice inuenies.


*Vbi pupillus educari debeat.*

L. Qui filium, cum multis ſimi. pag. 95.

*De libe. & poſthu.*

L. 3. §. Purè. pag. 103.

L. 3. §. Filius. pag. 104.

L. Poſthuma. pag. 96.

L. In ſuis. pag. 100.

L. Gallus. §. Idem credendũ, in princi. p. 92

L. Gallus. §. Et quid ſi tantùm. pag. 92.

L. Gallus. §. In omnibus, in princi. pag. 8.

L. Gallus. §. In omnibus in fine. pag. 99.

L. Inter cætera. pag. 94.

*De inuſto rupto.*

L. 3. §. Poſthumos. verſi. Vnde. pag. 166.

L. Certum, in princi. pag. 93.

L. Certum. §. Filia. pag. 97.

L. Poſthumorum. pag. 178 & 94.

*De hæredi. inſtituen-*

L. 1. pag. 108.

L. Suus quoq;. pag. 101.

L. Sed ſi in conditione. §. Nepotes. p. 179.

L. Qui volebat, pag. 109.

*De uulga. & pupilla.*

L. 2. §. Prius, in princi. pag. 107.

L. Si mater. pag. 20.

L. Cohæredi. §. Cùm filiæ. pag. 102.

*De condi. inſtitu.*

L. fina. pag. 173.

*Si quis omiſſa cauſa teſta.*

L. Qui autem. §. Hoc edictum, pag. 121.

*De lega. 2.*

L. Cùm pater. §. Hæreditatem. 1. pag. 42.

L. Cùm pater. §. Volo. pag. 208.

L. Lucius. ij. §. fina. pag. 211.

*De condi. & demonſtra.*

L. Si fundus. pag. 190.

L. In conditionibus. §. Si patronus. pag. 197

L. Mæuius. pag. 190.

*Ad Senatusconſul. Trebel.*

L. Ex facto. §. Si quis rogatus. 1. pag. 203.

L. Ex facto. §. Si quis rogatus. 2. pag. 40.

L. Ex facto. §. fina. pag. 197.

L. Seius Saturninus. pag. 19.

*De bono. poſſeſ. contra tab.*

L. 1. §. Qui habebat. pag. 89.

L. 3. §. 1. verſi. Melius. pag. 87.

L. 3. §. Si emancipatus. pag. 147.

L. 3. §. Si ſub ea. pag. 101.

L. Sub conditione. pag. 104.

*De lega. præſtan.*

L. Is qui in poteſtate. pag. 102.

*De coniungen. cum emancipa. libe. eius.*

L. Nihil. pag. 102.

*De bonis liberto.*

L. Paulus. §. fina. pag. 17.

*Si tabu. teſta. nullæ extabũt.*

L. i. §. Si quis filium. pag. 89.

*Vnde liberi.*

L. Scripto, pag. 169.

*De ſuis & legi. hære.*

L. i. §. Sciendum. pag. 101.

*Ad Senatusconſ. Tertullia.*

L. 2. §. Si mater. verſi. Et ſi forte pag. 18.

# Sereniſsimo Inuictiſsimoque

IOANNI HVIVS NOMINIS TERTIO
LVSITANORVM, ALGARBIORVMQVE REGI
*Africano, Æthiopico, Arabico,*
*Perſico, Indico, Pio, Felici,*
*Emanuel Coſta*
*Vlyſsippo*
*nẽſis*
*Iureconſultus. S.*

CVM SALMANTICENSEM Academiã, Pientiſſime Rex, iuris ciuilis diſcendi gratia petijſſem: atq; in ea per integrum decennium audiendo, & docendo, mediocriter profeciſſe iam viderer: percrebuit rumor, Inuictiſſimum Luſitaniæ Regem IOANNEM patriæ uerum parentem, nouã regali ſumptu Conimbricæ Academiã inſtituere: quo gentes ſuæ non ſolum in Africa, & in Aſia bello excellerent, ſed etiã in Europa literis quoq; præſtarent. Hoc audito, ultro, & nulla oblata conditione, eam quæ mihi iam patria erat deſerui: ut qui ſperarem, operam meam ei rei, quam Maieſtas tua inſtrui iubebat, non inutilem futuram. Et primum Conimbricæ Doctorales apices, Benigniſſime Princeps, iudicio tuo in ea adhuc ætate merui, quæ in integrum reſtitutione non carebat. Deinde honeſto me eodemq; perpetuo ſtipendio donare dignatus es: quod alioqui exteris, iiſq; viris inſignibus nec ſine magno delectu concedis. Quare æquum uidebatur & tempeſtiuum, ut Luſitanus, qui primus in noua Academia iudicio Regis ſui Doctor eſſe meruiſſet, Idem quoq; poſt annos decem, primus aliquid in iure ciuili ederet. Mouit me inter alia, doctiſſimi, religioſiſſimiq; viri Martini ab Azpilcueta Nauarri præceptoris mei exemplũ: qui egregia, & omni laude digna commentaria in Patrum & Pontificũ Decreta apud nos publicaret. Stimulauit præterea Andreæ Alciati gloria ſingularis, cuius opera omnibus numeris abſoluta quotidie apud Italos in lucem prodirent. Porro ne triuiale aliquid auderem, fuit conſilium, ablegatis curis omnibus, Celſitudinem tuam ſolũmodo cogitare, cui has iuris tui primitias omnimodo conſecraturus eſſem. Sic euenit, vt veteres duntaxat Iurecõſultos Heroes illos imitandos mihi proponerem, quos videlicet æmulari

lari ſupra votum videretur. Et quidem varia ſeſe in multis legibus argumenta offerebant, quibus animaduerterem, interpretationem meam poſſe vtiliter accommodari. Sed quemadmodum non gregarius miles, qui Imperatoris ſui gratiam, & militarem aliquam coronã promereri deſiderat, in ea potiſſimũ aciei parte manus conſerit, vbi confertiſſima hinc inde pugna crudeſcit, vel prælij totius ſumma cõſiſtit: ſic ego quo magis hæ vigiliæ meæ aliqua ex parte tuæ Regiæ Maieſtati probarentur, eam iuris ciuilis partem tractare malui, in qua omnes antiqui, & recentiores interpretes, collectis vndiq; viribus, certauiſſent: in qua deniq; legalis ſcientiæ ſumma quodammodo conſiſtere videretur. Accipe igitur, Sereniſſime Rex, benigno quo ſoles vultu, hoc Luſitani tui primogenitum opus: quod quale ſit, cenſere non eſt meum. Certe qualia in eo ſtuduerim contexere, illo argumento licebit æſtimare, quod cum vni tibi Optime, Maximeq; Princeps, meum hoc, quale quale eſt, ingenium laboraret, non potuit niſi vel ſudando anhelare ad ea, quæ optima eſſent & maxima, & in ſummo iuris ciuilis faſtigio poſita. VALE.

## DVARDI NONII EBORENSIS in laudem operis Epigramma.

*Deſinat Alciden tandem iactare uetuſtas,*
*Cuſtodem Ditis, tergeminumq; uirum.*
*Deſinat horrendi pugnam ſtupuiſſe Gigantis,*
*Stymphalidas uolucres, & Diomedis equos.*
*Herculeos longè ſuperauit Coſta labores,*
*Iuris, & eloquij, Pieridumq; decus.*
*Monſtrum Lernæa Gallus truculentius hydra,*
*Quod neq; ad hoc æuum tot domuere uiri:*
*Quod neq; Conſulti debellauere Latini,*
*Nec quos Heſperia, aut Gallica terra dedit:*
*Sternitur en uictum tot iam poſt ſæcula Coſtæ*
*Iudicio, calamo, uiribus, ingenio.*
*Hunc Luſitanus potuit meruiſſe triumphum:*
*Vt Lyſijs ſolum eſt gloria nata uiris.*

# EMANVELIS COSTAE IVRECONSVLTI COMMENTARIA IN.§.ET QVID SI TANTVM .L.GALLVS.FF. *de libe. & poſthumis.*

ET QVID SI TANTVM IN MORTIS FILII[a] CASVM CONCIPERET? QVI DEINDE AQVAE ET IGNIS INTERDICTIONEM PATERETVR[b]? QVID SI NEPOS, EX QVO PRONEPOS INSTITVERETVR (VT OSTENDIMVS) EMANCIPATVS[c] ESSET? HI ENIM CASVS ET OMNES, EX QVIBVS SVVS HAERES POST MORTEM SCILICET AVI NASCERETVR, NON PERTINENT AD LEGEM VELLEIAM[d]: SED EX SENTENTIA LEGIS VELLEIAE, ET HAEC OMNIA ADMITTENDA SVNT, VT AD SIMILITVDINEM MORTIS CAETERI CASVS ADMITTENDI SINT[e].

§. Cõmendatio, eiuſq;, & totius operis diuiſio.

*ISTE eſt ſubtilis. §. ſecundũ Bar. ſingularis ut qui maximè, ſecundũ Bal. tot⁹ aureus, ſcd̃m Alex. utiliſſimus & ſolẽniſſimus omniũ, qui ſint in iſta lege, ſecundùm Iaſ. re & fama celeberrimus, magnã q; in ſe utilitatem, & ſubtilitatẽ continens, ſecundùm Ioã. Cro. & Fortuniũ.*

*Diuiditur in tres partes, ut per Bal. hic in prin. cuius diuiſio, & ſi cæteris oĩbus rectè placeat, nihilomin⁹ operæpreciũ facturũ me exiſtimaui, ſi in quinq; partes hunc. §. & eius interpretationẽ diuiderẽ: ut prima ſit in prĩcipio. Secunda ibi,* QVI DEINDE. *&c̃. Tertia ibi,* QVID SI NEPOS. *Quarta ibi,* HI ENIM CASVS. *Quinta & ultima ibi,* SED HAEC OMNIA.

*In prima, quæ mortis filij caſum à Gallo Aquilio expreſſũ repetit, nos quoq; circa filium quædam altiùs repetemus.*

*In ſecunda, quæ interdictionem aquæ & ignis, ſeu deportationem continet à Sceuola conſideratã, quæremus qua ratione hic caſus morti comparetur: & cum Accurſio, Bart. & alijs reſtitutionum principalium, ac reſcriptorum, quibus naturales filij parentibus fiunt legitimi, uim atq; poteſtatem pleniùs attingemus.*

*In tertia, quæ caſum emancipationis nepoti adaptat, de quo in proximo. §. Idem credendum, de huius uerſiculi nec dum ſatis intellecti ſentẽtia diſpu-*

*diſputabimus: & quid olim fuerit obſeruatum, quid hodie conſtitutum ſit in ſuis hæredibus, & emancipatis liberis circa patentum teſtamenta, utiliter trademus.*

*In quarta, in quâ Scæuola remouet uerba legis Velleiæ, de ipſius legis priore & poſteriore capitibus breui quædam perſtringemus.*

*In quinta eadēq; ultima, in qua idem Iureconſult9, ex ſentētia legis Velleiæ, deportationis & emancipationis caſus, & ſimiles admittendos, interpretatur, de totius. §. ſenſu, & de uoluntatis quæſtione circa conditiones tractabimus.*

*Quibus ita ex ordine peractis, noſtra huiuſce. §. interpretatio abſoluetur, ad laudem & gloriam optimi maximiq; Dei, eiuſq; beatiſſimæ uirginis matris MARIAE.*

# Summaria primæ partis.

1. GALLVS AQuilius pro conſtanti habuit, filiũ expreſſim hæredē fuiſſe inſtitutum.
2. Intellect9. l. cũ ĩ teſtamēto. ff. de hæredi. inſtit.
3. Teſtatus & inteſtatus nemo paganus decedere poteſt.
4. Aliqua pars ad minimã etiam refertur.
5. Filius, vel ex minima parte teſtamento patris hæres inſtitutus, id facere nequibat iniuſtum.
6. Filius inſtitutus ex minore, quàm legitima portione, contra cohæredē potuit de inofficioſo patris teſtamento agere.
7. Exhæredatio apud iureconſultos non eſt de ſubſtantia querelæ, ſed inofficioſitas.
8. Exhæredatio poſt mortem exhæredati facta nullius momenti eſt.
9. Intellectus. §. In omnibus, infra hac. l.
10. Intellectus. l. fi. ff. de condi. inſtitu.
11. Conditio, quum moriar, uitæ tēpus amplectitur secũdùm verborũ proprietatē.
12. Intellectus. l. Qui duos. §. 1. de manumiſſ. teſta.
13. Gallus Aquilius intellexiſſe videtur in ſua formula, primo gradu filium duntaxat hæredem inſtitutum.
14. Poſthumus nepos, vtrũ in Galli Aquilij concepta formula, potuerit præteritus rumpere aui teſtamentum.
15. Gallus nepotes poſthumos legitimos hæredes fecit, ne nõ iure inſtituti agnaſcendo rumperēt aui teſtamentum.
16. Papia lex de caducis temporibus Galli Aquilij nondum lata fuerat.
17. Galli Aquilij formula procedere potuit exhæredato filio.
18. Teſtamentum non minus ſolenne erat filio exhæredato, quàm eodem ex aliqua parte hærede inſtituto.
19. Intellectus. §. In omnibus, infra hac. l.
20. Teſtamentum an defendi potuerit, ſi filius in Galli formula, nec expreſſim fuiſſet hæres inſtitutus, nec vllo modo exhæredatus.
21. Inſtitutio directa regulariter non inducitur ex cõiecturis, ſed verbis opus eſt.
22. Intellectus. l. Lucius. ij. ff. de hære. inſti.
23. Fidei cõmiſſũ ſolet ĩtercidere, ſi rogatus hæres ante aditã hæreditatē decedat.
24. Intellectus. l. Si pater filium. ff. de vulga. & pupilla.
25. Subſtitutio vulgaris in legatis fieri ſolet.
26. Liberi poſiti in conditione vtrum videãtur ex teſtamento vocati.

27. Intellectus gl. in l. Lucius. ij. ff. de hæredi. inſti.
28. Coniectura ſufficit ad fideicõmiſſum, dum tamen urgeat.
29. Liberi poſiti in conditione, æquè non videntur inuitati ex teſtamento ad fideicõmiſſa, vel legata rerum ſingularium, atq; ad fidei cõmiſſum hæreditatis.
30. Fideicõmiſſum vniuerſale nutu relinqui poteſt.
31. Teſtamentum conceptum ſecundũ formulam Galli Aquilij, defendi poſſe videtur, ſi teſtator miles fuiſſet.
32. Voluntatis ſolennitas non exigitur in milite.
33. Exhæredatio tacita militis teſtamentũ confirmat.
34. Miles poteſt nuda voluntate hæredem inſtituere.
35. Militis teſtamentum hodie non valet, niſi exhæredationi expreſſæ, vel tacitæ cauſam inſerat.
36. Matris præteritio pro exhæredatiõe habetur.
37. Matris teſtamentum nunquã potuit iniuſtum videri, & ſi vitioſè filium exhæredaſſet.
38. Militis teſtamẽtum initio iniuſtũ fuit, ſi ſuus hæres filius omnimodò præteritus diceretur.
39. Militi ſingulariter datum eſt, quòd non teneretur filium nominatim exhæredare.
40. Intellectus l. Sicut certi. C. d teſta. mili.
41. Miles, ſi filium nominatim exhæredaſſet, & Galli Aquilij formula vſus, nullum præterea hæredem inſtituiſſet, vtrum eius teſtamentum valeret.
42. Militis voluntas ꝓ lege eſt obſeruãda.
43. Patri inter liberos teſtanti remittuntur iuris ciuilis ſolennia.
44. Intellectus l. fin. C. fami. herciſcũ.
45. Intellectus. §. Ex imperfecto. l. Hac cõſultiſſima. C. de teſta.
46. Filius hodie vtiliter videbitur inſtitutus, ſi pater vtatur Galli Aquilij formula: & hac ratione nuncupatiuum eius teſtamentum defendetur.
47. Intellectus l. Regiæ. lib. 4. ordina. tit. 68. in princi.
48. Legata poſſunt vtiliter relinqui ab inteſtato.
49. Filius ab inteſtato veniens non habet beneficium poſſeſſorium. l. fina. C. de edicto Diui Hadria. tollen.
50. Suus hæres vtrum habeat beneficiũ. l. fi. C. de edicto Diui Hadria. tollẽ. etiã ſi ab inteſtato veniat.
51. Filius, qui lege Regia ꝓ inſtituto habetur, non dubiè beneficium habebit. l. fina. C. de edicto Diui Hadria. tollen.
52. Teſtamentum apud Iureconſultos vtrũ valuerit, quo ſuus hæres filius præteritus fuiſſet, etiam ſi præteritio eſſet filio fauorabilis.
53. Exhæredati bona mente filij opinio, nullo modo onerata eſt, apud bonos & graues.
54. Exhæredatus patris teſtamẽto filius mala mente, infamis cenſetur facti infamia.
55. Intellectus l. Paulus reſpõdit. §. fin. ff. de bonis liberto.
56. Intellectus l. Si emancipatus. ij. ff. de bono poſſeſſ. contra tabu.
57. Suus hæres filius patris teſtamentum apud iureconſultos infirmat, quo caſu emancipatus non haberet contra tabulas bonorum poſſeſſionem.
58. Intellectus l. Cùm ex filio. ff. de vulga.
59. Intellectus l. 2. §. Si mater, verſi. & ſi forte. ff. ad Tertullia.
60. Intellectus. l. Ex aſſe. ff. Ad. l. Falci.
61. Fidei cõmiſſũ non eſt conditionale, quoties parentes liberis impuberibus bona mente exhæredatis, fideicommiſſariã hæreditatem relinquunt, ab hærede ſcripto reſtituendam, quum puberes facti ſint.
62. Intellectus. l. Seius Saturninus. ff. Ad Trebellia.
63. Archiguberni, nauarchi, & trierarchi claſſium iure militari teſtari poſſunt.
64. Nautæ, & vigiles in claſſibus milites ſunt, & iure militari teſtari queunt.
65. Intellectus. l. Si mater. ff. de vulga. & pupilla.

66. Mater, quæ impuberibus filijs teſtamentum facere nō poteſt, utrum poſſit cōcipere aliquid, quod ſpeciem habeat pupillaris ſubſtitutionis.

67. Conditio primæ inſtitutionis nō cēſetur repetita in ſecunda inſtitutione.

68. Tabulæ pupillares quænam appellētur.

69. Querela inofficioſi teſtamēti intentari non poteſt, niſi contra hæredem, qui ex teſtamento hæreditatem adijt.

70. Intellectus. l. Si patronus §. Si quis non mala. ff. de bonis liber. & l. Multi nō notæ. ff. de liber. & poſthu.

71. Filius a matre ſub conditione hæres inſtitutus, pendente conditione hæres eſſe non poteſt, nec moriens interim aliquid in ſucceſſores ſuos trāſmittere.

72. Tranſmittere non poſſe, oneroſum eſt.

73. Intellectus. l. Si quis hæres inſtituatur ſi legitimus. ff. de hære. inſtitu.

74. Suorū appellatio à legitimis diſtingui ſolet.

75. Vendicare verbum ad omnes legitimo iure ſuccedentes refertur, non tantum ad ſuos hæredes.

76. Succeſſio non erat iure ciuili inter legitimos hæredes ex l. 12 tabularum uocatos.

77. Teſtamentum iure prætorio ab initio valet, ſi hæres ſcriptus inſtituatur ſub conditione, ſi præteritus filius ab inteſtati hæreditate ſe abſtineat.

78. Teſtamentum filio præterito iniuſtum valere non incipiet, ſi filius uiuo teſtatore decedat.

79. Intellectus. l. Poſthumus. §. Idem & circa. ff. de iniuſto rupto.

80. Iniuſtum teſtamentum quodnam dici poſſit.

81. Intellectus. l. Etiam. §. Libertus. ff. de bonis liberto.

82. Patronus a liberto præteritus, contra liberos liberti hæredes, bonorum poſſeſſionē non accipit.

83. Patronus poſt liberti liberos proximus inteſtati hæres erat.

84. Teſtamentum ſuperius rumpitur poſteriore facto, quod valeat etiam ſolo iure prætorio.

85. Teſtamentum iure factū non tollitur ꝑ poſterius filio præterito iniuſtum, etiam ſi filius ab inteſtati hæreditate ſe abſtineat.

86. Teſtamentum validum reſcinditur per poſterius filio præterito iniuſtum, ſi filius viuo teſtatore decedat.

87. Intellectus. l. Si quis eum. §. fin. ff. de vulga. & pupilla.

## ET QVID SI TANTVM IN MORTIS FILII [a] CASVM CONCIPERET?

a FILII. *Quem Accurſius, Bartolus, & cæteri omnes in huius . l. principio habuerunt pro conſtanti, hæredem expreſſim fuiſſe inſtitutum ex* Galli *Aqlij ſentētia: quod † uerius eſt, & colligitur ex. l. Si mater.* 1
*§. 1. infra de uulga. & pupil. ſubſtitu. euidentius ex. l. Cùm in teſtamento, infra de hæredi. inſti. ubi Vlpianus relata* Galli *formula ait,* DVO GRADVS HAEREDVM SVNT. *Nec enim probabilis uidetur Andreæ Alciati interpretatio paradoxo. li. 3. cap. 6. qui olim adoleſcens tētauit accipere duos gradus impropriè: quaſi*

Cōmunis opinio de ſeſa aduer Alcia.

quaſi filius ex teſtamento hæres eſſe nõ poſſet, ſed tacito parẽtis iudicio,
2 ad inteſtati hæreditatem fuiſſet inuitatus. Siquidẽ Vlpianus † manifeſtè
contra uidetur ſentire, cum ſcribit, Titium nepoti ſubſtitutum non poſſe
unà cum filio hæredem eſſe, quia non in primũ, ſed in ſecundũ gradũ ſub-
ſtitutus foret. Porrò ſi filius (uti Alciatus credebat) inteſtati patris
hæres erat, quomodo dubitari potuit, an teſtati & inteſtati hæres ſimul
3 admitterentur contra notiſſimã iuris regulã? quæ † non permittit, eundẽ
in paganis teſtatum & inteſtatũ decedere. l. Ius noſtrum, infra de regu. iu
ris? Igitur non dubiè filius teſtamento inſtitutus proponitur. Quod etiam
uidetur poſſe euinci argumento. §. Quidam rectè, ſupra hac. l. Nam ſi nõ
expreſſa morte filij, teſtamentum procedit, filiũ inſtitutũ, neceſſe eſt di
cere. Deniq; Scæuola in. §. In oĩbus, infra hac. l. apertè ſcripſit, in omni
bus his ſpeciebus illud obſeruandũ eſſe, ut filius ex aliqua parte hæres in-
ſtitueretur. Sic intellexit, in Galli Aquilij formula, debere filiũ expreſ
ſim inſtitui hæredem: ſatiſq; eſſe, quò ad teſtamenti ſolennia, ſi is uel ex
4 minima parte, ut putà ex uncia, hæres eſſet inſtitutus: quum † aliqua pars
etiam pro minima rectè accipiatur, ſecũdum notabilem glo. in Clemẽti. 1.
in uerb. aut earum parte, de foro competẽ. Idq; Franciſcus Areti. rectè
collegit in dicto. §. In omnibus. col. i. licet Iaſon † inibi. n. 4. tex. non re- Cõtra. Iaſ.
ctè accipiat, interpretatus filium, ſaltem ex legitima portione, inſtituen-
5 dum hæredẽ ex Sceuolæ ſententia. Nam quòd † teſtamentũ minimè eſſet
iniuſtum, filio, ex uncia, ſeu ex minima parte, hærede inſtituto, tex. eſt in.
l. Nõ putauit. §. fi. ĩfra de bono. poſſe. cõtra tabu. facit. l. Et ſi ex modica,
ĩfra de bonis liberto. l. 2. §. i. ſupra Quod cũ eo. Proĩde filius ita inſtitutꝰ,
6 † aduerſus cohæredẽ poſſet agere, de inofficioſo teſtamẽto, eò quòd legi
timã portionem ex patris iudicio nõ haberet. l. Papinianꝰ. §. Meminiſſe,
ubi Bar. n. 4. ſupra de inofficio. teſta. l. Parentibus. C. eo titu. quũ apud
7 Iureconſultos † de ſubſtantia querelę non fuerit exhæredatio, ſed tãtũ
inofficioſitas, ut Baldi uerbis utar in repe. l. Pater filiũ, col. 3. uerſi. Sed
tunc immediatè, ſupra de inofficio teſta.

EXHÆREDATIO autem huius filij fruſtrà fieri uiſa
8 eſt: quoniã † poſt mortẽ filij facta exhæredatio uitioſa eſſet. l. Si ita.
§. fin. ſupra hoc titu. l. Suus quoq;. infra de hæred. inſti. Planè quum te-
ſtator ita conciperet, exhæredo filium, & ſi is uiuo me moriatur, tum
ſi quis mihi ex eo nepos. & cæter. conſtaret præteritum eſſe filium,

*qui poſt mortem ſuam, non rite exhæredatus fuißet.l. Non putauit.§. Non quæuis. infra de bono.poſſes. contra tabu.§.Eadẽ.inſti.de hæredi. quæ ab inteſta.deferun. Sic inutile eſſet teſtamentum.l.Inter cætera, in fi.cum ſimili.infra hoc tit.q̃d ita ſenſiſſe uidetur Scæuola in.d.§.In oĩbus.*

Alciati opinio reiecta.

*Nec idem cum Alciato ſentio, qui paradoxo.lib.3.cap.18.talẽ exhæredationem defendere tẽtauit: quãuis maximè filius uiuo patre deceſſiſſet. Huius enim caſus conſideratio propriè eſt, quæ facit, ut initio nullius momenti ſit exhæredatio. Adde ꝙ Scæuola† in.d.§.In õnibus, non eo dun taxat caſu loquitur, quo filius ſuperuiueret. Nam quum Alciatus argu mentatur, iureconſultum in eo.§.manifeſtè falſa tradere, ſi filius uiuo pa tre decederet: quòd tũc nepotis & pronepotis inſtitutio neceſſaria eſſet, ne teſtamentum ſucceßione rumperetur: ego reſpondeo, Scæuolam uulgò nequaꝗ intelligi, & planè loqui, quum filius deceſſit uiuo patre. Hic enim caſus ad formulam Galli Aquilij pertinet, & ad poſthumos, qui ſui hæredes naſcerẽtur. Quod autẽ dixit, nepotis aut pronepotis inſtutionem nunquam exigẽdam, & poſſe eos præteriri, idcirco dictũ putamus, quia hi nec iniuſtum poſſent facere teſtamentum, nec ſuccedendo rumpere, ſecundũ ea, quæ in huius operis.3.parte latius explicãda ſunt. Quum uerò Alciatus Papiniani reſponſum inducit, in.l.fina. infra de condi. inſti. ubi exhæredato filio, nepotes ex eo, quũ moreretur, hæredes inſtituũtur, uidetur mihi, non iuſtè de recepta interpretatione dubitaſſe. Siquidẽ† plæ* 10
*riꝗ omnes rectiſſiſsimè diſtinguunt nepotũ inſtitutionẽ factam, quum ex hæredatus filius moreretur, ab inſtitutione facta poſt mortem filij: quòd priore caſu, moriente filio, & per hoc uiuo adhuc, nepotibus hæreditas deferatur, quaſi neceſſarijs hæredibus, ſimul & per eoſdem exhæredato patri iure poteſtatis acquiratur.l.Qui in aliena.§.Interdũ, infra.de acqui.hæredi.l.Filiꝰ patroni, infra de bonis liberto. Et quanꝗ Alciatus replicet, illam cõditionem, quum filius moreretur, nõ diſtare ab illa, poſt mortem filij, quòd ſummus fauor ſit, exhæredationem nõ ualere.l.2. ſupra hoc tit.in fauorabilibus autẽ conditio, quum moriar, referatur ad mortis perfectæ tempus.l.Qui duos.§.1.infra de manu. teſta. ſic conſequẽs eſſe, ut ſi exhæredatio, poſt mortem filij facta, nõ ualeret, nec quidem ualeat, quum filius moreretur. Reſpondeo, conditionem, † cùm moriar, uitæ tem* 11
*pus amplecti, ſecundum uerborum proprietatẽ: à qua non recedimus, † niſi* 12
*ex teſtantis uoluntate: ne id, quod agitur, ſit inutile.d.l.Qui duos. §.1.*

Scæuola vulgo non ĩtellectus.

tradit

tradit Bar. in l. 1. §. Si emãcipato, in fine ĩfra de collatio. bono. Ergo quæ ratio facit, ut à uerborũ proprietate recedamus in d. l. Qui duos. §. 1. eadẽ coget fortiús, ut uerborũ proprietatẽ tueamur: ne alioqui id, quod agitur, eluſa teſtantis uoluntate, fiat inutile. facit l. Si ita facta, infra titul. 1.

13 Secundũ quæ, apparere uidetur, quòd † Gallus Aquilius in ſua formula intellexerit, primo gradu ſolum filiũ hæredem fuiſſe inſtitutũ. Nã ſi alius præterea hæres eſſet inſtitutus, nemo dubitaret, ſolẽne teſtamẽtũ fore, exhæredato filio, q utiq; nõ diceretur exhæredatus poſt mortẽ ſuã, quum, uiuo eo, cõfirmari poſset exhæredatio aditione ſcripti hæredis primo gradu inſtituti. Quod Bal. & cæteri obſeruarunt in d. §. In omnibus. Et lapſus eſt manifeſto errore Marius Salomo. inibi. n. 4. qui ſcribit, ſi filio exhæredato, & altero filio hærede inſtituto, ſi poſthumus nepos, ex filio exhæredato, ſecundum formulã Galli Aquilij, hæres inſtituatur, teſtamentum eſse iniuſtum, eò quòd nõ minus hoc caſu filius, poſt mortẽ ſuã exhæredatꝰ uideatur. Nec perſpexit, uno filio inſtituto, alterũ rite exhæredari. Planè quemadmodũ inſtituto potuit teſtator quemlibet cohæredẽ adijcere, ſub quauis conditione, ita & poſthumũ nepotem potuit patruo cohæredem adijcere, ſub cõditione, ſi exhæredatus, uiuo ſe, moreretur. l. Poſthumorũ, infra tit. 1. §. Poſthumorũ, inſti. de exhæreda. libero. Cõtra Mari. Salomo

14 VErum hic † illa difficultas incurrit, quòd ſi Galli formulam omnino ſic accipimus, ut ſolus filius primo gradu fuerit hæres inſtitutus, eueniet, ut poſthumi nepotes non potuerint præteriti, rumpere teſtamentum aui, iam pridem irritum, quo tempore, uiuo auo deceſſit pater: & tamen quòd rumpere potuerĩt, ſignificatur in §. Quid ſi is, infra hac. l. Et credibile eſt, † Gallũ, eo præcipuè reſpectu, poſthumorũ nepotum inſtitutionẽ legitimã fieri curaſſe. l. penul. infra de lega. 1. ne hi non iure inſtituti, teſtamentum aui agnaſcendo rumperent: ut etiã lex Velleia, quæ multos caſus rumpendi abſtulit. Hoc igitur loco interpretes hæſitarunt. Et Iaſ. in prĩci. l. n. 73. cum ſequenti. poſt longam diſputationem exiſtimat, primo quidẽ gradu, ſolum filium hæredem inſtitutum, ſed tamen ſecundo gradu, alium cum poſthumo nepote ſubſtitutum filio datum. Sic enim poſthumũ, ex teſtamento legitimũ hæredem, nõ rumpere: qui, ſi præteritus fuiſſet, agnaſcẽdo rumperet aui teſtamentũ, ideo non irritũ morte patris, quoniã alius ſecundo gradu hæres inſtitutus fuerat. Alciatus autem parado. libro 3. cap. 6. Lælius item Taurellus in d. §. In omnibus. & Ioan. Coraſius miſ Quæſtio difficilis.

15

*cella.iuris ciuilis.lib.2.cap.23.rationem habere uidẽtur, quòd† tẽporibus* 16
*Galli Aquilij, nondum lata erat lex Papia de caducis: ſed & cum lata eſt, fiſco in hac ſpecie hæreditas non deferebatur. l. una, uerſi. Cumq́; lex Papia. C. de cadu. tollen. Sed hoc non uidetur mihi, propoſitam difficultatem minuere: illud enim nihilominus quæritur, ſi morte filij irritum erat teſtamentum, qua nam ratione rumpi potuerit à præterito poſthumo.*

*Ego itaq́; in ea opinione ſum, ut putem, Gallũ quidem de inſtituto magis, quã de exhæredato filio, ſenſiſſe: ſed tamẽ† eiꝰ formulã in exhæreda* 17
*to quoq́; filio, poſſe procedere, ſecundũ Scæuolæ ſentẽtiã in. d. §. In oĩbus*
*ibi,* EX ALIQVA PARTE. *Nec enim† minus ſolenne teſtamẽtũ erat, filio* 18
*exhæredato, ꝙ eodem ex aliqua parte hærede inſtituto: ubi ſcilicet præſupponimus, alium hæredẽ eodem gradu fuiſſe inſtitutũ. Sic deniq́; Galli Aquilij formula æquè defẽdi poteſt, exhæredato filio, ac lex Velleia, quæ de filio exhæredato expreſſim agit. l. Poſthumorũ, infra tit. 1. §. Poſthumorũ, inſti. de exhære. libe. §. Etiã ſi parẽte, in fine infra hac. l. Pro*
Noua interpretatio. *inde interpretandũ uidetur,† Scæuolã cùm ſcripſit, filiũ fruſtrà exhære* 19
*dandum poſt mortem ſuam, nõ protinus negaſſe, teſtamẽti ſolennia obſeruari, ſi exhæredatus eſſet filiꝰ, ſed tũc demũ, cũ nullus primo gradu eſſet hæres inſtitutus: ideoq́; exhæredatio poſt mortẽ filij facta uideretur.*

*His conſequẽs eſt, ut poſthumi nepotes, ſi præteriti eſſent, teſtamentũ aui rumpere potuerint agnaſcẽdo, cùm pater eorũ ex aliqua parte hæres erat ĩſtitutus, uel cùm rite exhæredatꝰ fuerat, alio hærede ĩſtituto. Quibus caſibus dici non potuit, teſtamẽtum morte filij ad irritũ recidere. Sed & ſi filius primo gradu ſolus hæres deprehẽderetur, uti ſecurè Gallus ſẽſit, et probatur in. d. §. In oĩbus, uerſi. alioquin fruſtrà, adhuc poteſt cõtẽdi, nepotem poſthumũ, ſi præteritus fuiſſet, rupturum aui teſtamẽtũ: dummodò proponeretur, eidẽ poſthumo aliquẽ cohæredem datũ, uti Iaſon opinatus eſt, uel ſubſtitutum, uti Vlpianus & Africanus manifeſtè propoſuerunt in. l. Cum in teſtamento, infra de hære. inſtitu. l. Si mater. §. 1. infra de uulga. & pupil.*

Celebris quæſtio. S*Ed† utrum filio nõ expreſſim inſtituto, nec rite exhæredato, teſtamẽ* 20
*tũ defendi potuerit, quæſtionis fuit. Et Bart. tentauit hoc teſtamẽtũ defendere, negans eſſe inutile, ſi uidelicet ſecundũ Aquilianã formulam conceptum foret: idq́; una & altera uia aggreſſus eſt. De quibus ſigillatim uideamus.*

PRI-

PRIMA uia fuit, quaſi filius in tali ſpecie non uideatur præteritus, ſed magis utiliter inſtitutus ex patris ſententia, uti ſcripſit in.l. Cohæredi.§.fin.infra de uulga.& pupil.cuius opinio crebriore doctorũ calculo damnata eſt, & meritò. Nã & ſi uoluntatis paternæ cõiectura
21 non deeſſet: inſtitutio tamẽ directa, †ſecundũ iuris ciuilis regulas, ex coniectura non inducitur: & uerbis opus eſt.l. Hac conſultiſſima.l. Iubem9 C.de teſta.facit.l.Cũ proponeretur, infra de leg.2.ubi Papinianus ait, in cauſa fideicõmiſſi, ubicũq; precaria uolũtas quęreretur, poſſe admitti cõiecturam. Quo loco ſignificauit, coniecturã admitti non poſſe, ſi de inſtitutione directa quæreretur. Hoc etiam efficaciter probare uidetur text. in.§. In primis inſti.de fideicõ.hæredi.ubi, ſi quis Titium adhibitis ſeptẽ teſtibus rogaſſet, ut hæreditatem ſuam Sempronio reſtitueret, nihil eum egiſſe, ſcribit Imperator: quoniam non poteſt ualere teſtamentum, quod hæredis inſtitutionẽ non habet.l. Proximè, infra de ijs, quæ in teſta.delẽ. quaſi Titius rogatus hæreditatem reſtituere, non idcirco utiliter inſtitut9 hæres diceretur, deficientibus uerbis: & tamen manifeſta erat uoluntatis coniectura eius, qui non dubiè Titium ueluti hæredem rogauerat: quod eſt præcipuè notabile ad ea, quæ Iaſon tractat in.l. Centurio.n.58. infra de uulga.& pupilla circa.l. Hæreditas ad Statium, infra de hære. inſti. Eandẽ regulam, quód inſtitutio directa nõ inducatur ex cõiectura, tradiderũt Dynus in.l. Titia Seio.§. Seia libertis, infra de lega.ij. Bal. in.l.uni.§. Pro ſecundo.col.2.C.de cadu.tollen. Pau. Caſtrẽ.in.l.pen.C. de impube. & alijs ſubſtitu. ubi Iaſ. n.7.& Dec.n.3. Vnde & Socinus in repet.l.Cum auus.col.antepen.infra de cõdi.& demõſtra. arguté
22 confirmat receptã gl. interpretationem† in.l. Lucius.ij.in uerb. prætulit, infra de hære.ĩſti.quæ rectiſſimè intellexit, liberos inibi prælatos eſſe ſubſtitutis, non quidẽ ex teſtamẽto, ſed ab inteſtato: quoniã mortuo cũ liberis fratre ante aditam hæreditatem, inteſtati patrui ſucceſſio eis, ueluti proximis ſucceſſoribus deferebatur: neq; poterant uideri hæredes eſſe inſtituti, eò quod patrui uolũtas, ceſſantibus uerbis, directam inſtitutionẽ ne-
23 quiret inducere. Nec enim de fideicõmiſſo tractari potuit, quod† ſolet intercidere, ubi ſcriptus hæres ante aditam hęreditatẽ moritur.l. Ille a quo §.1.l. Ita tamen.§. Marcellus, infra ad ſenatuscõſ. Trebel.l. Nõ iuſtam C.eo.titu. Deniq; Ange.in.l. Ante q̃.C.cõmu.de ſucceſſio. circa propoſitam quæſtionem obſeruat, non poſſe directam inſtitutionẽ induci ex

cõiectura

*coniectura: & in ſola.l.3.C.de inofficio.teſta. Impatores, ex matris præſumpta uoluntate, filij inſtitutionē pro ſcripta habuiſſe, ne reſcinderetur teſtamentum, per lata inofficioſi querela. Frãciſcus etiã Ripa in l.1. n. 63 infra de uulga. & pupilla. opinatur, conſtituto Imperatorũ iure opus fuiſſe, ut hæredis inſtitutio, quæ caput eſſet pupillaris teſtamẽti, ex eo induceretur, quód pater eundẽ hæredẽ ſibi feciſſet. l. Iam hoc iure, in prin. infra de uulga. & pupilla. Quo fit, ut tacita inſtitutio, quæ conſtituto à principibus iure inducta eſt, ſufficere dicatur, ad teſtamenti ſolennitatẽ. l. Si pater filium, † ſecundũ unam interpretationem, eo. tit. Quã legẽ pro* 24
*Bartolo Fortunius adducit in princi. huius. l. n. 36. nec expendit, oportere filium utiliter eſſe inſtitutum, ne, eo præterito, teſtamentum ſit inutile: & regulariter non eſſe utilem inſtitutionem, quæ ex ſolis coniecturis deprehendatur: quanquã in ea ſpecie utilis eſſet, iure conſtituto.*

*EX hac iuris ratione primũ colligitur, ſecundũ Ang. in princip. huius l. n. 3. (tametſi uerba eius corruptè legantur) quód in legatis & fidei cõmiſſis ſimilis coniectura non ſperneretur: cùm poſſint etiam nutu relinqui. l. Nutu. ĩfra de leg. 3. ut putà, ſi fundi Seiani dominus ita teſtamẽto cõprehenderet, ſi Titius fundum Seianum, aut uendicare nolit, aut uiuo me moriatur, habeat eundem fundum Sempronius. Videbitur enim Titio datus fundus Seianus, & poſt eum Sempronio, per uulgarẽ ſubſtitutionem, quæ † ĩ legatis fieri ſolet. l. Vt hæredibꝰ, infra de leg. 2. nõ uerò inducetur* 25
*tex. in l. Ex facto agitatũ, infra de hære. inſtit. qui in hæredis inſtitutiõe procedit. Vnde ſi quis hæredem inſtituat, & ſi ſine liberis deceſſerit, eum roget, hæreditatem alij reſtituere, cõtrouerſum fuit, an † liberi, quos* 26
*ſuperſtites defunctus hæres reliquerit, inuitati ex coniectura uideãtur, ad fidei cõmiſſum hæreditatis: ſiquidem fidei cõmiſſaria hæreditas ex coniectura potuit deberi: & obtinuit, liberos in conditione poſitos, non uideri in hac ſpecie, ad fideicõmiſſum hereditatis inuitatos, ſecũdum Accurſij auctoritatẽ, qui hoc expreſſè uoluit in l. Ex facto. §. Ex facto, in uerb. dececiſſe, infra ad ſena. conſ. Trebel. Bar. & ordinarios in. l. Lucius. ij. infra de hære. inſti. reſoluit latè Franciſcus Ripa in. l. Cẽturio. n. 159. infra de* 1
*uulga. & pupil. & latius Nicol. Boeri. deciſio. 155. Nã gl. in d. l. Lucius, in uerb. prætulit, quãuis ad propoſitam dubitationem à Bartolo & cæteris uulgò allegetur, eiuſq; auctoritatem in hoc articulo extulerit Curtius Senior cõſi. 42. n. 16. facilè tamen declinari potuit: loquitur enim † in ea hæ* 27
*reditate,*

reditate, quæ directo iure deferri debuit: nec materia fideicõmiſſum admittebat: quod & plæriq; rectè animaduerterunt. In fideicõmiſſo autem
28 hæreditatis † potuit quidem admitti coniectura, ſed non eſt admiſſa: quoniã non urgebat ad fideicõmiſſum, ut aliâs in.l.Lucius.§.Tres hæredes, ĩfra ad Trebellia.quẽ.§.debuiſſet hoc modo Bal.intelligere in.l.Cùm uirum. Bal.pſtringitur.
29 n.20.C.de fideicõ. Proinde † in legatis rerum ſingularium, idẽ omnino ꝑ eandem rationem oportet reſpondere: nulla enim in propoſita quæſtione ſeparatio eſt. Nam ſi legata poſſunt nutu relĩqui.l.Nutu, infra de leg.3.
30 non minus † fidei cõmiſſum hæreditatis nutu relĩqui poteſt.d.l.Nutu.l.Et in eplã, ubi Bal. hoc exprimit. C.de fideicõ. Et diſplicere debet Angeli ſententia in.l.In legatis.C.de lega.relata à Philip.Corneo conſi.146. col.5.lib.2.ab Iaſo.in l.1.n.11.C.de pactis.& cõſ.4.n.5.lib.1.à Petro Gerar.nota.61. Credidit enim, in legatis & fideicõmiſſis rerũ ſingularium, liberos in conditione poſitos, uideri ad fideicõmiſſum inuitatos: diuerſum eſſe in hæreditate, quæ per coniecturas dari nequiret. Meritò igitur notatus eſt à Soci.in repeti.l.Cùm auus, ante pe.col.infra de condi.& demõſtra.à Curtio Seniore in repe.l.1.n.6.C.de pactis.à Claudio ĩ.d.l.Ex facto.§.Ex facto.2.col.in princi.infra ad Trebel.à Lancelo.Galiau.in repe.l.Centurio.n.98.in fine, infra de uulga.& pupilla.ab Alciato ĩ.l.i.§.Si quis ita.n.10.infra de uerbo obliga. Ange.Peru. dãnata opinio.

SEcundò ex eadem iuris ratione colligitur, ualere teſtamentum, quod
31 Bartolꝰ defẽdere nõ potuit, † ſi modò teſtator miles eſſe proponatur. Nam cùm non deſit paternæ uoluntatis coniectura, poſſumus dicere, filiũ
32 efficaciter inſtitutum uideri: quia † uoluntatis ſolẽnitatem nõ deſideramus in milite, cuius uoluntas ſola ſpectatur, & ſola ſufficit.l.i.infra de milita.
33 teſta.l.1.in fi.C.eo.titu. Vt quẽadmodum † tacita in milite exhæredatio eiuſdem teſtamẽto ſufficit.l.Si cùm uel in utero.C.de milita.teſta. ſuffi-
34 ciat † & tacita inſtitutio, quæ utiq; fauorabilior eſt.l.Cùm quidam, in fi. ſupra hoc titu. Deniq; hoc caſu Bartoli ſententiam defendi, auctor eſt Ange.in princi.huius.l.n.3.cuius opinionem Marti.Laudẽ. probauit, ad principis teſtamentum eam inducens in tracta.de principi.q.447. Quod tamen non ſatis intelligens Ioã.Imol.2.col.putauit, ea ratione teſtamẽtũ militis ualere ex Angeli ſententia, quoniam & ſi filius eſſet præteritus, militis tamen præteritio pro exhæredatione haberetur: eóq; etiam errore ductus Alex.col.4.cum Ioan.Imolẽ.opinatur, defenſionem Bar.in hac Contra Ioan.Imolẽ. Contra Ale

ſpecie

*ſpecie poſſe procedere, ſecundũ ius antiquũ: nec enim † hodie militis teſta-* 35
*mentũ ualere, in quo filiũ prætereat, niſi tacitæ exhæredationis cauſam*
*exprimat. Proinde Angelũ reprehendit, quòd Bartoli mentẽ non per-*
*ceperit, quia Bar. (inquit) uoluit, filiũ uideri uocatũ ab inteſtato, nõ aũt*
*exhæredatũ cenſeri. Ego noto, Angeli ſententiã eò pertinere, ut ſecun-*
*dũ prærogatiuam militaris priuilegij, filius uideatur ex ſola coniectura*
*utiliter hæres inſtitutus. Cui ſententiæ nihil dicetur derogatũ nouo iure.*

Angeli ſẽtẽtia recte intellecta.

*Præterea noto, dubitari poſſe, an illo nomine, quòd militis præteritio*
*pro exhæredatione habeatur, teſtamentũ hoc defendi potuerit. Nã † et* 36
*matris præteritio pro exhæredatiõe habetur. §. Mater, cũ ſimili. iſti. de*
*exhæreda. libe. et tamen idem Ioã. Imolẽ. et Areti. col. 2. in. l. Si mater,*
*infra de uulga. & pupilla. credũt, ea tacita exhæredatione nõ cõfirmari*
*teſtamentũ, ſi filius poſt mortem exhæredatus uideretur. l. Si ita. §. fina.*
*ſupra. hoc titu. Planè in conceptione Galli Aquilij filius fruſtrà exhæ-*
*redatur poſt mortem ſuã. §. In omnibus, infra hac. l. Creſcit dubitandi ma-*
*teria: quia licet in matris teſtamento Bal. Ioan. Imolẽ. Pau. Areti. &*
*Alexã. in. d. l. Si mater, non rectè tractauerint de exhæredationis uitio*
*et cõfirmatione, quũ ſiue mater cum uitio exhæredaret, ſiue non uidere-*
*tur exhæredare, † nullo caſu teſtamentũ potuit, quaſi non iure factũ, nul-* 37
*lius eſſe mom ẽti. l. Si inſtituta. § fin. ſupra de inofficio. teſta. l. Sicut certi*
*ibi,* SI SIT IN POTESTATE. *C. de teſta. mili. l. Illud. §. Ad teſtamẽta,*
*infra de bono. poſſe. contra tabu. In militis teſtamẽto † diuerſum ius fuit:* 38
*nã quaſi non iure factũ potuit infirmari, ſi ſuus hæres filius õnimodò præ-*
*terit⁹ diceretur. Illud planè militari priuilegio datũ eſt, † quòd miles nõ* 39
*teneatur filiũ nominatim exhæredare, ſed tacita exhæredatione teſtamẽ-*
*tum cõfirmare queat. l. Si cùm uel in utero. C. de teſta. mili. l. Qui iure mi-*
*litari, infra eo. tit. Et hoc Iuſtinianus apertè docet in. §. penul. inſti. de ex-*
*hære libero. Deniq; ſi nec tacita exhæredatio daretur, teſtamẽtũ militis*
*iniuſtũ eſſe, Gordianus Imperator expreſſit in. l. Sicut certi. C. de teſta.*
*mili. ubi † quum ſe ad filium reſtrinxit, qui eſſet in poteſtate, manifeſtè ſen-* 40
*ſit, non ex defectu uoluntatis, teſtamentum infirmari, ut Alex. inibi non*
*rectè ex aliorum ſententia docuit, ſed magis ex defectu ſolẽnitatis, ſecun-*
*dum ius cõmune: & ita ſenſit Accurſi. in uerb. minimè: et explicarunt*
*Oldra Bal. Corne. et Areti. in eodem loco.*

Cõtra Bal Ioã. Imol. pau. Aret. & Alex.

Alex. & aliorum interpretatio refutata.

*Ex his apparet, propoſitæ quæſtiõis cardinẽ in eo uerti, † an, ſi filiũ* 41
*in Galli*

in Galli conceptione nullo hærede inſtituto miles nominatim exhæredaſſet, teſtamentū ualeret: quo caſu nullius eſſet momēti, ſi paganus teſtator fuiſſet.d.§.In omnibus. Et mihi magis uideretur, teſtamētū ualere argumento.l. Si certarū.§.Si eodē.l.Miles ita.§.fi.īfra de milita.teſta. Et quoniā Alex. & aliorū ratio in.d.l. Sicut certi, quanq̃ nō ualuerit, quaſi proxima, poteſt tamen ualere, quaſi remota. Ideo nāq; ius cōmune in ea ſpecie inductum eſt, quoniam deficiebat militis uoluntas, cui priuilegium daretur.l.1.infra de milita.teſta.hic autem militis uolūtas manifeſta non Alex. & aliorū ratio quomodò recipi queat.
42 deficit, quę † pro lege uidetur obſeruanda.l.1.in fine.C.de teſta. mili.

TErtiò uidetur poſſe colligi, q hodie nouo iure, filius in propoſita ſpecie uidebitur, et erit inſtuut9, ſecundū paternæ uolūtatis indicia: quū
43 †remittātur uoluntatis ſolennia patri inter liberos teſtanti.l.Hac conſultiſſima.§. Ex imperfecto.C.de teſta.ſic teſtamentū defendetur: alioquin nullius momenti futurum, præterito filio. Cui ſentētiæ argumēto eſt tex. in.l.fin.C.fami.herciſcū. ubi ſufficit, apparere uoluntatē patris quibuscunq; indicijs. Et licet Ange. ubi ſupra, nequaquam admittat hanc ſententiam motus ea ratione, quòd Imperator in.d.l.fina. ſe referat ad inteſtati cauſam, poteſt replicari, quòd, et ſi uulgaris opinio ita habeat, Impe
44 rator † tamen Cōſtantinus etiā in ſucceſſione teſtati loquitur, cū ſcribit, SIVE COEPTVM, NEC IMPLETVM SIT TESTAMENTVM. Idq; tentauit Andre. Sicul. conſi.43.col.7.in medio lib.3. & probabile eſt eo argumento, quòd ſecundùm Iuſtiniani relationē in authē. de teſta. imperfe.in prin.colla.8. Theodoſius in.l.Hac conſultiſſima.§.Ex imperfecto.C.de teſta. Conſtantini legem ſolūmodò extendit ad uoluntates matrum, & aſcendentiū utriuſq; naturæ. Igitur ueroſimile eſt, rem non magis ex teſtamento procedere ſecundùm legem Theodoſij, quàm procedebat ex lege Conſtantini. Porrò quū lex Theodoſij, ſecūdū receptam interpretationē ex teſtamento procedat, conſequens uidebitur.l.Conſtantini ultimam.C. fami.hercis.eodem ſenſu accipere. Nec difficile erit, reſpōdere ad uerba d.l.fina.quæ contrarium ſuaſerunt, illa uidelicet, LICET AB INTESTATO LIBERI VOCENTVR. Poſſunt enim referri ad uoluntatē, quæ contineretur epiſtola, uel codicillis ab inteſtato relictis: ut ſic uoluntas teſtati & inteſtati æquè inter liberos ſeruāda eſſet: licet nec teſtati, nec inteſtati ſolēnitas adhibita fuiſſet. Certè negari non poterit, quin.d. l.fina. quāuis ab inteſtato duntaxat procederet, ampliata fuerit poſtea per Theodoſiū, Noua interpretatio.

ut ex

*ut ex teſtamento hodie procedat: ſiquidem receptiſſimũ eſt†, in.d.§. Ex imperfecto, rem ex teſtamento obtineri, ſecundùm Alexã. inibi.n.2. Igitur † ex indicijs paternę uolũtatis dicetur hodie in propoſita ſpecie, fili9 utiliter hæres eſſe nuncupatus.* 45 46

*Quartò colligitur, quòd etiã in teſtamẽto per ſcripturã facto, intelligetur ſcriptus hæres ſecũdũ hui9 regni cõſtitutionẽ li.4.tit.68. in pri. ſi modò pater extraneũ in tertia bonorũ parte hæredẽ ſcripſit: perinde enĩ habebitur, atq; ſi in reliquis octo uncijs, quæ eodẽ regni iure, legitimã liberorum portionem faciunt, hæres expreſſim deſignatus fuiſſet. Nam & ſi conſtitutio † non exprimat, tertiam bonorum partem titulo inſtitutionis extraneo relictã, magis tamẽ eſt, ut cõſtitutio ad hũc caſum reſpiciat. Proponitur nãq; parẽs feciſſe teſtamentũ, quod ex hæredis inſtitutione colligitur. l. Non codicillũ. C. de teſta. & aduerſus præteritionis uitium teſtamento ſuccurritur. Planè ſi nõ eſſet aliquis hæres inſtitutus, teſtamentum, remoto quoq; præteritionis uitio, nullũ eſſet. l. Proximè cũ ſimi. infra de his, quæ in teſta. delen. Ergo ſi quis, quum ſciret habere ſe filium, tertiam bonorum partem legatis erogauerit, ne cullo argumento probetur, uoluiſſe facere teſtamentum, poterit defendi, ceſſantib9 uerbis, & ratione conſtitutionis, filiũ pro inſtituto non habẽdum: quum † legata poſſint uideri utiliter ab inteſtato relicta à filio, cui pater ſponte legitimã hæreditatẽ credetur reliquiſſe argu. l. Conficiuntur. §.1. infra de iure codicillo.*

Interpretatio. l. Regiæ. 47 48

*Erit huius ſententiæ illud inter alia emolumentum, quòd † filius ab inteſtato ueniens, nõ habebit beneficium poſſeſſorium, ſcriptis duntaxat hæredib9 cõceſſũ. l. fi. ibi,* SCRIPTVS HAERES. *C. de edicto Diui Hadri. tollẽ. ubi Alex.n.22. Philip. Deci.n.39. hoc ita reſoluunt, & Curtius Iunior.n.86. adijciens, idem procedere†, & ſi filius ſuus hæres ſit, aduerſus Bal. in. cap.1.n.1. de controuer. inter maſcu. & fœminam de benefi. in uſi. feudo. qui ſcripſit, ſuum hæredem, etiam ab inteſtato uenientem, habere id beneficium, exemplo ſcripti hæredis: quaſi exiſtentia ſui hæredis æquiparetur tabulis teſtamẽti. Quod cũ Bal. probauit Andr. Sicu. in repeti. rub. C. Qui admitti. col.14. Et potuit illis argumento eſſe Pauli reſpõſum in. l. Ex facto, ibi,* QVID ENIM INTEREST. *&c. infra de uulga. & pupil. At, quum per conſtitutionem filius pro expreſſim inſtituto habetur, nõ dubiè, † quaſi inſtitutus beneficium poſſeſſorium impetrabit.* 49 50 51

*Nam*

*Nā licet Ange.hoc negaſſe uideatur in.l.Sorori,ſupra Si pars hære dita.peta.eius ſententia obtinere non debet,quū contraria receptior ſit, Bal.uidelicet ī.l.3.penulti.q.C.de inoffi.teſta.quā Rapha.Fulgo. ꝓbat in.d.l.Sorori & Alex.in.d.l.fina.n.11.C.de edicto Diui.Hadri.tollē.*

*ALIA IGITVR VIA conſtantiùs idem Bar. in prici.huius.l.n.5.teſtamentum,de quo quærimus,defendere tentauit,quòd ſcilicet,& ſi filius,qui in poteſtate erat,præteritus diceretur, nō tamē præteritio habebat iniuriā, quum patris conſiliū manifeſtum foret,qui filiū, ſi ſe uiuo nō decederet,ſuperſtitem ab inteſtato hæredem ſibi eſſe uoluit. Vbi autem inteſtati hæres eſſe non poſſet morte præuentus,tunc uoluit, teſtamēto locum fore, argumē.l.Si quis hæres ita inſtituatur ſi legitim⁹, infra de hære.inſti.Tentauit eandem ſententiam Bar.in.l.1.n.16.& in.l. Cohæredi.§.fina.infra de uulga.& pupil. Verùm nec huiuſmodi defenſio tueri potuit teſtamentum,& frequentiùs receptū eſt, nec quidem hac ratione poſſe defendi.*

*Non obſtat Bar.argumentum colligentis, nō eſſe in hac præteritione iniuriam. Nam & ſi is enthymemate quodam uſus ueluti notam propoſitionē omiſerit, ualere teſtamentum,quo filius,non mala, ſed bona patris mente præteritus fuiſſet,argumē.l.Si emancipatus.ij,infra de bono.poſſeſ.contra tabu.l.Cùm ex filio,infra de uulga.& pupil.quaſi propter iniuriam præteriti filij,teſtamentum eſſe ſoleat nullius momēti, argu.l.penul. C.de fideicō.& tex.in authē.Vt quū de appella.cogno.§.Aliud quoq; capitulum,colla.8.nō ſolū cū multis auctoribus poteſt negari,hanc præteritionem eſſe filio fauorabilem,ſed etiam cum quibuſdā aduerſus opinio*
52 *nem uulgarem notari poteſt,† non ualere apud Iureconſultos teſtamentū,* Contra cō munē opinionem.
*quo præteritus eſſet ſuus hæres filius:& ſi maximè ei filio per talem præteritionem conſultum eſſe diceretur,idq; ſecūdū regulam.l.Inter cætera, in fi.infra hoc.titu coniuncto.§.Si prætor.l.Quū hi,ſupra de tranſactio: Formæ etenim ſatiſfaciendum fuit,exhæredando bona mente filiū. Quo*
53 *caſu † exhæredatio,intellecto patris conſilio,eum minimè notabat,quum*
54 *alioquin,† ſi mala mēte fieret,apud bonos et graues filium infamem redderet,qui adeo patri diſplicuiſſet,arg.l.Ea quæ pater, et q̄d inibi Salyce. C. Ex quibus cau.infamia irroge.obſeruat Lance.Deci.in.l.Multi non notæ cauſa,ſupra hoc titu. Deniq; pater,qui bona mente filium exhæredaret, in eo uidebatur officioſus, quòd exhæredatione teſtamentū confirmabat,*

mabat, ubi filij prouiſio cõtinebatur. Vnde nec de inofficioſo queri potuit filius. Remota autem exhæredatione, teſtamentum non iure factum deprehenderetur: & illo prætextu defendi nequiret, quòd præteritio filio eſſet fauorabilis, uti Vlpianus ſentit in.d.l. Multi non notæ, & in.l. Si patronus.§. Si quis non mala, infra de bonis liberto. facit.l.penul. ſupra de cura. & hoc ita Bal. uoluit in princi. huius.l.col.2. ſcribens, teſtamentum, præterito filio, non ideo eſſe iniuſtum, quòd eidem facta ſit iniuria, ſed magis, quia imperfectè teſtatur, qui gradum omittit, non omittẽdum. Quod etiam Ioann. Imolen. 2.col. opinari uidetur, & aſſeruit ex profeſſo Rapha. Cuma. in.l. Cùm ex filio. n.4. infra de uulga. & pupilla. & Lance. Poli. in tracta. de uulga. ſubſtituti. parti.2.n.7. & Albertus doctor Hiſpanus in repet.l. Si pater. n.166. uerſi. Sed ego credo. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi. factis.

Et uidetur, pro hac ſententia poſſe induci text. ſecundùm receptam interpretationem in.l. Paulus reſpondit.§. fina. infra de bonis liberto. ubi quum filius à patre milite præteritus bona mente fuiſſet, quæſitum eſt, an à bonis libertorum patris, & aui repelli deberet. Mouebat enim, quod militis præteritio pro exhæredatione haberetur. Paulus reſpondit, eum filium, tametſi pro exhæredato haberetur, non tamen eſſe repellendum à bonis libertorum auitorum, nec paternorum: quoniam exhæredatio non notæ gratia uidebatur eſſe facta, ſed magis bona mente. Ergo intellexit Iureconſultus, in ea ſpecie teſtamentum non ualere, ſine exhæredatione nominatim facta, quæ priuilegio militis induceretur.§. penul. inſti. de exhæred. libe. Alioquin, ſi non eſſet neceſſaria exhæredatio, quid attinebat filium pro exhæredato haberi, aut tractare, quaſi in filio exhæredato quæſtionem, quæ in præterito tractari potuiſſet? Verùm hæc inductio idcirco non procedit, quoniam Accurſij, & uulgaris interpretatio eius.§. diſplicere meritò debet. Nam & ſi Iuſtinianus in.l.1. &.2. C. de ueteri iure enucleã. polliceatur, in ſuo Codice nullam futuram antinomiam, ego opinior, pugnare ex diametro Vlpiani reſponſum in.l. Si patronus in princi. eo titu. cum Pauli reſponſo in.d.l. Paulus.§. fina. Paulus enim † non loquitur in milite, qui bona mente filium 55 præteriuit: quum hoc minimè exprimat: & iuris præceptori haud conueniebat, talem ſpeciem attingere, poſtquam in princi. l. reſponderat, exhæredationem nepotis, quæ non notæ gratia, ſed alio conſilio adiecta eſſet

Antiomia Iureconſultorum.

*eſſet, nocere ei non oportere, quominus contra tabulas libertorum aui, bonorum poßeſſionem petere poſſet. Quid? quòd ita ſcribens,* NON EO VSQVE SILENTIVM PATRIS EI NOCERE DEBERE, *manifeſtè intellexit, filium à patre milite præteritum mala mente, pro exhæredato haberi, eamq́ tacitam exhæredationem nocere filio, quoad hæreditatem patris, ſed non eò uſq; nocere, ut à bonis libertorum etiam repelleret. Planè exhæredatio bona mēte facta, nullo modo nocere diceretur, ſed potius prodeſſe. d. l. Multi non notæ. Hanc igitur ſubtilitatem Pauli, cui argumentum præſtare uidebatur ratio Imperatoris in. l. fina. uerſi. Quòd ſi fuißet. C. de libe. præte. refutauit Vlpianus in. d. l. Si patronus in princi. ſcribens, nociturā tali filio exhæredationem, quia uerum erat hunc exhæredatum eſſe. Sic Vlpiani ſententia præualet cum manifeſtiùs ſcripta, ab Imperatore Iuſtiniano uideatur approbata: & in multis cōpoſitores noui iuris (ut erāt hoīes) errare potuerunt.* Noua interpretatio

*Placet nihilominus Bal, Raphaelis, & aliorum minus recepta ſententia. Videtur enim cum iuris ciuilis rationibus congruere, neq; ullo forti argumento poteſt conuinci. Nam ad text. in. d. l. Si emancipa-*
56 *tus. ij. infra de bono. poſſe. contra tabu. reſpondetur† bonorum quidem poſſeſſionem contra tabulas denegari auo, quam is uidebatur accepturus nepotis nomine, quem in poteſtate habebat: quum nepos à patre ſuo præteritus fuißet: id eſt, nec inſtitutus, nec exhæredatus iuxta. l. 1. infra de bono. poſſe. contra tabu. §. Eadem, inſtit. de hæredita. quæ ab inteſta. deferun. ideo tamen denegari, quoniam teſtator, ut filio prouideret, fideicōmiſſariam hæreditatem ab extraneo hærede ei dederat ſub conditione, ſi liberatus eßet ab aui poteſtate, quem ſuſpectum habuerat: quemadmodum, ſi eumdem filium pater ſub eadem conditione hæredem inſtituiſſet, neganda eßet eidem auo bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas, quam pendente conditione, peteret nepotis nomine: proinde ſi eam non iure accepißet, irritam futuram diceremus. l. Filijs matrem. C. de inofficio. teſta. Verūtamen hanc iuris rationem ad Prætoris bonorum poßeßionem reſtringi debere, qui edictum ſuum ex æquo, & bono tēperabat: quum iuris ciuilis ſolēnia non ſimiliter temperentur, niſi Prætor ſuccur-*
57 *rat, uti probatur in. l. Poſthumus in princi. infra titu. 1. Nec eſt nouum†, ut quo caſu emancipato, uel ei, qui nunquam fuit in poteſtate filio bonorum poßeſſio contra tabulas negatur, ſuus hæres filius teſtamentum pa-*

tris infirmet ipſo iure.l.Si pater cũ ſimili.C.de iuſtitu.& ſubſti.cõiuncta.l.3.§.Si ſub ea,infra de bono.poſſe.cõra tabu. Qua ratione etiã reſpõdetur ad.l.Cùm ex filio,infra de uulga.& pupilla.ubi Iurecõſulti† de 58
emancipato agunt: quòd ſi negandam ei bonorum poſſeſſionem contra tabulas ſenſerunt,facile eſt cum Rapha.Cumano inibi.2.col. Prætoris edictum a iure ciuili diſtinguere.

Hinc primò colligo intellectum † ad Vlpiani reſponſum in.l.2.§. 59
Si mater, uerſi. Et ſi forte, infra ad ſenatuſconſ. Tertullia. ubi maritus proponitur uxorem hæredem inſtituiſſe, eamq́; rogaſſe, ut communi filio hæreditatem reſtitueret, remiſſa etiam ſatiſdatione: & quum filius poſt mortem patris impubes adhuc deceſſiſſet, quærebatur, an mater, quæ ei filio tutorem non petierat, à legitima eiuſdem ſucceſſione eſſet repellenda: reſponſum eſt, eam excuſari, eò quòd patris uoluntatem ſequuta, filio nihil habenti, tutorem non petierat: & planè

Noua īterpretatio.

intelligit Iureconſultus teſtamentum ualuiſſe: uidetur enim interpretandum, impuberem exhæredatum fuiſſe, & omiſſam ab Vlpiano exhæredationem, quam in impuberibus ſolennem in ea ſpecie eſſe ſcripſerat in.d.l. Multi non notæ, & in.l.Si patronus.§.Si quis non mala, infra de bonis liberto, quoniam aliud principaliter agebat. Quod & Gallum Aquilium in filij inſtitutione ſimiliter feciſſe certum eſt: & Marcellus † in.l. Ex aſſe, infra ad.l. Falcidi.ex aße patronum a liberto hæredem 60
inſtitutum ſcribit,fuiſſeq́; legatos filio. CXX.aureos: & tamen pro conſtanti habuiſſe creditur, filium nominatim exhæredatum, ut Dynus, & Alberic.inibi exiſtimarunt, & Ioann. Imolen. in.l. Inter cætera.1.nota, infra hoc titul. Puto autem Vlpianum ſentire, † quoties 61
bona mente patres, ut impuberibus conſulerent, eos exhæredarent, & ab hærede inſtituto fideicõmißariam hæreditatem, quum puberes facti eſſent, eiſdem relinquerent, fideicõmiſſum non eſſe conditionale: proinde filium, qui, antequàm pubes factus eſſet, uita decederet, fideicommiſſi actionem in ſuos hæredes tranſmittere. Interpretor enim in ea ſpecie, quum mater excuſatur illo nomine, quòd nihil habenti filio tutores petere non debuerit, utilem quæſtionem fuiße de hæreditate impuberis non adeo inani, quam is uidelicet fideicõmißi actione locupletem reliquerat: quod etiam ex paternæ uoluntatis coniectura adſtruitur. Nam quum mulier fiduciaria hæres relicta, tutoris officium

ex uolũ-

*ex uoluntate mariti impleret, omnia, quæ ad pupillum ſpectarent, interim habitura, pater prorogaſſe magis ſolutionis tempus, quàm incertum fideicommiſſi diem conſtituiſſe uidebatur. l. Seius Saturninus, ad finem ibi,* TVTELAM MAGIS, *infra ad ſena. conſ. Trebel.*

*SEcundò colligo nouam interpretandi rationem ad Iaboleni reſponſum* Noua interpretatio
62 *celebre† in. d. l. Seius Saturninus, ubi integra facti ſpecie relata, propoſitum eſt, quendam fiduciarium hæredem inſtitutum, rogatum fuiſſe teſtatoris filio, quum ad ſexdecim annos perueniſſet, hæreditatẽ reſtituere: & teſtamentum planè ualuit: quum tamen nulla inſtituti aut nominatim exhæredati filij mentio eſſet. Angelus. Iohan. Imolen. Alex. inibi. 2. col. Areti. in. l. Si mater col. 2. infra de uulga. & pupilla. id teſtamentũ ideo ualuiſſe putauerunt (& ſi filius præteritus eſſet) quoniam præteritio ei fauorabilis fuiſſet. Ego contra interpretor, teſtamentum in ea ſpecie, nullius momenti cenſendum, filio præterito, qui eſſet in poteſtate, niſi proponeretur talis fuiſſe teſtator, cui per conſtitutiones principales, ex militum priuilegio, remiſſa eſſet ſolennitas nominatim exhæredãdi filium. §. penulti. cũ ſimili. inſti. de exhære. libe. Quippe animaduerto, Seium Saturninũ militari iure potuiſſe teſtari, ut qui eſſet ex claſſe Britãnica archigubernus:*
63 *planè† archigubernos, nauarchos, & trierarchos claſſium, iure militari teſtari poſſe, dubitatio non eſt. l. 1. §. Item nauarchos, infra de bono.*
64 *poſſeſſi. ex teſta. mili. ubi Vlpianus, † omnes etiam nautas, & uigiles in claſſibus milites eſſe ſcripſit, nec eſſe dubitandum, qui iure militari teſtari poſſint. Denique licet in bello nauali non decedant, manifeſtè uult, eorum teſtamenta, quaſi militum, ualere: quanquam Frãciſcus Ripa in. l. Centurio. n. 11. infra de uulga. & pupilla. contrarium deceptus ſcriptum reliquerit.* Cõtra Frãciſcum Ripam.

65 *TErtiò colligo, obſcurum Africani reſponſum † in. l. Si mater, infra de uulga. & pupilla. quod in matre facile procedit, in patre defendi nequaquã potuiſſe: tametſi. Lãce. Poli. in tracta. pupilla. ſubſtitu. in. 3. requiſito. n. 27. & . 28. auſus ſit, contra omnium codicum fidem, ubi mater legitur, pater reponere uictus difficultatibus, quæ ſecundùm uulgarem literam incurrerent. Nam quum Africani uerba hæc ſint,* SI MATER ITA TESTETVR, VT FILIVM IMPVBEREM, QVVM ERIT ANNORVM XIIII. HAEREDEM INSTITVAT, EIQVE IN TABVLIS PVPILLARIBVS, SI SIBI HAERES NON ERIT, ALIVM SVBSTITVAT, VALET SVBSTITVTIO. Contra Lãcelotũ Politum.

*Ego, ſi in uulgatis codicibus pater legeretur, mater reponerem, ne ineptum, atque adeo falſum Africani reſponſum appareret. Nec enim poſſet ualere teſtamentum, in quo ſuus hæres filius inſtitueretur, quum eſſet annorum.14. contra. l. Si pater, cum ſimili. C. de inſtitu. & ſubſti. Sed nec bona parentis mens, qui, ut filio prouideret, ita concepiſſet inſtitutionem, tueri poſſet teſtamentum non ſolenne: igitur litera cõmunis uериſſima eſt, ſecundùm quam Africani ſententia habet aliquid argutũ, quod tamen nequeat eſſe in difficili. Nam quum olim magnũ fuiſſet negotium Labeonis, Offilij, Caſſellij, & Trebatij cõſulentium, quomodò parens, qui impuberi emancipato teſtamentum facere non poſſet, aliquid cõciperet, quod ipſam pupillarem ſubſtitutionẽ referret. l. Cũ ex filio, infra eo titu. uidit Africanus eandem utilitatem frequẽtiùs in matre occurrere, quæ filijs impuberibus non poteſt facere teſtamentum. Quare † ſi mater deſideret, impuberem filiũ ſic hæredẽ relinquere, ut ſi impubes adhuc decedat, hæreditas ad Semproniu m tranſferatur: ſecundùm Africani* 66
Africani conſilium vulgò non intellectũ. *conſilium, uulgò non intellectum, inſtituere filium debet, quum erit annorum.14. quo caſu inſtitutio conditionalis eſt: nec ante filio hæreditas defertur, quàm pubes factus ſit. l. Si cui legetur. §. 1. infra de lega. 1. quod Iacob. Aret. Alberi. Rapha. Cuma. Paul. Caſtren. & alij rectiſsimè opinantur contra Azonis, Accurſij, Bart. & aliorum duriſſimam interpretationem in. d. l. Si mater. Debet item mater, eidem filio Sempronium uulgari modo ſubſtituere, ut ſi hæres filius non extiterit, ſit hæres Sempronius: in qua ſpecie ſi filius ante pubertatem decedat, Sempronio deferetur ex ſubſtitutione hæreditas. Nec enim † conditio* 67
*illa inſtitutionis, quum erit annorum.14. in ſubſtitutione cenſetur repetita. l. Sub conditione, infra de hæredi. inſti. tradit Accurſi in. d. l. Si mater in.3. ſcholio. Sed & ſi filius pubeſcat, & delatam hæreditatem recuſet, ex uulgari ſubſtitutione idem Sempronius admitti poteſt. l. Cùm proponas. C. de hære. inſtitu. Sic argutam conceptionem perſpicis, in qua uulgaris ſubſtitutio, quoad fieri potuit, ſubſtitutionis pupillaris utilitatem repræſentat. Vides, qua ratione matris mentio facta ſit, & quare inſtitutio fuerit concepta, ſub ætatis pupillaris conditione. Poſtremò intelligis, quo propoſito Iureconſultus tabulas pupillares appellauerit, eas ſcilicet, † quibus ſeorſum aliquid, ad pupillum pertinens, contine-* 68
*retur. l. Si mater filij, ibi,* APERTIS PVPILLARIBVS TABVLIS, *infra de ex-*

*de excepti. rei iudi. Et quòd uulgaris ſubſtitutio effectum pupillaris quo-
dãmodò referret: ut formidoloſa mater, filio impuberi timens, non imme-
ritò ſeparare uulgarem ſubſtitutionem debuerit: ne uulgaris ſubſtitutus
infirmæ ætati inſidias tẽderet, iuxta .§. Sin autem, inſti. de pupilla. ſubſti.
Quam interpretationem proprio marte quæſitam, adoleſcens quõdam,
inter centum paradoxa Salmanticæ publicaui: nec dum ad nos ſcripta
Viglij peruenerant, qui, ut alia ingenioſè, ita quòq; hunc ſenſum attigit* Viglijlaus
*in princi. inſti. de pupilla. ſubſti. n. 6.*

*Nec Africani conſilio negocium fecit, quòd de inofficioſo matris
teſtamẽto, uidebatur filius poſſe queri: ideo enim propoſuit, eum ſolum pri
mo gradu hæredem ſub ea cõditione inſtitutum, ut querelã excluderet, quæ*
69 *† intentari non poteſt, niſi contra hæredem, qui ex teſtamento hæredita-
tem adijt. l. Papinianus. §. Si conditioni, ſupra de inoffi. teſtamen. Ergo
quum nec cohæredem filius habuerit, nec ad uulgarem ſubſtitutum tranſ-
mittere potuerit hæreditatem pendente conditione, de inofficioſo actu-
rus iuxta text. in d. l. Papinianus. §. Quarta, in fine, ſequitur, ut ſecun
dùm iuris ciuilis regulas, mater ſecurè teſtata fuerit: quod alibi in ſimili
ſpecie obſeruant Rapha. fulgo. & Ias. n. 4. in. l. Filiis matrem. C. de in-
officio. teſtamen.*

*Sic apparet, labi errore Ioãnẽ Imolẽ. & Areti. 2. col. in. d. l. Si ma-* Contra Io.
*ter, qui tutius eſſe putauerunt, ſi in ea. l. diuinarẽt, cohæredem filio datũ:* Imol. Are.
*quod & Alex. ante. n. 2. non omnino improbat, Verius enim eſt, tantum* & Alex.
*abeſſe, ut per eam diuinationem credatur ſecurius fuiſſe teſtamentum,
quòd per eam maximè impugnaretur: poſſet enim filius, adita à cohære-
de hæreditate, contra inofficioſum matris teſtamentũ, querelã perferre,
& inane Africani conſilium reddere. Nec refragaretur Vlpiani re-
ſpõſum in. l. Si patronus. §. Si quis non mala, infra de bonis liberto. quo ad
ducitur Zazi. in tracta. de pupilla. ſubſti. n. 13. ut dicat, filio cõſultũ eſſe ĩ* Cõtra Za
70 *d. l. Si mater. Nam & ſi Vlpianus † in eo. §. & in. l. Multi non notæ, ſen* zium.
*tiat, filium impuberem de inofficioſo patris teſtamento queri non poſſe:
illud ideo, quia patris conſilium manifeſtum erat, qui, ne tutor impube-
ris hæreditatem adminiſtraret, fiduciarium hæredem maluit inſtituere
reſtituturum hæreditatem filio, quum in ſuam tutelam ueniſſet: quo caſu
impuberi omnimodò conſultum apparebat, qui & interim decedens fi-
deicommiſſum hæreditatis hæredi ſuo relinqueret. l. Seius Saturninus,*

*infra ad ſena. Trebel. Hic igitur aliud dicendum eſſet: quum mater, quæ
filium inſtituit, quum erit annorū. 14. nō alio conſilio feciſſe hoc uideatur,
quàm, ut ſubſtituto præcipuè prouideret: ſiquidē filius † nec pendente con* 71
*ditione hæres eſſe poſſet, nec interim decedens, quidq; hæredi reliquere:
quod per ſe † oneroſum eſt. l. Ventre præterito, & quod inibi Bar. n. 13.* 72
*infra de acqui. hæredi. unde & de inofficioſo teſtamento aduerſus cohæ-
redē iuſtè acturus uideretur.*

*Deniq; hodie. d. l. Si mater, nō procederet: nā cū prope eſſet, ut illius matris teſtamentū, tam nullius momenti hodie cenſeretur, quàm etiam patris, obtinuit utroq; caſu ualere, & illam conditionem, quū erit annorum 14. quaſi oneroſā reijci de legitima portione. l. Quoniā in prioribꝰ. l. Scimus. §. Cùm autem. C. de inoffici. teſta. ſic cōſiliū Africani tantummodò locum habebit in eo, quod filio relictum ſit ſupra legitimā portionem: hoc etenim ad uulgarem ſubſtitutum perueniet, ſi filius intra quatuordecimū annum uita decedat, ſecundùm Bal. opinionem in. d. l. Si mater, quam Rapha. Cuma. Pau. Caſtren. Areti. cū alijs ſequuntur. Id & Bartoli ſententiæ conſequens eſſe uidetur, qui inibi credidit, propoſitam cōditionem oneroſam eſſe filio, niſi aliud extrinſecus proponeretur. Nec diuerſū conſulentibus, & iudicātibus probandum cenſeo: tametſi Ioan. Dilectus in tracta. de arte teſtandi titu. 5. de ſubſtitu. caute. 30. n. 2. opinatus ſit, adiecta cauſa leuiſſima, conſilium Africani (quem tamen non ciet) hodie etiam in tota hæreditate utile eſſe.*

Contra Ioānem Dilectum.

*QVartò & ultimò colligo. l. Si quis hæres inſtituatur ſi legitimus,
infra de hære. inſti. † in filio ſuo hærede non poſſe intelligi: conſtaret* 73
*enim, præterito eo, qui nec inſtitutus eſſet, nec exhæredatus,
teſtamentum eſſe iniuſtum, ut & crebriùs doctores probant, & tradit
Vincē. de Hercula. in quæſtionibus ſuis. q. 4. ubi latè de hac Bartoli
ſententia egit. Id itaq; Scæuolæ reſponſum, ad hæredem legitimum
referre oportet, qui non poſſet præteritus infirmare teſtamentum,
quum & † ſuorum appellatio à legitimis diſtingui ſoleat. l. Poſthu-* 74
*mus, in princi. ſupra de inoffici. teſta. & in rubr. infra. de ſuis & le-
gi. hæredi. Sed & † uerbum uendicare, non ad ſuos duntaxat hæredes* 75
*pertineat, ſed ad omnes legitimo iure ſuccedentes, poſſit pertinere. l. Si
inſtituta. §. De inofficioſo. ij. ſupra de inoffi. teſta. l. Qui duos. §.
Cùm in bello, infra de rebus dubi. l. 2. §. Si mater, infra ad Tertullia.*

& alibi ſæpe: quod Andreas Sicu. nõ ſatis expendit in cap. Rainuncius
76 n. 50. de teſtamentis. Deniq; quum iure ciuili † ſucceſſio nõ eſſet inter legitimos hæredes, qui ex. l. duodecĩ tabularum uocarẽtur. §. Placebat. inſti. de legati. agnato. ſucceſſi. l. Poſt cõſanguineos ĩ prin. & §. Interdũ, ĩfra de ſuis & legi. hære. nota. in. l. Qui ſe patris. C. unde libe. inteſtati hæreditas plærunq; uni duntaxat hæredi legitimo deferebatur: ſic agnato proximo inteſtati hęreditatem repudiante, locus erat teſtamẽto. Nec tam oneroſa erat inſtituto cõditio illa, ſi legitimus hæres uẽdicare hæreditatẽ nolit, quàm prima facie uideretur his, qui crederẽt, omnes inteſtati ſucceſſores ſecundùm conditionis uerba ante inſtitutum eſſe admittendos: ut Thomas Chalan. in repe. l. 1. n. 13. infra. de uulga. & pupilla. qui ex uoluntate propoſitam conditionem ad unum duntaxat proximũ hæredem retulit, ne alioqui, cauſa teſtamenti nunquã locum haberet. Et ſanè moueri debuit argumento tex. quem non allegauit, in. l. Ex facto. §. fin. infra ad Trebel. Cõtra thomã Chalan.

Ego autem auſus ſum dicere tex. in. d. l. Si quis hæres inſtituatur, etiã præterito filio ſuo hærede, poſſe procedere, idq; ſecundùm ius prætorium: ualeret enim teſtamentum, & ſcripti hæredes, accepta bonorum poſseſsione ſecundùm tabulas, hæreditatis emolumentũ haberẽt. Nec tãtùm uolo, ut teſtamentum ab initio iure ciuili & prætorio infirmum, uires habere incipiat iure prætorio poſt mortem teſtantis, abſtinente ſe ab inteſtati hæreditate filio præterito, iuxta. l. Filio præterito, infra tit. 1. quod
77 M. tri. Salomo. annotauit in princi. huius. l. n. 34. Plus † arbitror, ſtatĩ ab initio teſtamẽtum iure prætorio cõſiſtere, argumento. d. l. Filio præterito. Siquidẽ æquitas, quæ Prætorem mouit, ut abſtinẽte ſe filio præterito, bonorum poſseſſionem ſecũdùm tabulas ſcriptis hæredibus cõcederet, eadẽ quoq; fauorabilem ſententiam exprimet: ut ſi teſtator ſub propoſita conditione, hæredem inſtituat, non malè teſtatus eſſe uideatur: teſtamentum deniq; ex æquo & bono ſubſiſtat, argu. l. In tẽp9, infra de hære. inſtitu.

Quo exemplo Bartoli etiam ſententia, quam tractamus, licet iure ciuili defendi nequeat, ſecundùm conſiderationem iuris prætorij non
78 malè defendetur. Certi enim iuris eſt, quòd † teſtamentum filio præterito iniuſtum, nec quidem ualere incipiet, ſi filius uiuo teſtatore decedat. l. Si filius qui in poteſtate, ibi, NON VALEBIT, ſupra hoc titul. in princi. inſti. de exhæred. libero. & tamen ſi proponatur hæres inſtitutus, qui rem ab inteſtato habiturus ſit, bonorum poſſeſſionem ſecundùm

 tabulas

tabulas accipere poteſt: & legata omnibus præſtare tenetur. l. Poſthu-
mus, uerſi. Idem & circa iniuſtum, infra titu. 1. Quod† receptiſſimum 79
Cõtra Alciatum. eſt, nec improbari debuit ab Alciato parado. lib. 3. cap. 8. qui iniu-
ſtum teſtamentum negat appellari, in quo præteritus ſit filius. Proinde
Vlpiani reſponſum referens ad teſtamentum, in quo alia ſolennia defue-
re, opinatur, nec quidem ijs, qui rem ab inteſtato auferre poſſint, dandam
eſſe bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas, quamuis filius præteritus
uiuo teſtatore decedat argumẽ. §. Idem credẽdum, ſupra hac. l. ubi ſucceſ
ſione præteriti nepotis, teſtamẽtũ rũpitur, & ſi is uiuo auo teſtatore mo-
riatur: quum tamen pronepos inteſtati hæres proximus teſtamento eſſet
inſtitutus. Quo loco primũ non uideo, cur negauerit iniuſtum eſſe teſtamẽ
tum, quo ſuus hæres filius præteritꝰ fuiſſet, ſi idẽ Vlpianus† in. l. 3. §. Ex 80
his eo. tit. manifeſtè hoc dicit, HI (inquit) INIVSTVM FACIVNT, ILLI
RVMPVNT: facit. l. Si pater. C. de inſti. & ſubſti. l. Si quis legatũ, ĩfra
ad. l. Corne. de falſis. tex. in prin. inſti. de exhære. libe. Deinde, quum præ
cipuè urgetur uerbis Scæuolæ in. d. §. Idem credẽdum, miror equidẽ, quia
non ſunt ambigua Vlpiani uerba in. d. l. Poſthumus, in prin. ſcribẽtis, ru
ptum teſtamentum reualeſcere iure prætorio, ſi præteritus uiuo teſtatore
decedat, qualis qualis ſit hæres inſtitutus. Planè Scæuola in. d. §. Idẽ cre
dẽdũ, de teſtamẽto agit, quod ſucceſſione quaſi agnatione poſthumi rũpe
retur. l. Poſthumorum, infra tit. 1. Deniꝗ; arbitror, illam conditionem, SI
Noua interpretatio SIGNATVM FVERIT TESTAMENTVM, qua ſeptem teſtium ſigna cõ
tinebantur, repetendã eſſe in iniuſto, & in irrito teſtamento, uti colligitur
ex. d. l. Poſthumus, coniuncto. §. Non tamẽ, inſti. Quibus mo. teſta. infir-
men. facit. l. 2. & quod omnes inibi obſeruant. C. de bono poſſeſſ. ſecun. tab.
Ergo ſi teſtator præterito filio, nepotem ex eo poſthumũ ſimpliciter hæ-
redem feciſſet, diceremus, teſtamentum initio inutile, poſſe habere utilita
tem, ſi præteritus filius uiuo patre decederet: quoniam nepoti, qui rem ab
inteſtato auferre poſſet, ſecundùm tabulas bonorum poſſeſſio danda eſſet.
At, quum teſtator non ſimpliciter poſthumum nepotem inſtituit, ſed ſub
conditione, ſi præteritus filius, uiuo ſe moreretur: (quæ Bartoli cõceptio
eſt ex uerbis Galli Aquilij) æquiſſimum erit, teſtãtis uoluntatem initio
Interpretatio nõ vulgaris. tueri, ut non malè teſtatus eſſe uideatur ſecundùm ius prætorium. Quod
fortaſſis Vlpianꝰ hac ratiõe motus intellexit† in. l. Etiam. §. Libertus, in 81
fra de bonis liberto. LIBERTVS (inquit) SI PATRONVM SVVM ITA
HAERE-

HAEREDEM SCRIPSERIT, SI FILIVS MEVS ME VIVO MORIETVR, PATRONVS HAERES ESTO: NON MALE VIDETVR TESTATVS. NAM SI DECESSERIT FILIVS, POTERIT HIC EXISTENTE CONDITIONE ACCIPERE BONORVM POSSESSIONEM.

*Licet enim Areti. in princi. huius. l. col. 2. contendat, in eo. §. filium inſtitutum fuiſſe, & de alia re præcipuam quæſtionem fore: cui potuit argumẽto eſſe. l. Libertinus, in princi. eo. titu. magis tamen eſt, ut Iureconſultus, quum dixit,* NON VIDETVR MALE TESTATVS, *ad filij præteritionẽ reſpexerit. Nec enim de patroni ſubſtitutiõe potuit dubitari, quũ ſpecies propoſita bonorum poſſeſſionẽ contra tabulas nullo modo admit*
82 *teret: quia ſiue filius patri ſuperuixiſſet, aduerſus † eum hæredem, cõtra tabulas bonorum poſſeſſionem patronus non haberet. l. Si necem. §. fina. l. Si libertus ſub conditione. §. Si libertinus, eo. tit. ſiue uiuo patre mortuus fuiſſet, non erat, contra quem bonorum poſſeſſionem patronus acciperet iuxta tex. in d. l. Etiam. §. ut patronus: quod Dynus, & Alberi. in. d. §.* Cõtra Dynum, & Albericum.
*Libertꝰ, nõ aduertũt, interpretãtes ea uerba,* NON MALE TESTATVS, *referenda eſſe ad contra tabulas bonorum poſſeſſionem, quam patronus accipere poſſet. Et cur non laudauit potius, quam excuſauit teſtamentum Vlpianus, ſi filius erat hæres inſtitutus? Igitur excuſans teſtamẽtum, ſignificauit, id filio præterito, nõ ualere ſecundùm ius ciuile: et ſolam bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas patrono dandam fore: quod ſtatim expreſſit. Alioquin nihil erat, quòd ſe ad ſolam bonorũ poſſeſſionem reſtringens, uideretur excludere ius adeũdi. Deniq;, quãq; interpretes uariẽt, receptius eſt, in eo. §. & præteritũ fuiſſe filium, & ſolam bonorum poſſeſſionem ſecundũ tabulas patrono competere, inducto. §. Idẽ & circa. d. l.*
83 *Poſthumꝰ, infra tit. 1. quũ uidelicet † patronus remoto filio, inteſtati liberti ꝓximus hæres eſſet. l. Liberto ſine liberis, infra de bonis liberto. Alex. tamen in princi. huius. l. n. 6. nõ immeritò hæſitauit: animaduertit enim, nõ eſſe iuſtam inductionem. d. §. Idem & circa, in quo teſtator ſine dubio malè teſtatus uidetur, & ſi maximè ex poſt facto ab euentu teſtati exitum faciat, ſecundũ ius prætorium. Enimuerò Vlpianus ait,* NON MALE TESTATVS VIDETVR, *intelligens, teſtamẽtum non malè conceptum, initio ualere. Verum admotis his, quæ ſupra diximus, res expeditur: interpretamur enim, non malè teſtatum libertum, qui filio præterito, patronũ inſtituerat, ea adiecta conditione, quæ & caſum mortis filij cõtineret, & inſti-*

*inſtitutionem ſuſpenderet in tempus, quo patronus rem ab inteſtato auferre poſſet. Quod ita circa eum.§.ſubtiliter tẽtauit Soci.in.§.In õnibus, in fi infra hac.l.diſtinguendo tex.in.d.§.Idem & circa, d tex.in.d.§.Libertus, & multò ante Soci.idẽ ferme tentauerat Ioã.Petru. præceptor Lodouici Roma.in.l.Ante ꝗ.C.cõmu.de ſucceſſio.relatus ab Andrea Siculo in cap.Rainuntius.n.50. de teſta. Quorum interpretatio apertè comprobat noſtrã obſeruationẽ circa tex.in.d.l.Siquis hæres inſtituatur: quem ſimili modo diſtinximus à l.Filio.præterito, infra titu.1.*

*Et habebũt hæ ſubtilitates illam utilitatem, quòd † ſuperius teſtamentum, ſi quod factum erat, continuò rumpetur: quum poſterius initio ualere cœperit uel ſolo iure prætorio.l.Cùm in ſecundo, infra tit.1.coniuncta reſolutione Alex.in.l.Si filius qui in poteſtate.2.col.ſupra hoc titu. Alioquin, ſi circa.d.l.Siquis hæres inſtituatur, non egrediaris terminos.d.l.Filio præterito, infra titu.1.reſpondere oporteret ſecũdùm omniũ ueriſſimã ſententiam, † ſuperius teſtamentum, quod iure factum erat, & morte teſtatoris confirmatum extiterat, non infirmari: & ſi maximè filius poſteriore teſtamento præteritus, ſe poſt mortem patris, ab omni iure ſuo abſtineret. Sed & circa.d.§.Libertus, ſi bonorum poſſeſſionẽ inducas ex ſolo §.Idem & circa.d.l.Poſthumus, infra titu.1.ſuperius teſtamentum continuò non rumpetur: & tunc demũ recipies poſſe rumpi, † ſi filius poſterioribus tabulis præteritus, uiuo patre, deceſſerit, ſecundùm traditionẽ Bar. in.d.l.Cùm in ſecũdo infr. & inibi Ioã Imo.Pauli Caſtrẽſis col.3.Alex. n.4.in d.l.Si fili⁹ q in poteſtate. Vnde notabilis interpretatio colligetur † ad.l.Siquis eum.§.fina.infra de uulga.& pupilla.ubi Iurecõſultus procul dubio intellexit, inutile eſſe poſterius teſtamẽtum, in quo teſtator hæredem inſtituerat ſub cõditione, ſi filius ſe uiuo decederet, eò quòd filius præteritus deprehenderetur: proinde reſpondit, non eſſe ruptum poſterius teſtamẽtum: poterit enim dici, id reſponſum generaliter quidem procedere: cæterum ſi poſteriore teſtamẽto hæres inſtitutus ex his fuiſſet, qui rem ab inteſtato auferre poſſent, reſponſurum Iurecõſultum, ſuperius teſtamentum rumpi: quum poſterius non malè eſſet conceptum, argumẽto dictæ.l. Etiam.§.Libertus.*

84 85 86 87

Notabilis interpretatio.

# Summaria ſecundæ partis.

*1.Deportatio*

1. DEPORTATIO ſucceſſit in locũ interdictiõis aquæ & ignis.
2. Galli Aquilij verbis deportationis caſus nõ eſt comprehenſus.
3. Moriendi verbum ad emancipationem non pertinet.
4. Mors apud Iurecõſultos naturaliter ſemper intelligitur.
5. Mortis ciuilis appellatio magiſtralis eſt.
6. Mutuũ ciuile apud iureconſultos non repertum, docendi gratia inuentũ eſt.
7. Deportationis caſus ad ſimilitudinẽ mortis admiſſus eſt, propter eundẽ effectum.
8. Intellectus. §. Cornelio Felici. l. Statius Florus. ff. de iure fiſci.
9. Fideicõmiſſi dies non cedit, ſi hæres rogatus poſt mortem reſtituere hæreditatem, in metallum damnetur, ſed expectanda eſt mors naturalis.
10. Intellect⁹. §. Si quis rogatus. 2. verſi. Sed ſi ſeruus. l. Ex facto. ff. ad Trebelli.
11. Hæres rogatus poſt mortem liberis ſuis hæreditatem reſtituere, ſi nullo ante concepto filio, dãnatus ſit in metallũ, deceſſiſſe ſine liberis videtur, ſecus ſi deportatus ſit.
12. Fideicõmiſſi dies vtrum cedat, ſi qui rogatus eſt poſt mortem hæreditatem reſtituere, ordinem fratrum minorum profeſſus ſit.
13. Mortis & deportationis caſus, qua nam ratione dicantur hîc eſſe eiuſdẽ effectus.
14 Deportatus vtrum durante poena poſſit eligere.
15. Electio, de qua in l. Cùm pater. §. Hæreditatem. 1. ff. de lega. ij. facti eſt, non iuris.
16. Deportatus poſt mortem teſtatoris, ſi durãte poena eligat vnum ex filijs, & in eo ſtatu decedat, electio nullius momenti erit: ideoq; omnes filij ad fideicõmiſſum admittentur.
17. Conditiones facti ſunt.
18. Deportatus non amittit ea, quæ facti ſũt.
19 Intellectus. l. Cùm pater. § Hæreditatẽ. i. ff. de lega. 2.
20. Intellectus. l. Ex facto. §. Si quis rogatus ij. ff. ad Trebellia.
21 Mortuus & moriens velle nihil poſſunt.
22. Intellectus verſi. vltimi §. Si quis rogatus. ij. l. Ex facto. ff. ad Trebellia.
23. Legatum Titio datum ſub conditione nõ perimitur, Titio in inſulã deportato: perimitur autem, eodẽ poenæ ſeruo effecto.
24. Eligendi facultas ad cõditionem relata non perimitur deportatione: perimitur autem poena ſeruitutis.
25. Deportatus vtrum poſſit eligere, quæſtio voluntatis eſt magis, quàm poteſtatis.
26. Maritus, qui vxori mortis cauſa donauit, & deinde deportatus eſt, an durãte poena poſſit donationẽ cauſa mortis reuocare.
27. Intellectus. l. Cùm quis. ff. de ſolutio.
28. Adiecto ſolutioni nõ poteſt ſolui, ſi poſt ſtipulationẽ deportatus fuit: nec mutat, quòd deportationis tempore ſtipulator uita deceſſerit.
29. Soluẽdi facultas, ab initio iure ſtipulationis ꝓmiſſori liberè quæſita, ab eo poſtea non aufertur.
30. Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, nõ deficit, & ſi quis legitimos liberos moriens relinquat in deportatione conceptos.
31. Deportatiõis poena efficit, vt deportatus alius eſſe videatur, quàm, qui erat.
32. Intellectus §. Ex facto. l. Ex facto. ff. ad Trebelli.
33. Eligens ante deportationẽ vtiliter eligit, & ſi poſtea deportetur.
34. Filius conceptus ante deportationem, ſi tẽpore mortis deportati patris ſuperſit, facit deficere conditiouem.
35. Intellectus. §. Hæreditatem, ibi, Quo interea. l. Cùm pater. ff. de lega. 2.
36. Electio non videtur collata in mortis tẽpus, quum hæres rogatur reſtituere poſt mortem filijs ſuis, vel uni ex his, cui voluerit.
37. Hæres rogatus, quum morietur, vel poſt mortem reſtituere filijs ſuis hæreditatẽ, vel vni ex his, cui voluerit, nũquã poteſt eligere, niſi ante diẽ fideicõmiſſi cedẽtẽ.
38. Facta per aliũ explicari nequeunt, quum perſonæ iniũcta videãtur.
39. Deportationis & mortis caſus ea ratiõe comparantur, quòd inſtitutio vtroq; caſu in cauſa caduci eſt.

40.Deportati inſtitutio pro non ſcripta eſt perinde ac ſi hæres inſtitueretur, qui iam vita functus eſſet.

41.Filius uiuo patre deportatus, & poſt eius mortem reſtitutus, an noceat nepoti.

42.Reſtitutio gratiæ nō habet effectum circa bona in alios tranſlata.

43.Reſtitutus ad ciuitatem & bona vtrum habeat beneficium ceſſionis bonorum.

44.Intellectus.l.2.ff.de ſenten.paſſis & reſtitu.

45.Deportatus, ſi poſtea per gratiam reſtituatur, utrum videatur reſtitutus ad bona quondam ſua, quæ fiſcus medio tempore alienauit, nunc autem redempta poſſidet.

46.Reſtitutio gratiæ cur nō porrigatur ad bona in alios tranſlata.

47.Reſtitutus non recuperat bona, quæ reſtitutionis tempore in alium ſunt tranſlata: nec ad rem pertinet, quòd poſt reſtitutionem ad fiſcum ſint reuerſa.

48.Publicatio non extēditur ad futura, nec reſtitutio.

49.Reſtitutio iuſtitiæ reſtituit bona etiam in alios tranſlata.

50.Reſtitutio iuſtitiæ fauorabilior eſt, quàm gratiæ.

51.Sententia iniqua valet, & dominium ex eo titulo transfertur.

52.Bartolus quomodò intelligendus ſit in.l. fin.n.7.C.de ſenten.paſſis.

53.Intellectus.§.Scæuola.l.Quòd ſi minor. ff.de mino.

54.Intellectus.l.fina.C.de repu.hæredi.

55.Laborum reputatio vſitata eſt in iudicio reſtitutionis in integrum.

56.Reſtitutionem non indulget euentus dāni, ſed inconſulta facilitas.

57.Reſtitutionem in integrum minoribus ꝓpriè edicto pollicitus eſt Prætor, quūquid de bonis ſuis diminuerunt.

58.Damni propriè reſtitutio eſt: lucri autē magis inſtitutio, quā reſtitutio videtur.

59.Reſtitutio ſolidior & fauorabilior eſt, quæ minoribus damnū paſſis ſuccurrit, quàm quæ ad lucrum eiſdē indulgetur.

60.Intellectus.§. Nunc videndum, verſic. Ergo.l.Si ex cauſa.ff.de minori.

61.Minor, qui damnū paſſus eſt, reſtituitur in integrum, etiam ſi res non ſit integra.

62.Minor, qui ad lucrū reſtitui ſe poſtulat, non eſt audiendus, ſi res non ſit integra, & occurrat iniquitas.

63.Minor annis, qui proprio beneficio per facilitatem ætatis renunciauit, vtrum ad id poſſit reſtitui, ſi iam alteri collatū ſit.

64.Reſtitutio iuſtitiæ, quæ iure actionis cōtra principalem datur, porrigere ſolet aliquando effectum ſuum cōtra tertios poſſeſſores, officio iudicis implorato.

65.Reſtitutus per modum iuſtitiæ vtilē in rem actionem poterit impetrare cōtra eum, qui a fiſco emit, ſi eius interſit res ipſas magis habere, quàm pecuniam. 84

66.Officium iudicis, quod imploratur in reſtitutorio iudicio, ſolet eſſe in rē ſcriptū.

67.Reſtitutio, quæ procedit per viam iuris ſcripti, inhæret a pricipio: adeo vt ius vēdentis non videatur eſſe liberum.

68.Intellectus.l. Bene a Zenone. C.de quadriē. præſcri. 85

69.Quadriēnij tempus obſeruatur in officio iudicis reſtitutorio.

70.Fiſcus nō conuenitur trāſacto q̄driēnio eo noīe, quòd rem alieni iuris alienauit.

71.Fructus veniunt in reſtitutione iuſtitiæ.

72.Venditor deceptus vltra dimidiam partem ueri pretij, non dicitur reſtitui in integrum, quum emptor ei ſupplet verum pretium. 86

73.Fructus reſtituendi ſunt venditori cum re in caſu.l.2 C. de reſcin. vendi. quum ſcilicet emptor noluit in integrū reſtitutionem euitare, ſuppleto iuſto pretio. 87

74.Fructus vtrum veniant in reſtitutione gratiæ.

75.Intellectus.c. Ad noſtram, de rebus eccle. non alienan.

76.Reſtitutio in integrum danda eſt regulariter eccleſiæ pro modico damno.

77.Minor annis læſus facilitate propria, uel aduerſarij dolo, regulariter reſtituendus eſt pro modico damno.

78.Minor vtrum reſtitutionem poſſit impetrare pro minimo damno.

79.Minor non reſtituitur poſt quadriēniū, & ſi eminentiſſimū damnū paſſus fuerit.

80.Eccleſia poſt quadriēnium auditur reſtitutionē

tutionẽ implorãs pro eminentiſſimo ſeu enormiſſimo damno.

81. Minor & eccleſia quanam ratione ſeparẽtur in eo, quòd hæc poſt quadriẽnium auditur, ille uerò non auditur.

82. Eccleſia, ſi enorme danũ, ſeu eminẽs incurrerit, audienda videtur poſt quadriẽniũ: nec exigitur enormiſſimũ, ſeu eminentiſſimũ damnum.

83. Enorme damnũ ſuperare uidetur magnã læſionem, quæ ſupra modicam eſt.

84. Eccleſia, quæ ꝑpter enorme dãnũ audiri debet reſtitutionem petens poſt quadriẽnium, intra quãtum temporis reſtitutionem petere debeat.

85. Partitæ Caſtellana lex fi. titu. fina. Parti. 6. quomodò intelligenda.

86. Fructus, quos quis ſuos fecit, utrum cum laboribus debeat compenſare.

87. Reſtitutio in integrum eſt in priſtinum ſtatum repoſitio: vnde & fructus reſtituũtur.

88. Reſtitutio gratiæ reſtitutio quidem eſt, ſed non propria in integrum reſtitutio.

89. Titulo cõuenire debẽt leges & capitula.

90. Deportati filius, ſi teſtamentum fecerit, & poſt eius mortem deportatus pater reſtituatur, teſtamentum nihilominus valebit: ſecus ſi viuo filio pater reſtitutus ſit.

91. Captiui filius, ſi teſtamentũ faciat, & poſt eius mortẽ pater ab hoſtibus redeat, vtrũ teſtamentum valeat.

92. Teſtamentum, quod filius facit viuo patre captiuo, in cuius poteſtate fuerat, initio nullius momenti eſt.

93. Teſtari poſſunt, qui certi ſunt de præſenti ſtatu, licet de futuro dubitent.

94. Filius familias non efficitur ſui iuris, ſi pater eius ab hoſtibus capiatur: nec quidẽ inſpecto præſenti ſtatu.

95. Teſtamentum, quod initio nullius momenti eſt, rumpi non poteſt.

96. Legitimationis reſcriptum impetrari nõ poteſt, ſi pater cõtracto matrimonio poſſit filium facere legitimũ.

97. Legitimationis reſcriptum tunc poteſt pater impetrare, quum matrimonium cũ matre naturalis impoſſibile eſt per facti aut iuris poteſtatẽ, aut ſcdꝫ bonos mores.

98. Matrimonium inhoneſtum eſt cũ concubina, quæ circa torum deliquit.

99. Intellectus. §. Sed & aliud verſ. Sed quiddam, in authen. Quibus mo. natu. efficiãn. legi. colla. 6.

100. Matrimonium cum meretrice contractum, ſine dubio valet ſecundùm ius canonicũ, & opus charitatis in ſe hẽt.

101. Intellectus. §. Si quis verò, in authen. Quibus mo. natu. effici. legiti. colla. 6.

102. Arrogationis reſcriptum non poteſt facere legitimos ſpurios, nec naturales filios.

103. Naturales filij non efficiuntur legitimi, quaſi ex præſũpto matrimonio, ſi eorum mater meretrix erat, aut vilis.

104. Intellectus. §. Ad hoc autem, in authẽ. Vt licet matri & auiæ, colla. 8.

105. Intellectus. §. Sit igitur licẽtia, in auth. Quibus mo. natu. effici. legi. colla. 6.

106. Legitimatio per reſcriptum non perficitur inuito filio.

107. Filium, quem pater impetrauit fieri legitimũ, ſatis eſt poſtea conſentire.

108. Legitimationis nulla ſpecies eſt, quæ ꝑficiatur inuito filio.

109. Inuitus filius non efficitur per reſcriptũ legitimus, & ſi matrẽ occultauit, impediendi matrimonij cauſa.

110. Naturalis filius, etiam ſi aduerſus patrẽ cõmiſerit cauſam aliàs exhæredatione dignam, non propterea in eius poteſtatem redigetur inuitus.

111. Ingratitudinis cauſa facit, vt emancipatus redigatur in poteſtatem eius, qui emancipauit: ſed non vtiq;, vt trãſeat in illius poteſtatẽ, qui non emancipauit.

112. Argumentum ab inferiore ad ſuperius affirmatiuè conceptum non valet.

113. Filius, qui ex aliqua cauſa poteſt inuitus emancipari, non ideo poterit inuitus in poteſtatem redigi.

114. Infans inuitus per reſcriptum principis poteſt fieri legitimus: nec vlla eius facti maioris ratihabitio exquirenda eſt.

115. Intellectus. §. Sit igitur licencia, verſi. Nec fraudare, ĩ auth. Quibus mo. natu. effici,

effici.legiti.colla.6.

116.Filius non efficitur inuitus patri naturali legitimus, etiam per ſubſequens matrimonium.

117. Ratihabitio filij circa legitimationẽ, quam pater impetrauit, quomodò colligatur.

118. Infans, quẽ legitimũ patri fecit comes palatinus, ſi maior factus ſciat hoc ita geſtum, nec contradicat, vtrũ eo ipſo conſentire videatur.

119. Ratihabitio filij in omnibus ſpeciebus, quibus reſcriptũ legitimationis procedit, eodem modo colligenda eſt.

120. Ratihabitio filij non ex eo inducitur, qđ ſciuit legitimationem impetrari, aut impetratã eſſe, nec tamen cõtradixit.

121. Ratihabitio uerbis, aut re inducitur.

122. Ratam ſufficit haberi legitimationem à filio poſt mortem patris.

123. Intellectus.l.In adoptionibus.ff. de adoptioni.

124. Præſentia ſine contradictione, multum diſtat a ſcientia ſine contradictione.

125. Filius, quem præſentem pater curiæ obtulit, conſentire viſus eſt legitimationi.

126. Minor.xxv. annis filius naturalis, ſi in hoc læſus ſit, quòd patri impetrãti reſcriptum legitimationis conſenſit, nõ reſtituitur in integrũ ex edicto de minoribus, aduerſus patrem.

127 Intellectus.l.fi.C. Qui & aduerſus quos.

128 Intellectus.l.3.§.Siquis minor.ff. de minori.

129. Reſtitutio in integrum datur liberis aduerſus parẽtes iure actionis, ſi magnũ detrimẽtũ circũſcripti paſſi fuerint.

130. Reſtituitur filius aduerſus patrem, officio iudicis implorato, ſi nimia reuerẽtia ei conſentiens non modicè læſus proponatur.

131. Pater, qui filios legitimos hẽt, poteſt utiliter impetrare à principe naturalis filij legitimationem.

132. Filiorum legitimorũ mentio fieri debet in reſcripto, cùm petita eſt legitimatio naturalis: alioqui non valebit.

133. Princeps exiſtente legitima ſobole, ſi non obſtãte lege, ex certaq; ſcientia, naturalem fecerit legitimũ, valebit reſcriptum ſine requiſitione legitimorum.

134. Princeps, qui naturalem, exiſtentibus legitimis, facit legitimũ, ex certa ſcientia, lege nõ obſtante, hoc ipſo videtur diminuiſſe ſpẽ legitimorũ liberorũ.

135. Succedendi ius à iure filiationis diſtinguitur.

136. Verbum diſponere, non omnimodò ad vltimam voluntatem, referẽdum eſt.

137. Naturalis filius, qui per principẽ, exiſtẽte legitima ꝓle, factus eſt legitimus, non poteſt plus teſtamento patris cõſequi, quã qui minus percepit ex ante legitimis.

138. Princeps poteſt, ſed non debet, extantibus liberis legitimis, qui non conſentiunt, naturalẽ filium parenti facere legitimum.

139. Princeps, qui naturalis filij legitimationem reſcripto concedit, inuito altero filio, quem ſimiliter fecerat legitimũ, non æquè facit iniuriam, acſi alter filius legitimè natus eſſet.

140. Princeps iuſtiſſimè concedit reſcriptũ legitimationis, inuito filio naturali & legitimo, qui conuincitur, aduerſus patrem cõmiſiſſe aliquid exhæredatione dignum.

141. Parentibus exiſtentibus, nõ prohibetur legitimatio.

142. Amor deſcẽdit.

143. Aemulatio inter pares facit indignationem.

144. Intellectus.§.Filiũ quoq;, in auth. Quibus mo.natu.effici.ſui colla.7.

145. Arrogatio filij vtrum eo nomine poſſit infirmari, quòd arrogator precibus non explicauit, eſſe ſibi matrem legitimam hæredem.

146. Parentum mentio fieri debet ab eo, qui legitimationis reſcriptum vult impetrare.

147, Vxoris inopis, quæ ſine dote ducta eſt, an ſit neceſſaria mentio in precibus locupletis mariti, qui filium naturalem ſupplicat, ſibi fieri legitimũ: requiſitio enim non eſt neceſſaria.

148

148. Vxori, etiam ſi quartam in bonis locupletis mariti poſt eius mortē habere debeat, non competit reuocatoria aduerſus eos, in quos maritus bona alienauit.

149. Agnatorū, quibus legitima portio non debetur, mentio non eſt facienda neceſſariò in precū libello.

150. Fratris conſanguinei non debet neceſſariò frater mētionem facere in libello, quo naturalem filium ſupplicat ſibi fieri legitimum.

151. Frater conſanguineus non habet querelā inofficioſi teſtamēti, aduerſus naturalem teſtatoris fratris filiū hæredem ab eo inſtitutum.

152. Legitimationes huius regni, an magis diſpenſationes ſint.

153. Legitimatio, & adoptio æquiparantur.

154. Adoptio dicitur, & vinculum contrahitur, quod emancipatione diſſoluitur, quum filius familias à patre datur in adoptionem alicui extraneo.

155. Cognatio legalis contrahitur per adoptionem filij familias extranei.

156. Diſpenſatio quum impetratur, non videtur eſſe neceſſaria requiſitio veniētiū ab inteſtato.

157. Diſpenſatio quum impetratur, non videtur omnimodò neceſſaria legitimorū liberorum requiſitio.

158. Gratia ſeu deſpenſatio non exigit neceſſariò patris citationem.

159. Agnatorum mentio non videtur neceſſariò fieri debere in precibus, quibus pro diſpenſatione ſupplicatur.

160. Agnatorum reſpectus, aut nullus apud principem eſſe debet, aut tam tenuis, vt non officiat gratiæ.

161. Tenuis reſpectus, qui mouere notabiliter principem non poteſt, reſcriptum nō vitiat.

162. Legitimatio, quamuis ex patris & filij voluntate procedat, aliquando tamen patri potius, quā filio cōcedi videtur.

163. Filii, qui matrem occultauerunt, iure ordinario non poſſunt reſcriptum legitimationis impetrare.

164. Legitimationis reſcriptum non impetratur, quo caſu matrimonium potuit iuſtè contrahi.

165. Voluntas patris iam defuncti, qui uoluit habere filium legitimum, poteſt colligi, non ſolum ex teſtamento, ſed etiā ex actu inter viuos.

166. Voluntas patris, qui legitimationem inualidā impetrauit, & filiū quaſi legitimum hæredem ſibi inſtituit, eidem filio proficit, ad impetrandam denuò legitimationem.

167. Spurius ex dānato coitu conceptus non poteſt ex ordinaria gratia fieri legitimus,

168. Spurij filij īpetratur legitimatio ſeu diſpenſatio, lege non obſtante.

169. Voluntas patris, qui ex dānato coitu ſuſceptū filium uoluit habere legitimū ſucceſſorem, multum pro eo facit ad impetrandum reſcriptum.

170. Principis reſcriptum iniquiſſimū eſſet, quo patri inuito ignominioſum filium faceret ſucceſſorem.

171. Hæreditas delata & quæſita legitimis hæredibus, auferri ab eis poteſt, reſcripto principis, qui voluntatem patris ſequutus veluti ex iuſta cauſa, ſpuriū eidē legitimū faciat ſucceſſorem.

172. Spurij inſtitutio quomodò ſub conditione rectè concipiatur.

173. Princeps ex conditione voluntatem patris poteſt intelligere.

174. Princeps non poteſt hæreditatem per actus naturales quæſitam ab his, qui iure gentium domini videantur, pro libito voluntatis auferre.

175. Princeps, an poſt aditam hæreditatem, ante apprehēſam poſſeſſionem, poſſit liberè auferre dominia rerum à legitimis hæredibus.

176. Hæreditatis expilatæ crimen committitur, poſt aditam hæreditatem, ante apprehenſā poſſeſſionē: non vero furti.

177. Princeps liberè poteſt, ſi velit, poſt mortem defuncti filium eius facere legitimū ſucceſſorem, & hac ratione delatum adeundi ius legitimis hæredibus auferre.

188. Fiſcus ex delicto ſucceſſor, non aditam

à deportato hæreditatẽ poteſt adire, ſi intra annum deliberandi hæres, cui delata fuit hæreditas, cōdẽnatus proponatur, & fiſcus intra eundem annum ſit.
179. Trãſmiſſio in extraneos ſucceſſores ex capite iuris deliberandi, incognita Iurecõſultis fuit.
180. Intellectus. §. Filio qui mortis. l. i. ff. Ad Tertullia.
181. Matris hæreditas filio delata, habuit quædam ſingularia, propter ſuſpẽſiua Orphiciani ſenatus conſulti verba.

## QVI DEINDE AQVÆ ET IGNIS INTERDICTIONEM PATERETVR[b].

b PATERETVR. *Quum Galli Aquilij formula caſum mortis filij contineret, poßet autem filius, uiuo patre, aquæ & ignis interdictionem pati, uel in inſulam deportari (ſucceſſit enim in illius antiquæ pœnæ locum † deportatio, ſecundùm Iuſtinianum in authen. de nupti. §. Deportatio, colla. 4.) Scæuola in hunc quoq; caſum induxit ex Galli ſententia, poſthumos nepotes poße inſtitui. Nam quoniam ſimiliter ſui hæredes naſcerentur, eadem inſtituendi poteſtas eſſe debuit, urgente etiã eadem neceßitate: ne ſcilicet agnatione ſui hæredis teſtamentum rumperetur. Planè † uerbis Galli Aquilij deportationis caſus non erat comprehenſus, ſed eò quòd haberet eandem rationem, à Scæuola per interpretationem inductus eſt, uti Ange. hic. 1. nota. rectè collegit. Facit tex. in. §. Quid ſi is, infra hac. l. & hoc euidenti argumento ſequentis uerſiculi comprobatur, ubi emancipationis caſus inducitur. Nec tamen poteſt dici, † moriendi uerbum, ad emancipationem pertinere: nec quidem largo (ut aiunt) modo. Et ſanè ueroſimile eſt, apud Iureconſultos mortem † ſemper intelligi naturaliter, ut in l. Verum. §. fin. ſupra pro ſocio: mortẽ autem ciuilem non reperiri, ſed quaſi † magiſtrale nomen à iuris præceptoribus cõpoſitum fuiſſe: quemadmodum & aliâs † nomen mutui ciuilis nuſquam in iure ciuili repertum, Accurſius & deinde omnes docẽdi gratia admiſerunt, uti nota. in. l. 2. §. fina. ſupra ſi certum peta. Imperatores autẽ deportationem quodãmodò pro ciuili morte accepiſſe uidentur in. l. Si mater, ibi,* VEL ALITER DEFVNCTVS. *C. de inſtitu. & ſubſti.*

*SEcundùm quæ interpretandum eſt †, ad ſimilitudinem mortis, hunc caſum deportationis admiſſum, quòd eumdẽ effectũ haberet: alioquin, cõtra eſſet reſpondendum, ut. l. Statius. Florus. §. Cornelio Felici, infra de iure fiſci: ubi † quum mulier hæres inſtituta rogata eſſet, poſt mortem ſuã reſtituere*

Margin numbers: i (line "tari(ſucceſſit…"), 2 ("peretur. Planè…"), 3 ("teſt dici…"), 4 ("go (ut aiunt)…"), 5 ("autem ciuilem…"), 6 ("ptoribus…"), 7 ("SEcundùm…").

*reſtituere hæreditatẽ Cornelio Felici, & pœnam deportationis meruiſ-*
*ſet, reſponſum eſt, actionem fideicommiſſario nondum competere: quoniã*
*teſtatoris uerba mortem continebant naturalem. Nec per interpretatio-*
*nem induci potuit, ut deportationis caſus, pro morte haberetur, refra-*
*gante caſuum diſſimilitudine: non enim fruſtrà erat, expectare mortis*
*tempus à teſtante deſignatum, quòd mulier alias res potuit acquirere, &*
*fideicõmiſſarius ipſe prius mori.*

*Vnde colligitur, idem reſponſurum Iureconſultum, & ſi mulier in me-*
*tallum damnata fuiſſet. Nec enim Cornelius Felix ſtatim admittere-*
*tur, quum fideicommiſſi dies non ante cederet, quàm mulier moreretur: poſ*
*ſet denique prius ipſe mori, & proinde nihil ad ſuum hæredem tranſmit-*
*teret. l. Dies incertus. l. Hæres meus, infra de conditio. & demonſtrat.*
*Idque Alex. cum quibuſdam probat in. l. Ex facto. §. Ex facto. n. 5.*
*infra Ad ſenatusconſult. Trebel. Cõtrarium ſcribit Iacob. Aret. &*
*Alberi. n. 7. Angel. n. fina. Claudius col. 2. in d. §. Ex facto. Nicola.*
*etiam Neapolita. & Raphael Cuma. quos inibi retulit Franciſ. Ri-*
*pa. n. 11. uerſi. Tertiò obſtat. Intelligunt namque, fideicommiſſi diem ſtatim*
*cedere, quum primùm rogatus hæres pœnæ ſeruus effectus fuiſſet: quod*
*& Socinus hic. n. 4. probaſſe uidetur. Idem conſi. 92. n. 2. lib. 2. Mouẽtur*
*omnes per tex. in. d. l. Ex facto. §. Si quis rogatus. ij. uerſi. Sed ſi ſeruus,*
*infra Ad ſenatus cõſul. Trebel. Sed tamen uerior eſt ſuperior ſenten-* Contra Iaco. Aret. Albe. Nico. de Neapo. Angel. Raph. Cum. Claudi. Soci. & Franci. Ri.
9 *tia, † ut ante mortem hæredis rogati, dies fideicõmiſſi non cedat. Et ad*
10 *uerſi. Sed ſi ſeruus, facilè reſpondetur, quòd † ubi hæres rogatus eſt, libe*
*ris ſuis, uel ex his, cui uoluerit, hæreditatem reſtituere, & nullo ante*
*concepto filio, ſeruus pœnæ factus eſt, deceſiſſe ſine liberis uidetur. Nec*
*de electione, aut de fideicommiſſo, ulterius quæri poteſt: quum fiſcus ſine*
*ullo onere, bona damnati uendicet: & non ſit, qui Cornelij Felicis exem-*
*plo poſſit dicere, ſe ante pœnam eſſe. Denique & ſi poſtea, qui damnatus*
*eſt, liberos ſuſciperet, hi nullo caſu, ad fideicommiſſum eſſent admitten-*
*di. Nec argumentum Franciſci Ripæ in. d. §. Ex facto. n. 11. contra hãc*
*interpretationem momentum habet: namquum argumentatur, quòd ſe-* Cõtra Frãciſcũ Ripã.
*cundùm hoc, non eſſet differentia, inter deportatum, & ſeruum pœnæ,*
*quam tamen Iureconſultus facere uoluit, ego reſpondeo, manifeſtum diſ-*
11 *crimen in hoc eſſe, quòd ſi hæres, nullo ante concepto filio, † deportatus*
*fuiſſet, Iureconſultus non diceret, uideri eum ſine liberis deceſſiſſe.*

Potuit enim poſt deportationem, liberos ſuſcipere, quibus fideicommiſſum quandoq; deberetur, ſi pater reſtitutionem impetraſſet: quod in damnato in metallum recipi non potuit. l. Intercidit, infra de conduio. & de-

Contra Socinum. mõſtra. Hæc uera eius uerſiculi interpretatio eſt: licet Socinus in repet. l. Cùm auus, ante. n. 106. infra de condi. & demõſtra. referat eum ad mortem naturalem. Præterea quòd fideicommiſſum, poſt mortem hæredis, alicui datum, non debeatur, niſi poſt mortem hæredis, & ſi maximè ſeruus pœnæ effectus fuiſſet, ſatis expreſſit Vlpianus in. d. §. Si quis rogatus. ij. uerſi. fina. ubi ſi hæres, cõceptis ante filijs, ſeruus pœnæ fuiſſet effectus (quo caſu non ſtatim uidetur ſine liberis deceſſiſſe: & fiſcus cum ſuo onere bona uendicaret) negauit, electioni locum fore inter eos liberos, qui, quum decederet pater, in rebus eſſēt humanis: quaſi tempore mortis, omnes, qui ante pœnam eſſent concepti, ad fideicommiſſum admitterentur: quum de eis nulla eligendi poteſtas fuerit poſt pœnam. Et hoc ita ſenſit Vlpianus: ſiquidem Accurſij interpretatio in uerb.

Cõtra Claudium. decedit, abſurda eſt, & à plæriſq; non probata: tametſi Claudius inibi in fine dicat, eam cõmuniter teneri, & eſſe neceſſariam, propter argumentum gl. præcedentis, cui modò ſatis fecimus.

Quum igitur placeat, & obtinere debeat, hanc Iureconſultorum ſententiam fuiſſe, utiliter colligetur †, ſi in eadem ſpecie, hæres ordinẽ 12
fratrum minorum profeſſus ſit, non continuò fideicommiſſarium admittendum, quaſi fideicommiſſi dies ceſſiſſe uideatur: ſed magis diem mortis à teſtatore deſignatum eſſe expectandum: nec ſine effectu, quoniam poſſit fideicommiſſarius prius mori: ſic ipſius monachi hæredes legitimi fideicommiſſum retinebunt. Quod ſecurè ſcripſit Salycetus in. l. i. n. 6. uerſic. Itẽ prædicta. C. de hære inſtit. & uoluit Raphael Cuman. & tentauit Ioann. Imolen. in. l. Cùm pater. §. Hæreditatem. i. infra de lega. 2. Alex. item in d. §. Ex facto. n. 5. & . 6. & Vincen. de Hercu. inibi col. 2. qui conſtantiùs hanc opinionem tuetur. Socinus etiam in repet. l. Cùm auus. n. 104. infra de condi. & demonſt. ubi latè ſuper hoc inſiſtit: & idem Felin. probat in cap. In præſentia. n. 56. de probat. & Ioan. Crottus hic. n. 13. Demq; ueriorem eſſe in puncto iuris hanc ſententiã, opinatur Franciſcus Ripa, d. §. Ex facto. n. 12. Contraria nihilominus opinio receptior eſt, quòd ſcilicet fideicõmiſſum ſtatim reſtituendum ſit, non expectata morte naturali. Et ita reſoluit Alexand. conſil. 13. cir

ca primũ

ca primum.n.2.cum ſequen.lib.iij.& Fräciſ.Ripa.ubi ſupra, Fortunius etiam hic.n.51. pro hoc crebriore doctorum placito ſubtiliter argumentatur, recte intelligens, non aliter defendi poſſe, quàm ex præſumpta teſtantis uoluntate. Sed tamen contra hãc cõmunem opinionem ſtat, tex.in d.§.Si quis rogatus, in fine: ubi per ſeruitutem pœnæ, quam plærique receptioris ſententiæ aſſertores huic caſui compararunt, fideicommiſſi dies non intelligitur cedere. Nec quidem deerat occaſio coniecturæ, quum fideicõmiſſarij ex liberis teſtantis eſſent, uti ex eo uerſi.colligitur, coniuncto. §.Hæreditatem.1.l. Cùm pater, infra de legat.2. Planè ſecundùm parentum cõmune uotum, ueroſimile potuit uideri, filio hærede in metallum damnato, fideicommiſſum nepotibus ſtatim eſſe repræſentandum, argumento.l. Si ita liberis, infra Quando dies lega.cedat.l.Mulier, infra ad Trebellia. Contra cõmunẽ opinionem.

13 IN noſtro autem.§.†mortis & deportationis caſus, ea ratione dicũtur eſſe euiſdem effectus, quia quemadmodũ filius, ſi moreretur, ſui hæredis locum amittebat, & nepos poſthumus naſcebatur ſuus, ſic etiam ſi deportaretur.§. Cùm autem inſti. Quibus mo. ius patriæ poteſta.ſolui. Quum deportatus omnia, quæ iuris ciuilis ſunt, cum ciuitate amittat: ideoque effectum ſui hæredis, & nomen retinere nequeat: quod iure ciuili inductum accepimus.l.Cùm ratio, infra de bonis damnato.

14 HINC VELVTI quodã exceſſu Fortu.n.22.colligit,†deportatũ, durãte pœna, eligere nõ poſſe: idque aduerſus receptã hactenus ſententiam in.l.Cùm pater.§.Hæreditatem.1. infra de lega.2.l. Ex facto.§. Si quis rogatus.2. infra ad Trebellia.l.Centeſimis.§.fina.infra de uerbo.obligati. Nam eligere (inquit) iuris eſt argumen.l. Iulianus, infra de lega.1.l. Illa uerba arbitratu, infra de uerbo.ſignifi. & totius tituli extra de electione. Item ſi facti eſſet, ne quidem ſeruo pœnæ facultas eligendi negaretur.§.Sed quum factũ, inſtitu.de ſtipula.ſeruo. & tamen conſtat negari, ut in.d.§. Si quis rogatus.ij. Igitur iuris eſt, non facti. Item contra communem ſententiam retorquet text. in d.l.Cùm pater .§. Hæreditatem.1. in fine. Interpretatur enim, deportatione non penitus extingui ius eligendi: quum ante mortis naturalis tempus conditio non exiſtat: poſſitque deportatus reſtitui, & hac ratione ius eligendi recuperare non extinctum. Nec tantùm negat Papinianum ſentire, quòd liceat deportato, durante pœna, eligere: ſed etiam contendit,

 ſignifi-

*ſignificaſſe eumdem contrariam ſententiam, quum ſcripſit, uiriles fieri inter filios, qui tempore mortis paternæ uixiſſent: quòd neminem ex his propter pœnam eligere potuiſſet: & hanc aſſerit propriam fuiſſe Papiniani ſententiam in illis uerbis,* QVVM DE ALIIS ELIGENDI POTESTAS NON FVERIT. *Præterea ſimili modo retorquet text. in.d.l.Ex facto.§.Si quis rogatus.ij.ubi Vlpianus hoc idem ſignificat, quum ait,* CVI LIBER FACTVS FIDEICOMMISSVM RESTITVI VELIT. *Intelligit namq; Fortunius, & quidē acutè, eam differentiam cōſtitui inter deportatum, & ſeruum pœnæ, quòd deportatione non perimitur ius eligendi: nam liber factus, id eſt, reſtitutus ad ciuitatem, poterit eligere, cui fideicōmiſſum reſtitui uelit. Seruus autem pœnæ, etiam ſi beneficio Principis reſtituatur, extinctum, atq; omnino pereptum ius eligēdi nequaquā recuperabit. Ideo uerò in deportato ſcribit, ius eligendi nō perimi, quoniam non purè datum erat, ſed in mortis tempus collatum fuerat: uti Bartolus etiam intellexit in. l. Cēteſimis. §. fina.n.11.infra de uerbo.obliga. Et quāuis Alex.inibi.n.penul.contra Barto. argumentetur, quòd in.d.§.Si quis rogatus, fideicōmiſſi reſtitutio non fuit collata in mortis tempus, Fortu.notat, expreſſim collatam non fuiſſe, ſed diem mortis incertū tacitè ineſſe, quum inſtitutus filius rogatus eſſet, reſtituere hæreditatem liberis ſuis: intelligendum enim poſt mortem.l.Cùm pater.§. penul.infra de lega.ij. Ex his colligit, deportatum electionē amittere ſibi competētem tempore deportationis: ſicuti amittit primū locum ſui hæredis in noſtro.§.Item electionem eſſe iuris, non facti. Ius eligēdi, quod in tēpus confertur, non perimi deportatione: licet perimatur dānatione in metallum. Et ea demū iura deportatum amittere, quæ præſentia ſunt, in quibus non conſideratur ſpes reſtitutionis: cæterum futura, & quæ nondū competunt, non amitti, antequàm cōpetant. In qua re tandem cogitandum reliquit.*

Noua contra omnes opinio.

*Ego uerò arbitror, in hoc articulo omnes hactenus iuris noſtri præceptores errore lapſos eſſe. Verum enim eſt, cum recepta ſententia cōtra Fortunium, †electionem de qua quærimus, meri facti eſſe: et nihilominus* 15 *illud quoq; uerum mihi uidetur, †deportatum, ſi durāte pœna eligeret, &* 16 *in eo ſtatu deceſſiſſet, electionē nullius momenti fore, contra communem omnium opinionem. Nam primùm quum hæres rogatus eſt, quum morietur, filijs ſuis hæreditatem reſtituere, aut ex his, cui uoluerit, iuxta.*

l.Cùm

*l. Cum pater. §. Hæreditatem. 1. infra. de lega. 2. nemo dubitauerit, electionem meri facti eſſe: quum non arbitratus, ſed liberæ uoluntatis ſit explicatio, & referatur ad conditionem. l. Cùm quidã, infra de lega. 2. d. l. Ex*
17 *facto. §. Si quis rogatus ibi,* PARERE CONDITIONI. *Plane† conditiones facti ſunt. l. Qui hæredi, infra de condi. & demõſtra. Hoc eſt, qđ Papinianus eleganter poteſtatem implendæ conditionis, & eligendi, non ius, ſed facultatem magis appellauit in. d. §. Hæreditatem. faciunt quæ Barto. tradit in. l. Pignori, ad finem, infra de uſucapio. Sic apparet oĩa, quæ in contrarium Fortunius ciet, nullius eſſe momenti. Quum igitur eli-* Cõtra Fortunium.
18 *gendi facultas merum factum contineat, deportatus† autem nõ amittat, quæ facti ſunt, omnes putauerunt, deportatum poſſe eligere. Idq; & Papiniani uerba arguere prima facie uidẽtur in. d. §. Hæreditatem, illa ſcilicet, quæ Fortunius contra receptã ſentẽtiã induxit,* QVVM DE ALIIS ELIGENDI POTESTAS NON FVERIT: *nam non negat poteſtatem electionis propter deportationem: tunc enim magis dixiſſet,* DE ILLIS: Cõtra Fortunium.
19 *ſed quum dixit,* DE ALIIS, †*intellexit, ſi filius hæres neminẽ elegiſſet, tunc quia ea uerba teſtatoris,* VEL EX HIS CVI VOLVERIT, *effectum non habuerũt, prioribus fideicõmiſſi uerbis, omnes filios inuitari, qui uixiſſẽt, quo tempore fideicõmiſſi dies cederet, id eſt, quo tempore pater moreretur. Nam ſi uiuo ad huc rogato patre deceſſiſſent, ante diem fideicõmiſſi cedentem mortui nihil tranſmittere potuiſſent. l. Hæres meus, cum ſimi. infra de condi. & demonſtra. Propterea quum non eſſent inter cæteros fideicommiſſum habituri, remota patris electione, conſequens erat, non potuiſſe a parente eligi. d. l. Cũ pater. §. A filia. Hæc Papiniani mẽs fuit, quum ſcripſit,* DE ALIIS, *ſcilicet filijs, qui eo tempore non uixerunt. Vnde pro recepta ſententia, contra Fortunium naſcitur argumentum: nam ſi de alijs mortuis eligendi poteſtas nõ fuit, & electio de illis facta, morte perempta eſt, ergo de his, qui ſuperuixerunt, poteſtas eligendi fuit, & de illis quoq;, qui mortui ſunt, ualeret electio, ſi uixiſſent: potuit itaq; deportatus eligere. Sed tamen (ut ego interpretor) Papinianus ſenſit, filium hæredem, qui antequã eligeret, in inſulam deportatus eſt, & in eo ſtatu deceſſit, eligere non potuiſſe, durante pœna, ideoq; uiriles inter eos fieri, qui ei ſuperuixiſſent: facultatem autem eligendi non eſſe pœna peremptam: quoniam reſtitutus potuit cum effectu eligere. Nec ſuperius argumentum oberit, quoniam intelligo, fuiſſe de his, qui ſu-*

 peruixerunt

*peruixerunt, poteſtatem eligendi, ſi antequã hæres deportatus eſſet, unũ
ex illis elegiſſet, ut infra latius explicabo. Deniq; uoluiſſe hoc Papinia
nũ, Vlpiani reſponſo cõuincitur in.d.l. Ex facto.§. Si quis rogatus†, ubi* 20
*hæres ſimiliter rogatus eſt, filijs ſuis, aut ex his cui uoluiſſet, reſtituere
hæreditatem: & erat dilatum fideicommiſſum in mortis tempus, non quidẽ*

Cõtra Fortunium.

*tacitè, uti Fortunius perperã intellexit, qui non uidit, loqui ſe cõtra notã
iuris regulam, de qua per omnes in.l. Cùm filio, infra de lega.1. ſed magis
expreſſim dilatum erat. Hoc enim intelligi uoluit Vlpianus, quũ ad Pa-
piniani reſponſum ſe retulit in.d.§. Hæreditatem, in quo mortis tempus
expreſſim fideicõmiſſo adiectum fuit: ut & Franciſ. Ripa bene inter-
pretatur in.d.§. Si quis rogatus.n.3. Quum igitur Vlpianus ſcribat, hæ
redi etiam deportato datam à Papiniano facultatem, cui liber factus fi-
deicõmiſſum reſtitui uelit, manifeſtè oſtendit, uoluntatem à deportato ex
plicatam, electo non prodeſſe: ſed ſi aliquando à principe reſtitutus eſſet,
electionem profuturam: quum eligendi facultatẽ deportatio nõ perimat,
& uſq; ad mortem naturalem, quo tempore fideicõmiſſi dies cedit, liberũ
ſit eligere. Quippe illa uerba,* LIBER FACTVS, *non aliter uidentur poſſe
intelligi: tres etenim eorum uerborum interpretationes, quas ſcriptas le-
go, diſplicere meritò debent.*

Cõtra Accur. & cõmunem intellectũ.

*Et primũ Accurſii interpretatio inibi temeraria eſt, qui ait, meliùs
ſcripturũ fuiſſe Vlpianum,* LIBER EXISTENS. *Nimia profectò licẽ
tia Accurſii fuit, reprehendere Vlpianum, et docere inſuper, quomodò
meliùs loqueretur.*

Cõtra Raph. Cuma. ſenſum ab Alex. Socino & Claudio ꝓbatũ.

*Succedit igitur ſecunda interpretatio Raph. Cuman. qui expoſuit,*
LIBER FACTVS, *à pœna ſcilicet, per mortem naturalem. Et pro-
baſſe eum uidetur Alex. in.d.l. Ex facto.§. Ex facto.n.5. tametſi di-
cat, ſuperiorem Accurſii interpretationem frequentiùs recipi. Sed et
Soci. in repe.l. Cùm auus.n.105. infra de condi. & demõſtra. placere ſibi
ſcribit hunc Rapha. Cuma. ſenſum, & eſſe uerum. Nam quum tempus
reſtituendi fideicõmiſſum, ſit poſt mortem. d.§. Hæreditatem.l. Statius
Florus.§. Cornelio Felici, infra de iure fiſci, Papinianus deportato tri-
buit, ut eligat, cui uelit reſtituere fideicõmiſſum, poſt mortẽ ſuã. Et hãc
interpretationem probant etiam Claudius in.d.§. Si quis rogatus.col.i.
Quæ tamen mihi probari nõ poteſt: quoniã uerbũ,* VELIT, *ad libertatis tẽ
pus oĩmodò referẽdũ eſt,* CVI LIBER FACTVS FIDEICOMMISSVM RESTITVI
VELIT.

21 VELIT. *Plane† mortuus uelle nõ poteſt, ſed nec moriẽs. l. 1. C. de ſacroſã. eccle. nota. in. l. fi. ĩfra Quãdo dies lega. cedat. Nec Vlpian⁹ abſurdè dixiſſet,* CVI MORTVVS FIDEICOMMISSVM RESTITVI VELIT.

*Nouiſſima interpretatio eſt Franciſci Ripæ in eo. §. Si quis rogatus, col. fina. qui propriè intelligit,* LIBER FACTVS, *à pœna, per reſtitutionẽ principis: quaſi durante pœna eligere non poſſet, reſtitutus autem poſſet eligere. Ne autem receptam offenderet ſententiam, ſecundùm quam, deportatus facultatẽ eligendi, in mero facto conſiſtẽtem, poteſt, non obſtãte pœna, explicare, intelligit, receptam ſententiam procedere, quum deportatus uellet eligere filios ante deportationẽ conceptos: poſſet namq; rectè eos eligere. Cæterùm quum, nullo ante cõcepto filio, deportatus eſſet, tũc filios poſt deportationẽ conceptos non poſſet eligere, durante pœna. Vbi uerò liber factus eſſet, & reſtitutus, tunc conceptos etiam in deportatione filios rectè poſſet eligere. Quòd uerò tex. intelligi deberet, quando, nullo ante concepto filio, hæres deportatus fuit, duobus argumentis probat. Primò argumento dictionis implicatiuæ, Etiam, quæ caſum magis dubium exprimit, implicat eum, qui minorem recipit dubitationem: quaſi Vlpianus dicat, etiam deportato tributam eligendi facultatem, non ſolùm de conceptis ante deportationem, in quibus nulla erat dubitatio, ſed etiam de conceptis durante pœna. Secundò etiam cõprobat eundem ſenſum argumento uerſi. ſequentis,* SED SI SERVVS, *qui aduerſatiuè poſitus eſt: ſed ibi Iurecõſultus exprimit, nullo ante concepto filio, hæredem effectum ſeruum pœnæ: igitur in deportato idem quoq; neceſſe eſt intelligere. Deniq; hunc aſſerit uerum eſſe, & planũ eius. §. Senſum. Qui tamen mihi nec plan⁹, nec uerus uidetur, cũ Vlpianus propriùs loquatur in deportato, qui conceptis ante filijs, pœnam deportationis meruit, iuxta. l. Cùm pater. §. Hæreditatem, infra. de lega. 2. Quod fortiſſimo argumento mihi cõprobatur uerſi. ultimi in. d. §. Si quis rogatus, ubi Vlpianus ait,* SED QVVM DECEDIT, ELECTIONEM ILLAM, QVAM PAPINIANVS DEPORTATO DEDIT, HVIC DARE NON OPORTET. *Nam ſi probauero, electionem, quæ hîc negatur, eſſe de his liberis, qui concepti erant ante pœnam, conſtabit ineptum fore, ſi quis dicat, electionem, quam Papinianus deportato dedit, eſſe de his filijs, qui cõcepti eſſẽt poſt pœnã. Quòd uerò is ſenſus Vlpiani fuerit, poteſt colligi ex ſuperiore uerſiculo, quem pro ſe allegat Ripa, ubi dicitur,* SED SI SERVVS POENAE FVE-

Cõtra Frã ciſci Ripæ intellectũ.

 RIT

RIT CONSTITVTVS NVLLO ANTE CONCEPTO FILIO, IAM PARERE CONDI
TIONI NON POTERIT, DECESSISSEQVE SINE LIBERIS VIDETVR. *Ergo uerſi*
*culũ ultimũ, ne ſupfluò & abſurdè ſcriptꝰ eſſe uideatur, oportet neceſſa*
*riò intelligi, † quando conceptis ante filijs, ſeruus pœnæ fuit conſtitutus:* 22
*tunc enim, quũ non uideatur ſine liberis deceſſiſſe, nec fideicõmiſſum pe*
*rẽptum ſit, & proinde fiſcus bona cũ ſua cauſa uendicauerit, tractari po*
*tuit de electiõe inter eos, qui ad fideicõmiſſum tẽpore mortis eſſent admit*
*tẽdi: Hæc igitur electio negatur ſeruo pœnæ, quã Papinianꝰ deportato*
*dedit: & is uerſiculus ultimus propriè eſt, qui aduerſatur principio. §. re*
*tento eodẽ themate: & dictio implicatiua, Etiam, non tam reſpicit perſo*
*nam eorum, qui eligi potuerunt, quàm eius, qui potuit eligere.*

Interpretatio nõ vulgaris.

*Quo fit, ut quum oẽs interpretationes meritò ſint reiectæ, omnimodò*
*probanda ſit Fortunij interpretatio, quam ueriſſimam exiſtimaui multò*
*ante quàm in eius ſcripta incidiſſem. Nam & differentia inter deporta-*
*tum & ſeruum pœnæ, argumento confirmatur. l. Intercidit, infra de cõdi.*
*& demoſtra. ubi † legatũ Titio datum, ſi Conſul factus ſit, non perimitur* 23
*Titio in inſulam deportato: quoniam reſtitui quandoq; potuit, & Conſul*
*fieri: ſic conditio etiam potuit exiſtere, & legati dies utiliter cedere. Cõ*
*tra reſpondetur in ſeruo pœnæ: nam continuò per ſeruitutem conditio ex-*
*tinguitur: nec ſi poſtea reſtitutus Cõſul fiat, ad legatum ſemel perem-*
*ptum admittetur. Quo exẽplo † facultas eligendi ad conditionem relata* 24
*non perimitur deportatione, perimitur autem pœna ſeruitutis: unde priore*
*caſu, reſtitutus eliget, cui fideicommiſſum reſtitui uelit, poſteriore, etiam*
*ſi reſtituatur, inutiliter eliget. Et hoc ita ſentire Papinianum & Vlpia*
*num, omnes (opinor) intellexiſſent, niſi eos deterruiſſet argumẽtum illud,*
*quòd deportatus facti electionem non debuit amittere.*

Quæſtio vulgo male tractata.

*Equidem animaduerto, hanc quæſtionẽ uulgò male tractatam quaſi*
*poteſtatis, quæ † quaſi uoluntatis fuerat tractanda. Nemo etenim ne-* 25
*gauerit, deportatum poſſe uoluntatem explicare, ſicuti & alia facere,*
*quæ facti ſunt: quum & Vlpianus uideatur dicere ĩ l. Sed ſi mors, uerſi.*
*ita tamen, ſupra de dona. inter uirum & uxo. † maritum, qui mortis cauſa* 26
*uxori donauit, & deinde deportatus eſt, poſſe, durante pœna uoluntatem*
*nec ſine effectu mutare. Secundum quæ, ſi teſtator in alicuius, quem iam*
*ſciret, eſſe deportatum, uoluntate poſuiſſet, cui ex certis fideicommiſſũ*
*reſtituendum eſſet, hic planè diceretur, & uoluiſſe teſtatorem, quod de-*

portatus

portatus eligeret, & potuiſſe deportatum, uoluntatem, quæ meri facti eſt, ſine ulla difficultate explicare. At ubi poſt mortẽ teſtatoris hæres proponitur fuiſſe deportatus, hîc utiq; uoluntatis quæſtio inducitur, ut qui ſtatum mutauit, eligere non poſſit, argumento tex. in. l. Cùm quis, infra de ſolutio. coniuncta. l. Qui hæredi, uerſicu. quemadmodum. infra de cõdi. & demõſtra. Quo argumento quum doctiſſimus Alciatus urgeri uideretur in. l. Illa uerba, ad finem infra de uerbo. ſignifi. interpretatus eſt, in d. l. Cùm quis, uideri partes, quæ uiuebant, propter ſtatus mutationem, mandatum reuocaſſe: eandem autem rationem induci non potuiſſe in. d. l. Ex facto. §. Si quis rogatus. ij, ubi deportatus poſſet eligere: quoniã teſtator, qui mortuus eſſet, fingi nequiret reuocaſſe mãdatũ. Sed Alciatus Contra Alciatum.
27 non ſatis aduertit, † Africanum in. d. l. Cùm quis, ſcribere, Titio, qui adiectus ſolutioni fuit, non poſſe rectè ſolui, ſi aquæ & ignis interdictionẽ paſſus eſſet: quòd tacitè ineſſe ſtipulationi conditio uideretur, ſi in eadem
28 cauſa adiectus maneret. Quæ ratio eò pertinet †, ut etiam ſi ſtipulatore iam mortuo, Titius ſolutioni adiectus deportationis pœnam paſſus eſſet, nihilo magis contra Alciati ſententiam ſolui ei poſſit, uidelicet propter tacitam cõditionem, quæ principio legem ſtipulationi dederat: alioquin
29 ſoluendi facultas, † iure ſtipulationis ab initio promiſſori liberè quæſita, non aufertur ab eo ex poſt facto, & ſi expreſſè, nedum ſi tacitè, ſtipulator mandatũ reuocet. l. Vero procuratori. §. 1. l. Aliud, infra de ſoluti. Igitur ſi principio ineſſe conditio intelligitur in ſtipulatione, quæ ſtricti iuris eſt, multò magis idem recipietur in teſtamentis, in quibus teſtantium uolũtates latius interpretamur. l. In teſtamẽtis, infra de regu. iuris: præſertim in conditionibus, quas uoluntas teſtantis regit. l. In conditionibus primum locum, infra de condi. & demonſtra. Deniq; non hoc contendimus, ut qui iam pridem mortuus eſt teſtator, fingatur hodie, quum hæres deportatus eſt, electionis facultatem reuocaſſe: ſed magis illud, ut cùm teſtamento electionem hæredi commiſit, tacitè ineſſe hoc electioni uideatur, ſi hæres in eadem cauſa maneat.

Et quid multis? belliſſimum eiuſdem Vlpiani reſponſum adfero, quod omnibus (ſpero) ſententiam meam perſuadebit, in ea. l. Ex facto, §. Ex facto: nihil enĩ magis facti eſt, nihil magis naturale, quàm liberos habere: & tamen illam conditionem †, ſi ſine liberis deceſſerit, interpretatur idẽ Vlpianus, non pertinere ad eos liberos, qui, durãte pœna, ex deportato

legitimè

*legitimè ſint concepti: hi nanque quaſi ex alio concepti, non faciunt deficere*
*conditionem: quum † pœna deportationis, quæ ciuitatem & ciuitatis iura* 31
*propter crimen ademit, efficiat, ut deportatus, alius, quàm qui erat, eſſe*
*uideatur: teſtator autē de liberis ſui hæredis intellexit, qui idem maneret:*
*hæc uera & receptiſſima † interpretatio eſt eius. §. ut per omnes ibi,* 32
*Salyce. in. l. 1. n. 4. C. de cōditio. inſer. Ioan. Imolen. in. l. Lucius. ij. col. 4.*
*infra de hære. inſti. Andre. Sicu. conſi. 67. Illud in medium. 4. col. lib. 3.*
*Ergo idem dicemus, nec ratio diuerſitatis reddi poteſt, in uoluntate meri*
*facti, quam explicare, ueluti conditionē, hæres poteſt: nam ſi deportatus*
*uoluntatem explicet, electio quaſi facta ab alio, quàm cui teſtator eam cō*
*miſerat, electo non proderit.*

*Vnde colligo, quòd † ſi pater ante deportationem eligeret unum ex fi-* 33
*liis, uoluntas illa explicata, antequàm per deportationē alius haberetur,*
*electo erit utilis: ſatis enim factum conditioni uidebitur, exemplo filij ante*
*deportationem cōcepti, qui † ſi tempore mortis ſuperſit, facit deficere cō* 34
*ditionem. Nec durante deportatione pater mutare poterit, aut reuocare*
*electionem ante factam: proinde ſi in eo ſtatu decedat, fideicommiſſum ha*
*bebit ſolus filius ante deportationē electus. Hoc eſt, quod ſenſiſſe Papi*
Noua interpretatio *nianum interpretor, in. d. §. Hæreditatem. 1. quum ſcripſit, †* QVO INTEREA IN INSVLAM DEPORTATO, *exponūt omnes,* INTEREA, *id eſt* 35
*dum uiuit, Ego,* INTEREA, *id eſt, ante quàm eligeret: quaſi ſi elegiſſet,*
*nec mutaſſet uoluntatem ante deportationem, deinde in inſula non reſti-*
*tutus deceſſiſſet, non poſſent fieri uiriles inter eos, qui mortis tempore ei*
*ſuperfuerunt: ſiquidem nihil obſtaret electioni ita factæ, quæ † à teſtatore* 36
*collata non uidetur in mortis tempus, ſecundùm Rapha. Cuma. Ioan. Imo*
*len. Alex. n. 12. Iaſo. n. 15. in. l. Centeſſimis. §. fina. infra de uerbo. obliga.*
*quod manifeſta ratione comprobo: nam hæres †, qui rogatus eſt, quum mo-* 37
*rietur, uel poſt mortem reſtituere filiis, uel ex his cui uoluerit, nunquam*
*poteſt eligere, niſi ante diem fideicōmiſſi cedentem, id eſt ante moriendi tē*
*pus, iuxta nota. ab Accurſio ī. l. fina. infra. Quādo dies lega. cedat: pro*
*inde ſemper eligit eo tempore, quo nihil iuris transferre poteſt in electum:*
*unde electio, que rata non eſt, ad nutum reuocabilis eſt: & conſtat, non eſ-*
*ſe maiorem rationem, ſi hæres in extremis uitæ conſtitutus eligat, quàm ſi*
*decem ante annis elegiſſet: quòd ſatis uideatur in iuris quæſtione, aliquan-*
*do elegiſſe, nec mutaſſe uoluntatem.*

*Apparet*

*Apparet deniq; eò rem eſſe perductam, ut argumentum illud, quod hactenus omnes conuicit, ad dandam deportato electionem, mouere deinceps poſſit, ne deportatus eligat: nam ſi conditio, uoluntatis deſtinatio, ele-*
38 *ctio illa meri facti ſunt, non poſſunt, quæ facti ſunt, † per alium explicari: perſonæ enim iniuncta uidentur. l. fina. infra de conditio inſtitu. l. Si ita expreſſũ, in fin. infra de cõdi. & demõſtra. ſed in interpretanda teſtantis uoluntate, hæres per deportationem alius habetur, igitur deportatus, quaſi alius, eligere non poteſt.*

*SEd ut iam ad propoſitam noſtri. §. interpretationẽ reuertamur. Quã quã deportationis caſus a plæriſq; omnibus ſimilis morti exiſtimetur, qua parte filius ſui hæredis locum amittit, quòd incipiat poſthumus nepos ſuus hæres eſſe, quum naſcitur: mihi uidetur, hunc eſſe errorem, quem emãcipationis comparatio induxit. Nam quum ſimiliter emancipationis caſus* Error vulgaris.
*morti comparetur, in emancipatione autem illud duntaxat accidere uiderunt, quòd emãcipatus, quum liberatur à patria poteſtate, ſuus hæres eſſe deſinit, putauerunt, eãdem iuris rationem in deportatione ſufficere. Ego noto, quum filius, de quo agimus, proponatur à patre hæres inſtitutus, ſecũdùm ea, quæ priore parte præmiſimus, deportationis caſus ineptus foret, ſi nihil aliud haberet, quàm deportatione finitam eſſe patriam poteſtatem, & iura ſui hæredis filiũ amiſiſſe. Pone enim, emancipatũ fuiſſe, nõ dubiè in propoſita Galli Aquilij formula, adire hæreditatem emãcipatus poſſet. §. fina. infra hac. l. nec omnimodò locus fieret nepoti ſubſtituto, ut la-*
39 *tius inſequẽti parte explicabimꝰ. Ergo deportationis caſus in filio † ea potiſſimùm ratione morti cõparatur, quoniam quemadmodum inſtitutio filij in cauſa caduci eſt, quũ moritur uiuo patre. l. unica. §. Et cũ triplici. C. de cadu. tollẽ. ſic, & ſi aquæ & ignis interdictionẽ pateretur, uel deportatus*
40 *eſſet: ſicuti etiam † perinde eſſet pro nõ ſcripta iã deportati filij hæredis inſtitutio, atq; iã uita defũcti. d. l. unica. §. Et cum triplici cõiuncta. l. 1. C. de hære. inſti. & recepta doctorũ ſentẽtia, quã hoc tex. cõfirmarũt Saly. n. 8. Benedi. de Plũbi. n. 6. in. d. l. 1. Aret. in. l. Si ſeruus eius col. penul. infra de acqui. hære. aduerſus Ioã. Imol. inibi, qui tẽtauit defendere, inſtitutionẽ deportati ualere, & deportatũ ipſo iure accipere, ut fiſcus capiat.*

*QVID ERGO, ſi hic filius teſtamẽto patris hæres inſtitutus, deinde uiuo patre deportatus, poſtea eſſet reſtitutus? Accurſij quæſtio eſt, qui non dubitat, † nepoti eum obſtare, ſi uiuo patre reſti-*

tuatur

*tuatur.l.1.§.fina.infra de bono poſſe.contra tabu.quòd ſi poſt mortem patris reſtitutus fuiſſet, non putat, reſtitutionem nepoti nocituram, qui tūc hæres ſit, deſinere enim non poteſt. Quæ uerba planè accipi poſſunt in nepote, qui iam aui hæreditatem adijſſet: ſed & ſi nullo uolūtatis indicio eam adijſſet, nec ꝓ hærede geſſiſſet, uerba Accurſij admittere mihi uidētur, ne reſtitutio ei noceat, qui hæreditatis dominus factus ſit ipſo iure. l. In ſuis, ſupra hoc titu. & hæres maneat, licet ſe abſtineat. l. Cum quaſi.§. Sed & ſi ſuus, infra de fideicom.liberta. certè hoc crebriùs receptum eſt: quod uidelicet probent Caſtrēſis hic.n.14. Soci.n.17. Iaſon.n.61. Charo. Ruinus.n.116. quanquam Fortunius, leuioribus, quàm ut refutanda ſint, argumentis, contrarium tentet dicere.*

*HInc colligitur, † gratioſam reſtitutionem effectum non habere circa* 42
*bona in aliū trāſlata, ſed dumtaxat circa ea, quæ fiſcus apud ſe habet reſtitutionis tempore.*

*In qua ſpecie illud obſeruatione dignum eſt, quod Vlpianus reſpondit in.l.2.in fi.infra de ſenten.paſſis & reſtitu. deportatum ſcilicet, cui reſtituto facultatem Princeps obtulit ad bona ſua recuperandá, non poſſe, ſe ipſum exuere actionibus, quibus ante ſententiam ſubiectus fuerat, & ſi maximè bona á principe oblata maluerit relinquere. Vnde Ludo. Roma. nota.209. ſcriptum reliquit, deportatum, qui ad ciuitatem & bona reſtitutus ſit, non habere beneficium ceſſionis bonorum, & de hoc eſſe tex. unicū & ſingularem in mundo in.d.l.2. idemq́; probauit Iaſ.in.§. fina. col. penul. inſti.de actio. Soci.in.regu.46.in uerſi.15.fallit. Mihi autē uidetur, † hūc* 43
*planè non eſſe fraudādum flebili ceſſionis auxilio: nam ſi ante ſententiam potuit bonis cedere, & hac ratione carcerem euitare, reſtitutionis naturæ congruum eſt, ut reſtitutus, ſi conueniatur á creditoribus, & cōdēnetur, eodē beneficio carere nō debeat argumē.l.fi.§.fin.C.de ſentē. paſſis. Nec*
Contra Ludo. Roma. Iaſ. & Soc. *refragatur Vlpiani reſpōſum in.d.l.2. quoniam † illius ſententia eò perti-* 44
*net, ut qui poſt ſententiam cōueniri á creditoribus non poſſet, tranſlato in fiſcum ære alieno. l. Si ut proponis. C.de bonis proſcripto. reſtitutus conueniri queat, ſi modò ad bona quōdam ſua reſtitutus proponatur: nec mutet, ꝙ ea relinquere maluerit. Secundùm quod, conueniri poterit poſt reſtitutionem, quemadmodum poterat ante ſententiā: conuentus tamen & iudicatus bonis poterit cedere, ut ante deportationis pœnam potuit.*

*Adeo autem reſtitutio gratiæ nō reſtituit bona, quæ fiſcus alienauit,*
*ut Claudius*

*ut Claudius hic col.5.in fi. uerſi. Et ſubijcit Andreas, arbitretur, ſi fiſcus bona publicata ſemel alienet, mox redimat, deinde eum, qui deportatus fuerat, per gratiam reſtituat in integrum, non uideri deportatum, ad ea bona eſſe reſtitutum ſemel alienata: licet reſtitutionis tempore iam in fiſci eſſent dominio. Allegat, hoc uoluiſſe Andre. de Iſernia & Præpoſi. in cap.1. de uaſſallo decrepi. æta. in uſi. feudo. Et cùm citatos ab eis tex. in. l. Si ita, infra de auro & argẽ. lega. l. fina. C. Quæ res pigno. obliga. poßunt, nihil facere ſcribat, ipſe adducit tex. & quod ibi Bar. in. l. Cũ ſeruus, infra de adimẽ. lega. ubi ſi rem legatam teſtator alienauit, & alienando, uiſus eſt legatum reuocare, quamuis poſtea redimat, non idcirco rẽ ex teſtamẽto conſequetur is, cui principiò legata fuerat. Idẽ, quod Claudius, probauit hic Lance. Galiau. n.63. ciens eoſdem auctores, & d. l. Cũ ſeruus, tex. præterea, & quod inibi Bar. tradit in. l. Si à me, infra Ad. l. Falcidi. Sed tamen hoc ſine iudicio ſcripſiße mihi uidentur Claudius, &*

45 *Lance. Verius enim eſt, † ſi reſtitutionis tempore, bona dãnati apud fiſcum ſint, uideri ad ea reſtitutũ: nec ad rem pertinere, quòd alienata quãdoq; fuiſſẽt.* Contra Claudi. & Lãce. Galiau.

46 *Quippe ad bona in alios tranſlata ideo reſtitutio † non porrigitur, quoniã Princeps, aut non poßit ſine cauſa auferre rerum dominia iure gentium quæſita, aut uelle non uideatur alijs nocere: quæ rationes in propoſita ſpecie ceßãt. Nec quidquam facit. l. Cũ ſeruus, infra de adimen. lega. nam inibi ademptio ſemel facta uidetur durare, & ſi poſtea rẽ ſemel alienatam teſtator redimat: hic autem, quum bona quondã dãnati fiſcus alienauit, nihil illi uoluit adimere, nec ademit: & omne ius reſtituti ex indulgentia reſtitutionis produci cœpit, per quam intelligitur Prĩceps reſtituere eum ad bona, quæ tunc haberet, & ſi maximè ea quandòq; alienaſſet, argumento. l. Scribit Quintus Mutius. §. fina. infra de auro & argen. lega. l. Filiæ. §. Titia, infra de condi. & demonſtra. qui tex. propriùs hic inducũtur, quàm. d. l. Cùm ſeruꝰ. Deniq; Andr. de Iſernia ĩ. d. cap.1. fina. uerbis & ibi Præpoſi. col fina. uerſi. Quinimo, idem quod ego, ſenſerunt, non rectè à Claudio & Lancelo. Galiau. intellecti: ſcribunt enim,* Andre. de Iſernia, & Præpoſit. non rectè à Claudio & Lancel. Galiau. intellecti.

47 *quòd † ſi fiſcus bona damnati alienauit, deinde dãnatum in integrum reſtituit, non uidetur, eum reſtituiße ad bona, quæ apud alios erant: nec ad rem pertinere, quòd poſt reſtitutionem fiſcus ea bona denuo habuiſſet, quoniã reſtitutio ad ea bona referebatur, quæ fiſcus tunc haberet, quum reſtituebat, non ad ea, quæ in futurum quæreret, argumen. l. Si ita, infra de auro*

*& argen*

& argen.lega. & nota.per glo.in.l.fina.C.quæ res pigno.obliga.poſſũt, argumento etiam tex. quem allegauit Andr. de Iſer.in.l. Si tibi manda uero.§.Is cuius, ſupra manda.ut quemadmodum publicatio† nõ extenditur ad futura, ſic nec reſtitutio ad futura extendatur. Proinde apertè ſenſerunt, ſi ea bona ſemel alienata ad fiſcum iterum rediſſent, & quum in eius eſſent dominio, conceſſa fuiſſet reſtitutio, uideri deportatum, ad ea bona reſtitutum. Quæ ita in reſtitutione gratiæ locum habẽt. 48

IN reſtitutione autem iuſtitiæ, de qua in titulis ſupra de minori. & Ex quibus cau.maio. alio iure utimur: ſiquidẽ† bona etiã alijs quæſita reſtituuntur.l. Quod ſi minor.§.Scæuola, ſupra de minori.ſecundùm Bal.in.l. fina.n.5.in fine.C.de ſenten.paßis Rapha.Cuma.hic.n.7.Nellum à ſancto Geminia.in tracta.bãnito.prima parte.3.temporis.q.11.in fine Ias.hic n.37.Claudi.col.5.uerſi.3. limita, Ioan.Crottum.n.56. Ruinũ.n.118.Fortuni.n.152.in fine. fauorabilior† enim reſtitutio eſt, quæ fit per modũ iuſtitiæ, quàm ea, que fit per modum gratiæ, uti Bar.docet in.l. Cùm quis. §. Si quis pro reo.n.2.infra de ſolu. Ergo ſi is, qui deportationis pœnã paſſus eſt, reſtituatur quaſi iniuſtè condẽnatus, reſpondere conſequens erit, ad bona in alium tranſlata reſtituendum, quum utiq; talis reſtitutio iuſta ſit, non gratioſa. Contrarium opinatur ſolus Lance.Galiau.hic.n.97. & ad uerſus receptam ſentẽtiam mouetur primò per tex, quem Rapha.Cuma. & alij omnes allegarunt in.d.l.Quod ſi minor.§. Scæuola, ubi reſtitutio iuſtitiæ erat, non uero gratiæ, & tamẽ ſi poſt læſion ẽ bona ſint tranſlata ex nouo cõtractu, nõ recuperãtur a minore XXV ãnis. Cõfirmat hoc argumentũ auctoritate Bart.hic.n.12. ciẽtis tex.in.d.§.Scæuola, ad hoc, quòd reſtitutio nõ operatur, quãdo bona alij ſunt quæſita. Itẽ auctoritate glo.receptæ in cap. Ex parte, de reſtitu.ſpolia. dicẽtis, minorẽ XXV annis reſtitui quidẽ poße ad eccleſiaſticum beneficium, cui per ætatis imprudentiam renunciauit: ſed hoc ita, ſi nondum alij collatum fuiſſet. Secũdo loco adducit Bar.auctoritatem in terminis in.l.fina.ante pe.col.C. de ſenten.paſſis.ſecundùm quem reſtitutus habet regreßum contrà fiſcum, quatenus locupletior factus eſt (bonæ fidei enim poßeſſor fuit) ſed non recuperat bona in alium tranſlata. Videtur autẽ Lanceloto Bar.in reſtitutione iuſtitiæ loqui, quum in regreßu loquitur, & quũ fiſcum bonæ fidei poſſeßorẽ appellat: alioquin, ſi reſtitutio eſſet gratioſa: nec daretur regreſſus, nec diceretur fiſcus bonæ fidei poſſeſſor eſſe, ſed dominus. Quod tamẽ 49 50

Lancelo.

Lancelo. non rectè conſiderat: nam & ſi reſtitutio eſſet iuſta, quòd iniuſta Contra Lãce. Galiau.
51 deportatio, & iniuſta bonorũ publicatio fuiſſet, nihilominus† diceremus, fiſcum interim dominum eſſe legitimum: quum ſententia quidem iniqua eſſe
52 proponatur, ſed non utiq; nullius momenti. Quam obrem† Bar. intellexiſſe mihi uidetur, fiſcum interim dominum fuiſſe. Poſtremo loco allegat tex. in. l. Bene à Zenone. C. de quadrieñ. præſcripti. ubi ſi fiſcus alienat bona mea in alium, credens eſſe ſua, non poßum habere regreſſum, niſi contra fiſcum, & quidem intra ſolum quadrieñiũ: igitur quũ fiſcus alienauit bona, quæ ſibi publicata credidit, licet reperiatur poſtea, bona iniuſtè publicata fuiße, non poterit qui reſtitutus eſt, bona recuperare ab eo, in quem alienatio facta eſt. Hæc ille. Quæ difficilem & intricatam reddunt huius articuli reſolutionem.

Mihi tamen uero propius uidetur, quod & receptius eſt: idq; ex argumentorum reſolutione conſtabit. Et primùm tex. in. d. l. Quod ſi minor. §. Cõmunis opinio defẽſa aduerſus Lancel. Galiau.
53 Scæuola, † qua parte probat, minorẽ ãnis, qui hæreditatem repudiauit, poſſe reſtitui, non tantùm ſi hæreditas adhuc iaceat, uerùm & ſi iam acquiſita ſit ſubſtituto, Raphaelis Cuma. & aliorum uulgarem opinionem confirmat, & errorem Andreæ Siculi cõuincit conſi. 31. Illud in mediũ, Contra Andreã Sicul. penul. col. in princi. lib. 1. ubi allegando notata hic, excludit reſtitutionem, quæ propter ætatis auxilium dãda eßet, eò quod ius alij quæſitum fuiſſet. Qua uero parte idem. §. probat, poſt diſtractam hæreditatem, & paratam ſubſtituti laboribus pecuniã, minorem non eſſe reſtituẽdum, ſubſiſtere oportet. Nam ſi dicas, reſtitutionẽ impediri, quia hæreditas fuiſſet diſtra
54 cta, opponitur tex. in. l. fina. C. de repudi. hæredi. † ubi poſt diſtractam hæreditatẽ minor, qui læſus eſt, ſe abſtinendo, nihilominus in integrum reſtituitur. Nec ſatiſfacit Accurſij & uulgaris diſtictio, inter uẽditionẽ factã à creditoribus, quo caſu non negatur reſtitutio in. d. l. fina. & uenditionem factam à ſubſtituto, quo caſu reſtitutio negatur in. d. §. Scæuola: huius enĩ diſtinctionis ratio confundi uidetur per. l. Non eſt uobis. C. de prædi. & alijs rebus mino. l. Si ex cauſa, ſupra de mino. ubi generaliter poſt res ab aduerſario diſtractas, reſtitutio cõceditur. Ergo probabilius uidebitur, Iureconſulti rationẽ expẽdere in. d. § Scæuola, quũ ait, POST DISTRACTAM HAEREDITATEM ET PARATAM SVBSTITVTI LABORIBVS PECVNIAM: uidetur enim, non tam conſideraße diſtractam hæreditatẽ, quàm ſubſtituti labores in parãda pecunia. Et ſanè Accurſius hanc Contra Accurſij & cõmunẽ diſtĩctionem.

rationem

*rationem comprobat in.d.§.Scæuola, in ultima ſolutione, & Ioan. Imo-*
*lẽ.in.l.Nam quòd.§.1.in gl. pupillum, infra Ad ſenatuscõſ. Trebel. &*
*quaſi meliorem ſequutus eſt Alex.conſi.67.fina.col.lib.5. Sed tamen in*
*ſtatur adhuc, quòd ſubſtituti labores, in paranda pecunia, nõ debuerunt,*
*ordinariam iuſtitiæ reſtitutionẽ in integrum excludere: nam ſi eorum con-*
*templatione, occurrebat iniquitas, facile erat, iniquitatem emendare, non*
*quidem negando paratum minoribus reſtitutionis auxilium, ſed ita conce*
*dendo, dummodò ſubſtituti laboribus ſatiſfaceret minor annis: quæ repu*
*tatio † in iudicio reſtitutorio uſitata eſt. l. unica. C. de reputa. quæ fiunt* 55
*in iudi. in integrũ reſtitu. l. Intra utile. §. Vendẽtibus, ſupra de mino. cap.1.*
*uerſi. Prouidendum, de in integrum reſtitu. Huic argumento, quum uete-*
*res in eo.§.Scæuola, terga uertiſſet, cõfugerunt in eã interpretationẽ,*
*ut dicerent, hæreditatem principiò non fuiſſe lucroſam, poſtea uerò ſubſti*
*tuti laboribus factã eſſe lucroſam: ut & aliàs ĩ.l.4.infra Ad.l.Falcidi.*
*quare iniquum eſſe uiſum, ſi ſubſtituti induſtria aperiret aduerſus ſe in inte*
*grum reſtitutionis auxilium: quæ interpretandi ratio nõ diſplicuit Alex.*

Contra veterũ interpretationẽ.

*in.d.conſi.67.fina. col.lib.5. Mihi autem placere non poteſt, qui uideam,*
*Iurecõſulti uerba manifeſtè repugnare, ſcribẽtis, minorem, qui iuuenili le*
*uitate ductus omiſiſſet, uel repudiaſſet hæreditatẽ, ſiquidem omnia inte-*
*gra eſſent, omnimodò reſtituendum fore: igitur hæreditas principiò lucro*
*ſa erat, & quam repudiaſſe fuit inutile. Nec enim † euentus damni reſtitu* 56
*tionem indulget, ſed inconſulta facilitas. l. Verum. §. Sciendũ, eo tit. cap.*
*Cũ dilecti, ibi,* TEMPORE CONTRACTVS, *de empti, & uẽdi. Quid,*
*quum paulo poſt ſubiunxit, ex ea cauſa partius reſtituendum minoris hæ*
*redem? an non euidenter ſignificauit, principiò beneficiũ reſtitutionis cœ*
*piſſe competere, poſtea uerò fuiſſe amiſſum, ex æquo & bono, propter*
*diſtractam hæreditatẽ, & paratam ſubſtituti laboribus pecuniã? Quare*
*quum eius.§. ſenſus non rectè à noſtris uideatur eſſe tractatus, ego diſtin-*

Noua interpretatio ex Panor. Abba. ſentẽtia cõtra ões.

*guendum reor: & cõſidero, † minoribus XXV annis propriè ſuccurſũ* 57
*eſſe edicto, quum quid de bonis ſuis diminuerunt, & damnum paſſi ſunt. l.*
*Minoribus, in princ. ſupra de mino. An autem ad lucrũ, quod facere po*
*tuerunt, reſtituendi eſſent, dubitatum fuit: quum † damni propriè reſtitu-* 58
*tio ſit, lucri autem inſtitutio magis, quàm reſtitutio uideatur, uti Rapha.*
*Cuma. ſenſit, quem Alex. dixit pueriliter loquutum in. l. Cùm quidam,*
*penul.col. infra de acqui. hæredi. obtinuit tamẽ, ad lucrũ quoq; reſtituendos*
*minores:*

*minores:* HODIE *(inquit Vlpianus)* CERTO IVRE VTIMVR VT ET IN LVCRO MINORIBVS SVCCVRRATVR. *l. Ait prætor.§.fin.*
59 *ſupra De mino.ſic apparet,† ſolidiorē et fauorabiliorē eſſe reſtitutionē, quæ minoribus dānum paßis ſucurrit, quàm quæ ad lucrum eiſdē indulgetur. Facit uulgaris ratio.l.fin.C.De codi. & quòd conſtituendo differētiā inter haſce reſtitutiones tradit Bart.l. Etiā.n.fi.ſupra De mino. &*
60 *Raph.Fulgo.cōſi.61.Domina Catherina.fi.col.ubi† tex.In.l.Si ex cauſa.§.Nunc uidēdū,uerſi.Ergo, ſupra De mino.ad minorē reſtringit, qui in damno reperitur, propterea quòd furti actionem pati maluit: nec putat locum habere, ſi minor ānis ad lucri occaſionem reſtitui uellet. Quibus cō*
61 *ſequēs eſt dicere†, minorē, qui dānū paſſus eſt, omnimodò in integrū eſſe reſtituendum, id eſt, etiam ſi res non ſit integra: ſic procedunt illa omnia,*
62 *quæ contra.§.Scæuola.allegata ſunt. At† ubi minor annis ad lucrum reſtitui ſe poſtulat, meritò temperatur edicti interpretatio, ſi res non ſit integra, iuxta tex.in.d.§.Scæuola, quemadhunc modum intelligendum cenſeo, fretus etiā uniꝰ Panormitæ Abbatis auctoritate ī cap. Ex parte, n.21.De reſtit.ſpolia.ubi ſecurè hoc eodē ſenſu accepit.d.§.Scæuola. Secundùm quæ, iam ille.§.receptā ſententiā, de qua ſupra, non oppugnabit: quum in propoſita ſpecie, deportatus certet de dāno, & ad bona, quæ iniuſtè amiſit, reſtitui uelit: unde omnimodò reſtituendus uidetur, etiam ſi bona ſint alij quæſita, & res non ſit integra.*

*Nec etiam obſtabit auctoritas Bar.hic: quoniam ille uidetur dumtaxat collegiſſe argumētum ex eo.§.Scæuola, quòd difficiliùs reſtituitur quis, ubi res nō eſt integra, quàm ſi res per omnia eſſet integra. Nam & Bald.ſimili modo argumētatus eſt ex eo.§..in.l.fi.n.5.uerſi. & eſt ratio. C.De ſentē.paſſis, & tamē in ſequēti uerſi.ſed cōtra, ſcripſit ei, ꝗ iuſtè, non per gratiā, reſtitutus eſſet, bona ēt in alios trāſlata eſſe reſtituēda.* Contra cōmunē opinionē cum Ioā. Imol.

*Sed et auctoritas gl.receptæ ī c.Ex parte, De reſti.ſpol.effugi pōt,*
63 *quòd probabilius uideatur†, minorē annis, qui proprio beneficio renūtiauit, poſſe, in integrū reſtitutionis auxilio, id recuperare, etiā ſi alteri collatū ſit, ſecundū opinionē Io.Imol.in.d. c.Ex parte.n.8. nā & quū gl.præcipuè mouetur argumento.§.Scæuola, apparet, eo.§. contrariū probari, aut certè nihil probari, ſecundùm ea, quæ proximè oſtendimus.*

*Ad reliqua argumēta ſimul reſpōdeo, Bartolū quidē in.d.l.fi.n.7.C. De ſētē.paſſis id ſcripſiſſe, quod Lācelo.refert: præterea eodē loco alle-*

gaſſe tex.i.d.l. Bene à Zenone. C. De quadrie. pſcripti. ne tertij poſſeſſores, in quos bona alienata ſũt, uexari queãt: ſed tamẽ ita rẽ poſſe tẽperari, ut ſi fiſcus (ſicuti plærũq; fit) alicui puta Titio ea bona, quaſi ex delicto publicata, donaſſet, nemo dubitet, Titiũ cõuenıri poſſe: quũ enĩ aduerſus fiſcũ nullus ſit regreſſus, & lucratiuo titulo rerũ dominia Titius acquſierit, æquiſſimum eſt, reſtituto aduerſus eũ ſuccurrere. Nam & † reſtitutio iuſtitiæ, quæ iure perſonalis actionis, maioribus aduerſus principalẽ datur, porrigere ſolet effectum ſuum aduerſus tertios poſſeſſores, quum regreſſus nõ datur contra principalem, & ipſe titulo lucratiuo poſſidet. 64
Hoc ſecundùm æquitatem admittẽdũ Bal. credidit in.l.2.n.16. C. De reſcindẽ. uenditi. Salyce. quoq;. n. 18. & Pantha. Cremẽ. in repe. col. 43. Fabia. in tracta. de empti. & uẽdi. q. 8. n. 23. uerſi. Septimò quæro. Andre. Tiraquel. in repe. l. Si unquã, in uerb. reuertatur. n. 271. C. De reuocan. dona. Aymon. Sauil. conſi. 7. n. penulti. Sed et ſi fiſcus ſimili modo uendidiſſet, certum eſt, regreſſum contra eum reſtituto dandum fore, ſecũdùm Bar. ſententiam, in. d. l. fina. n. 7. facit. l. Si ex cauſa, uerſi. Nã illud certũ eſt, ſupra De minori. Puto etiam †, aduerſus emptorem, utilem in 65
rem actionem reſtituto debere accommodari, ſi eius interſit, res ipſas potiùs habere, quàm pecuniam: quum † officium Prĩcipis, quod imploratur 66
iuxta. l. fin. C. De tẽpo. in integrũ reſti. petẽ. cap. Tum ex literis, De in integrum reſti. uideatur eſſe hoc caſu in rem ſcriptum, argumen. d. l. Si ex cauſa & l. In cauſæ. §. interdũ. ſupra De mino. & Bal. ſententiæ in. d. l. 2. n. 16. C. De reſcin. uendi. Quippe † reſtitutio, quæ procedit per uiã 67
iuris ſcripti, inhærere uidetur à primordio, ita quòd ius uẽdentis nõ uidetur fuiſſe liberum, ut meritò poſſit, & debeat reſcindi uenditio: uerba ſunt notabilia eiuſdẽ Bal. in. d. l. fina. n. 5. uerſi. Sed contra. C. De ſenten. paſſis. Nec huic ſententiæ facit negotiũ. l. Bene à Zenone. C. De quadriẽ. præſcripti. quoniam conſultò propoſui, fiſcum bona donaſſe, uel uẽdidiſſe, quaſi ex delicto publicata: quibus caſibus †, ſi titulus ille publicationis 68
iuſtè reſcĩdatur, non eſt locus prærogatiuæ, de qua in. d. l. Bene à Zenone, argu. tex. in. l. Etiã. §. Si quis à fiſco, ſupra De petiti. hæredi. tradũt Cynus, Bal. & Salyce. n. fina. in. l. i. C. de hæredi. uel actio uẽdi. Alex. cõſi. 52. n. 7. li. 6. Ille ergo caſus in difficili eſt, ſi fiſcꝰ donaſſet, uel uẽdidiſſet bona, quaſi ſimpliciter ſua: tũc enĩ is qui donatũ accepit, uel emit, ſecurus uidetur, p. d. l. Bene à Zenone: quod Pau. Gril. nõ aduertit in tracta.

Cõtre Paulũ Grillan.

De hære.

*De hæreti.6.q.n.4.ubi diſtinguit inter lucratiuũ titulũ & oneroſum, ciẽs*
*falſò Bart.in.d.l.fina.C.De ſentẽ.paſſis. Hîc igitur dici poteſt, quoniã*
*poſſeſſor conueniendus erat ſecũdùm ea, quæ modò diximus, & propter*
*fiſci reſpectum, à quo cauſam habet, non conuenitur, fiſcum eſſe conuenien-*
*dum: non quidem, ut ait Bartolus, quatenus locupletior factus ſit, ſed ma-*
*gis ad ueram bonorum æſtimationem per tex.in.d.l.Bene à Zenone, con*
*iunctis his, quæ Feli.tradit, in cap.Quæ in eccleſiarũ.n.35.de cõſtitu. Sic*
69 *† quadriẽnij tempus obſeruabitur, tum ex perſona actoris, qui auxilio reſti*
*tutorio agit.l.fina.C.de tempo.in integrum reſti.peten.tum etiam ex per*
70 *ſona Rei, hoc eſt fiſci, qui † poſt quadriennium conueniri non poteſt, d.l.*
*Bene à Zenone, §.fina.inſti.De uſucapio.*

*ALIA etiam differentia inter haſce reſtitutiones obſeruata eſt,*
71 *quòd † in reſtitutione iuſtitiæ fructus ueniunt, ſine mora, ſine mala fide*
*pcepti: ſiue reſtitutio per officiũ Iudicis nobile danda ſit, ſiue iure actio*
*nis competat.l.Patri.§.Item ex diuerſo, ſupra de mino.l.Videamus.ij.*
*ſupra de uſu. Accedat tex.ille ſingularis, et uulgò ignoratus in.l.i.C.Si*
*maior factus aliena.ſine decre, factã, ratã habu.ubi Iidem Cæſares, qui*
*auctores fuerunt.l.2.C.de reſcindẽ.uẽditi.manifeſtè uoluerunt, quòd licet*
72 *† eo, qui rem minùs dimidia parte ueri pretij comparauit, ſupplente iuſtũ*
*pretium, ceſſet in integrum reſtitutio, purgata uidelicet læſione uẽditoris,*
*ſecundũ ea, quæ in ſimili ſpecie Bal.argutè explicauit in.l.Siquidem, in*
*fi.C.De prædi.& aliis reb.mino.ubi tamẽ nolẽte eodem, ſupplere iuſtum*
*pretium, perfertur in integrum reſtitutio, & reſciſſa uenditione, res uen*
73 *ditori reſtituenda eſt, utiq; † cũ fructibus reſtitui debet: quod generali in*
*integrum reſtitutionis argumento Rofred.putauit in.4.parte libello.*
*De actione quantò minoris ciuili uerſi.Item quæritur.fol.102.probatus*
*ab Albe.in.d.l.2.n.16.C.de reſcin.uendi.ubi & Salyce.n.5.uerſi.Et di-*
*cit Cynus in fine, eiuſdem uidetur fuiſſe opinionis. Quamquam Bal.inibi*
*n.3.& Pãtha.Cremẽſ.ĩ repe.fol.11.col.29.uerſi.Quia reſpõdeo, Petr⁹*
*ab Anchar.poſt Ioã.Calderi.in regu.Peccati uenia, col.17.uerſi. Sed*
*ego, ut dixi, De regu.iuris.lib.6.Bartholo.etiam Veronen.in tracta.de*
*ſimulati.contract.§.2.in fin. & Anton.Burgenſis in cap.Ad noſtrã,*
*n.36.De ẽptio.& uenditi.Fabia.de mõte ſancti Sabi.in tracta.de ẽptio.*
*& uenditi.8.q.prĩcipa.n.24.in fine.Syluester in uerb.Vſura.ij.§.15.n.4*
*contrarium improuidè uerius eſſe crediderint. Quorum auctoritate*

Cõtra Bal. Ioãn. Cal. Petrum ab Anch. Barthol. Veronẽ. Anton. de Burg. Pãthaleo. Cremẽ. Fabia. de mõte ſctĩ. Sab. Syluestrũ & praxim totius Hiſpaniæ.

*uereor,ne decepta totius Hiſpaniæ praxis hactenus uel uariando,erra-*
*uerit. At uerò in reſtitutione gratiæ † non ueniunt fructus:res deniq;* 74
*ſine fructibus reſtituenda eſt,argumen.tex.in authen. Idem eſt de Ne-*
*ſtorianis.C.de hæreti. & ita ſe habet cõmunis opinio. Contrarium plu-*
*ribus argumentis ſuadere nixus eſt Iaſon.n.64. quibus tamen ſatiſfe-*
*cerunt Lancel. Galiau.n.64. &.65. Fortuni.n.163. Et ſanè receptio-*
*rem ſentẽtiam quodãmodò uidetur adiuuare difficilis tex.in cap. Ad no*
*ſtram,de rebus eccleſiæ non alienan.ſi nouo ſenſu, qui colore nõ careat,*
*tentemus † eum accipere.* 75

Noua iter pretatio.

*Habet is tex.quòd cùm Tuſienſe monaſteriũ multo ære alieno depreſſum eſſet, Abbas & conuentus uillam quandam. B.laico in feudum conceſſerunt,lege data,quòd idem.80.libras creditoribus monaſterij perſolueret. B.laicus,ſolutis.80.libris,primo ſtatim anno de uillæ prouẽtibus pluſquàm.80. libras percepit:deinde per multos poſt modum annos,uillæ fructus collegit.Quam ob rem Abbas & conuentus humiliter Innocentio Tertio ſupplicarunt,ut feudũ prædictum faceret,ad utilitatem monaſterij,reuocari. Pontifex Maurienſi Epiſcopo,& Præpoſito Vlconenſi præcepit, ut ſi enorme diſpendium monaſterij ex ea alienatione deprehenderẽt, laicum compellerent,ut prædictum feudum monaſterio liberum,& quietum dimitterẽt:recepta priùs pecunia,quam pro exoneratione feudi,ſeu etiã pro utilitate monaſterii,expendiſſe noſceretur: nec enim laboris ratione quidquam retenturum, quum percepti fructus ſufficere ei deberent pro labore. Et ferè inter omnes conſtat,alienationem iure factam fuiſſe,ſubuẽtúmq; eſſe monaſterio per modum reſtitutionis.Nec minùs cõſtare debet,fructus eo caſu non reſtitui,ut & Petrus ab Anchar.interpretatus eſt in regu.Peccati uenia, col.17. de regul. iuris.lib 6.nam ſatiſfacere non poteſt,quod Abbas Panormi.in. d.cap. Ad noſtram.n.penulti.ſcribit,fieri compenſationem fructuum cum labore uſq; ad concurrentem quãtitatem:reliquos uerò fructus monaſterio reſtituendos. Siquidẽ cùm fructus tam uberes fuiſſent, ut priore anno, pluſquàm.80. libras laico præſtiterint, non debuit in tex.ſupprimi,quod exprimi,maximè erat neceſſariũ.Proinde nõ abſurdè ſẽtiet, qui putauerit,fructus in ea ſpecie idcirco nõ reſtitui,quoniã reſtitutio nõ erat ordinaria:nec ad merũ iuris rigorẽ ſpectabat, ut quæ plurimũ haberet gratiæ.Nã & ſi cõiter interpretes ſcribãt,ordinariã in integrũ reſtitutio*

*nem*

*nēm ab eccleſia iura minoris intra quadriennium poſtulatam, non dubito,* Contra cō
*quin id falſum ſit. Abbas enim & conuentus nomine monaſterij poſt ſo* munē intel
*lenne quadriennium pro reſtitutione ſupplicarūt, uti ſecuritas illa uerbo* lectum.
*rum oſtendit,* PER MVLTOS POST MODVM ANNOS: *quod Hoſtiē.*
*inibi affirmauit, habere ſe pro comperto: & admiſerūt Collecta. in prin-*
*ci. Cardin. q.1. Ioan. Imolen. n. 4. Peruſ. in cap. 1. in fine de in integrum reſti*
*tu. lib. 6. Præterea hoc idem fortiſſima ratione demonſtro: Pontifex enī*
*in eo cap. enorme damnum exigit: atqui quoties eccleſia, intra quadriēniū,*
76 *ordinariam iuſtitiæ reſtitutionem poſtulat, † etiam pro modico damno au-*
*diri debet: non fuit igitur in eo cap. reſtitutio ordinaria, intra quadrien-*
*nium iure minoris implorata: nam tunc Pontifex iniuſtè requireret enor-*
*me damnum, quum uel modicum ſufficeret. Quòd uerò eccleſia pro mo-*
*dico damno regulariter in integrum reſtituenda ſit iure minoris, ueriſſi-*
*mum eſt: nec tantum diſputantibus, ſed aduocatis etiam, & iudicibus pro*
*bandum: tametſi omnes canonici iuris interpretes, & plurimi ex noſtris,* Contra cō
*lapſi errore, contrarium paſſim docuerint. Nam cùm rectiſſimè decerne* munē opi-
*ret Pontifex in cap. 1. de in integ. reſtitu. quæ data eſſent in detrimentū* nionem.
*eccleſiæ, ad eam reuerti debere, quòd iure minoris ſemper deberet illæſa*
*ſeruari, Bernar. inibi in uerb. detrimentum, interpretatus eſt, magnum*
*detrimentum requiri: nec enim propter modicum damnum reſtituendam*
*eſſe eccleſiam, iure minoris: quum nec minor læſus auxilium reſtitutio-*
*nis in integrum mereretur: niſi propter enorme diſpendium, grande, uel*
*magnum detrimentum. Allegauit ad hoc. l. Si ex cauſa, ibi,* GRANDE
DAMNVM, *ſupra de mino. l. Scio, ſupra de in integrum reſtitu. & dictū*
*cap. Ad noſtram, ibi,* ENORME DISPENDIVM: *quod & omnes*
77 *in locis ordinarijs ſine controuerſia receperunt. Ego contra didici, †*
*minorem annis pro modico damno eſſe reſtituendum, & eadem ratione*
*eccleſiam, quæ iure minoris illæſa ſeruatur. Hoc probat text. à Ber-*
*nar. in contrarium allegatus in. d. l. Si ex cauſa, & l. penul. ibi,* GRANDE
DAMNVM, *ſupra de mino. l. 1. ibi,* MAGNO DETRIMENTO. *C. Si ad-*
*uerſus uendi. pigno. l. fina. ibi,* NISI EX MAGNA CAVSA. *C. Qui &*
*aduerſus quos. Quibus legibus per argumentum ab ſpeciali euidenter oſtē*
*ditur, ordinarium eſſe in iure ciuili, quòd minor annis, qui ſe facilitate*
*propria, uel aduerſarij dolo, etiam modicè læſum queritur, audiri debeat,*
*in integrum reſtitutionē petens. Idq; noſter Accurſi. Veteres, Bart. &*

*omnes ordinarij cum magna ſecuritate tradiderunt in.l.2. C. Si aduerſ.*
*uendi. pigno. & in.d.l. Si ex cauſa, ſupra de mino. Philip. Corne. con*
*ſi.179. n.10. lib.4. Alex.conſi.67. n.6. lib.5. qui omnes magnum, ſeu*
*grande damnum à modico diſtinxerunt, & rurſus modicum à minimo,*
*conſtituentes, minorem annis regulariter pro modico damno eſſe reſtitu-*
*endum: quamuis in quibuſdam caſibus ſingulare ius uerſaretur: ideoq; ex*
*cauſa diſcederetur à regula: neq; ſufficeret læſio modica, ſed enormis:*
*grandis, ſeu magna reſtitutionem mererentur. Pro minimo autem dãno †* 78
*negauerunt, reſtitutionem impetrari debere per.l.Scio.ſupra de mino. quæ*
*tamen lex magis uidetur aduerſus eos probare, pro minimo etiam dãno re-*
*ſtituendum minorem: niſi maiori rei, uel ſũmæ præiudicium fiat, uti Ac-*
Contra receptiorem opinionẽ cũ quibuſdam.
*cur. Andr. de Piſis, Albe. & Rapha. Fulgo. inibi interpretantur. &*
*Philip. Decius in cap. De appellationibus. n.7. de Appell. & in cap.*
*Maioribus. n.2. de præben. Ludo. Gome. in. §. Pœnales. n.4. inſti. de Ac-*
*tio. Andre. Tiraquel. in repe.l. Si unquam, in uerb. omnia, uel partem ali-*
*quam. n.15. C. de reuocan. dona. Secundum quæ, Bernardi error ab alijs*
*probati manifeſtè conuictus deprehenditur: cùm eas leges allegauerit,*
*quæ potiùs in cõtrariũ trahũt: nec aſſequutus fuerit, in.d.c. Ad noſtrã,*
*ideo enorme diſpendium exigi, quia ſcilicet eccleſia reſtitutionem implo-*
*rabat, nec ordinariã, nec iure minoris cõpetentem, ut quæ poſt quadrien-*
*nium peteretur. Deniq; ueroſimile fit, eam reſtitutionem plurimũ habere*
*gratiæ: cùm eccleſia iure minoris ſemper debeat illæſa ſeruari. cap.i. de in*
*integrum reſtitu. & nuſquam ſcriptum ſit, nuſquam relatum, † audiri poſt* 79
*quadriẽnium minorem annis, in integrum ſe reſtituentem illo nomine, quòd*
*enorme damnum paſſus ſit: & bene uerba ſe habent,* HVMILITER SVP
PLICARVNT, *ad hunc intellectum pertinentia. Qua ratione fructuum,*
*qui non reſtituuntur, quæſtio componitur.*

*Hinc gl. ſententia utiliter poteſt explicari in cap.i. in uerb. Cauſa, de*
*in integrum reſti. lib.6. quæ ſcripſit, poſt quadriẽnium † indulgendam eſſe* 80
*eccleſiæ in integrum reſtitutionẽ: ſi modò eminẽtiſſimum damnum paſſa*
*fuerit. Nam & ſi nullo forti argumẽto glo. hoc ita ſcripſerit, & cõpara-*
*tione minoris uideatur oppugnari, in promptu eſt dicere, differentiæ*
*rationẽ in eo eſſe, † quòd minores, lapſo poſt XXV. annum quadriẽ-* 81
*nio, maiores iam facti, negotium tacitè ratum habuerunt: unde & ſi*
*allegent enormiſſimum damnum, audiri non debent. Eccleſia uerò, quo*
*niam*

niam ſemper minori comparanda uidebatur, prope fuit, ut ſemper etiã poſt quadriẽnium, iure minoris, deberet illæſa ſeruari, ſecũdùm nota. in. d. cap. i. de in integrum. reſtitu. Quare non iniquum fuit, ita rem temperare, ut poſt quadriẽnium audiretur, ſi circũſcripta, eminentiſſimũ dãnum incurriſſet. Ego amplius puto, licet gl. eminentiſsimũ, ſeu enormiſsimũ dãnum exigat, & dd. inibi & in. d. cap. Ad noſtrã, Soci. cõſi. 226. n. 24. lib. 2. Iaſ. cõſi.
82 54. n. 3. lib. i. † ſatis eſſe, ſi dãnum ſit enorme. Vtor enim ſententia eorum, quos proxime improbaui: nam quum exiſtimarent, damnũ eminẽs, ſeu enorme, regulariter exigi, putauerũt, ſi dãnum eſſet eminentiſsimũ, ſeu enormiſſimum, rationabilẽ eſſe cauſam, reſtituẽdi eccleſiam poſt quadriẽniũ. Igitur cùm aduerſus eos euicerim, modicum damnum intra quadriẽnium ſufficere, ex eorundẽ ſententia induco, reſtituendã fore eccleſiam, poſt quadriẽnium, ſi dãnum ſit enorme: nec enim minùs exceditur modicum ab enor Noua opinio.]
83 mi, quàm enorme ab enormiſsimo: quum utiq; † enorme damnum ſuperare uideatur magnam læſionem, quæ ſupra modicam eſt. Idq; contineri interpretor in. d. cap. Ad noſtram, ubi propter enorme damnum, auditur eccleſia poſt quadriẽnium. Secundò explicatur eiuſdem gl. ſententia ex. d. cap. Ad noſtram, ut eccleſia, quæ enorme damnum paſſa eſt, audiatur poſt octo annos à tempore læſionis, aduerſus opinionem Rode. Suarij, in allega. 21. char. penul. ubi ſcribit, eccleſiam, quæ poſt quadriẽnium implorare poteſt in integrum reſtitutionem, eò quòd enormiſſimum damnum paſſa ſit, non eſſe audiendam, niſi intra alterum quadriẽnium, ſecundùm ius commune: tametſi conſtituto iure expreſſum ſit, intra XXX. annos audiendam eccleſiam in hac ſpecie. ut. l. fina. titu. fina. Parti. 6. Ego contra exiſtimo, alterum quadriẽnium nequaquam eſſe præfiniendum, argumen. d. cap. Ad noſtram, ubi Hoſtiẽ. teſtatur, poſt decennium, petitam reſtitutionem. Item quia ſi reſtitutio ultra quadriẽnium progreditur, iam officium Iudicis perpetuum eſſe debet, argumen. l. Videamus, ſupra de eo Contra Roderi. Suar.
84 quod metus cauſa: proinde † uſq; ad XXX. annos extendetur iuxta tex. cum glo. in uerb. perſequutione, in. l. Sicut in rem. C. de præſcrip. XXX. uel XL. anno. Sic idem erit, attento iure communi, quod ille ratus eſt, expreſſũ fuiſſe lege Regia: quũ tamẽ legem Parti. uir alioqui Hiſpanorum ſui tẽporis doctiſſimus, non ſatis intellexiſſe uideatur. Siqui Partitæ Caſtellana. l. non recte intellecta à Roderi. Suario.
85 dem † ea lex, de Principis, & eccleſiæ reſtitutione agens, quũ ultra quadriẽniũ reſtitutionẽ extendit, euidẽter ſe refert, ad eam reſtitutionẽ, quæ

 cõpeteret

cõpeteret iure actionis perſonalis iuxta.l.2.C.de reſcindẽ.uẽdi. cap.Cũ
dilecti,de emptio.& uendi.ut etiam noſtra lex Regia circa Principẽ idẽ
expreſſit lib.2.ordina.titu.17.in.14.dubio,cõiuncto.§.3.titu.30.lib.4.De-
niq; glo.in.d.cap.1.de in integrum reſtit.lib.6.ad eam læſionẽ reſpicit,quæ
cùm ſit enormis,non tamen excedit dimidiam partem ueri pretij. Vltimò
explicatur eiuſdem gl.ſententia,ut in ea reſtitutione,quæ quodãmodò ſpe-
ciem habet gratiæ, fructus non reſtituantur, nec tamen omnes poſſeſſor
lucri faciat, quum ſi uelit,rationem haberi laboris,fructuum quóq; † per- 86
ceptorum ratio ſit habenda.d.cap.Ad noſtram: quaſi iure quodam ſingu
lari,hoc conſtitutum ſit in hac reſtitutione,quæ mero iure competere non
uidebatur,poſt ſolennia tempora.Quod erit præcipuè notabile ad tempe
randam Accurſij opinionem in.l.Emptor,in uerb.ſuperfluũ,in fi.ſupra
de rei uẽdica.& quod in hoc articulo reſoluũt Curti.Senior cõſi.71.Feli.
in cap.Cùm cauſam.n.28.&.29.de re iudica.Andre.Tiraquel.alia loca
cumulãs in repe.l.Si unquã,in uerb.reuertatur.n.235. C.de reuocã.dona.
Sic res eò perducetur, ut tentemus dicere,eiuſmodi reſtitutionem nõ eſſe
propriam in integrum reſtitutionem:eſt enim † in integrũ reſtitutio in pri- 87
ſtinũ ſtatum repoſitio,quæ facit,ut fructus quoq; reſtituantur.l.Quòd ſi
minor.§.Reſtitutio,ſupra de mino.tradit Albe.ĩ.l.Patri pro filio.§.Itẽ
ex diuerſo,eo titu. Vnde † reſtitutio,quæ gratiam ſapit,reſtitutio quidẽ 88
eſt,ſed non utiq; propria in integrum reſtitutio: cùm nec retrò trahatur,
nec fructus reſtituat,ut per Areti.hic.n.23.Qua fortaſſis ratione tex.
in.d.cap.Ad noſtrã,ſegregatus eſt à titu.de in integrũ reſtitu.nã cùm † 89
titulis cõuenire debeãt leges,& capitula, ut per glo.in.l.unica, in uerb.re
tractare.C.Ne lice.tertiò prouo. cum alijs quæ allegat Iaſ.ĩ rub.n.14.in
ſti.de actio. nõ malè dicetur,id cap.aptandũ potiùs fuiſſe titulo de in inte
grũ reſtitu.ſi modò cõceſſa eſſet inibi ꝓpria ĩ ĩtegrũ reſtitutio cũ fructibꝰ

EX noſtra etiam glo.poteſt argumentum colligi,quòd ſi † deportati 90
filius teſtamentum fecerit, & poſt eius mortem,pater per gratiam
ſit reſtitutus,ſine dubio teſtamẽtum ualebit: & tunc demũ rumpetur, ſi
uiuo filio,reſtitutus fuiſſet:recuperaret enim patriam poteſtatem,ſecundũ
Papiniani ſententiam à Iuſtiniano comprobatam in.l.fina.in princi.C.de
ſenten.paſſis:filio autem mortuo,& iam confirmato teſtamẽto,reſtitutus,
nec recuperare poſſet mortui poteſtatem,nec retrò intelligeretur,eum in
poteſtate habuiſſe: ſic teſtamentũ rumpi nequiret. Sed † in patre ab hoſti 91
bus

bus capto, reuerſo poſt mortem filij, qui teſtamentum in ciuitate fecerat, diuerſum ius eſt: ſiquidem id teſtamentum rumpi, ſcripſerunt Accurſi. Petrus à Bella Perti. Barto. n. 9. Bal. n. 15. in d. l. fina. Barto. in l. Si is qui pro emptore. n. 54. ĩfra de uſucapi. Ange. Aret. & Iaſon in additio. ad Chriſtopho. Porti. in §. Si ab hoſtibus, in fine, inſti. Quibus modis ius patriæ poteſta. ſolui. quũ enim pater ab hoſtibus redit, fingitur, filiũ in poteſtate ſemper habuiſſe, eò quòd poſtliminij fictio retrò trahat: licet reſtitutio gratiæ retrò non trahatur, ſecundùm Bar. hic. n. 12.

Verùmtamen illud minimè prætereundũ eſt, gl. & doctores, quos modò retuli, falſò docere, dum rationem rumpendi teſtamenti, quod interim filius in ciuitate fecerat, in eo conſtituũt, quòd pater, ab hoſtibus reuerſus, retrò fingatur habuiſſe in poteſtate filium: quaſi uerò id teſtamẽtum initio conſtiterit. Itaq; incunctabile eſſe debet, † filij teſtamentum nullum manere, & ſi pater nunquã ab hoſtibus rediſſet, apud quos, mortuo iam in ciuitate filio, ipſe quoq; uita functus eſſet: quũ filius, uiuo apud hoſtes patre, ius faciendi teſtamenti non aſſequatur iuxta regulam. l. De ſtatu, ſupra de teſta. quod Iureconſultus ſentit in l. 2. infra unde legiti. & expreſſit gl. recepta in l. Si pater, in fina. ſcholio. infra tit. 1. Odofre. fina. uerbis, Cynus penul. col. Angel. fina. col. in d. l. fina. C. de ſentẽ. paßis, Philip. Corne. nihil ferè allegans conſi. 204. Quãquã uideatur. n. pen. lib. 3. Alex. n. 10. Iaſ. n. 9. in l. Lex Cornelia, infra de uulga. & pupil. Ioã. Imolẽ. col. 8 uerſi. Et plus dico. Iaſon. n. 243. in l. Si is qui pro ẽptore, infra de uſuca. ubi Ioã. Crottus. n. 18. & 19. diſſolutè ad partes argumẽtatur. Et licet cõtra hanc cõmunem opinionem, uideatur eſſe fortis ratio tex. in l. Si quis filio. §. Hi autem omnes, infra tit. 1. ubi † qui certi ſunt de ſtatu præſenti, teſtari poſſunt, etiam ſi de futuro incerti dubitent: qua ratione filius uideatur poße teſtari, uiuo apud hoſtes patre, in cuius poteſtate non ſit, licet dubitet de patris reditu: huic tamen argumento ſatiſfacere nixus eſt Ioan. Imolen. in d. l. Si pater, infra tit. 1. Et ſanè uidetur poſſe meliùs ſatisfieri, ſi contra receptam ſententiam magis probemus, † filium non effici ſui iuris, quum pater, in cuius erat poteſtate, ab hoſtibus capitur: nam & ſi ille patriam poteſtatem amiſerit, ſeruus hoſtium factus, hic tamen filius impeditur, certum ſtatum habere, per ſuſpenſi iuris cõſtitutionem. l. Si pater, infra de ſuis & legiti. hære. §. Si ab hoſtibus in fine. inſti. Quibus mo. ius pa. poteſta. ſolui. l. 2. infra Vnde legiti. l. in bello. §. Si quis capiatur, infra

Cõtra Accur. & alios doctores.

92 (beside "conſtiterit. Itaq; incunctabile…")

93 (beside "lio. §. Hi autem omnes…")

Cõmunis opinio defenſa.

94 (beside "ſi contra receptam ſententiam…")

de capti.

Marij Salomo ſetẽtia aduerſus cõmunẽ probata.

*de capti. & poſtlimi. reuer. cum alijs quæ Marius Salomo. ciet ĩ. §. Quid ſi is. n. 16. et. 17. infra hac. l. ubi argute defendit, hoc ita eſſe uerius. Quo admiſſo, aperta ratione demonſtratur, filium, qui de præſenti ſtatu ſuo ſit incertus, teſtari non poſſe: & † teſtamentum, quod in ciuitate fecerit, non* 95
*rumpi poſtea, ſi pater ab hoſtibus redeat: quum initio nullius momenti fuerit. l. Nam & ſi ſub conditione. §. Poſt defectum, infra titu. i.*

*VLtimò Barto. hic induxit gl. ad ſolennem quæſtionem, ſi filius naturalis, uel ſpurius, legitimatus fuit poſt mortẽ patris, an auferat alijs bona, qui ſucceſſerunt ab inteſtato: & quum cenſeat, quæſtionem non ex hoc deſcendere, an legitimatio retrò trahatur, uidendum fore ſcribit, utrũ quando aliquis legitimatur reſcripto principis, alij, quorum intereſt, ſint citandi. Et reſpondit, ſi pater in uita faciat, legitimari filium, tunc alios non eſſe citandos: quum hoc negotiũ principaliter ipſius patris ſit, qui poteſt diſponere de bonis ſuis quomodò uult. Idẽ et ſi poſt mortẽ patris, petat ſe legitimari filius, dummodò patris uoluntatem oſtẽdat. Sed ſi nullam patris uoluntatem proferat iuxta authen. Item ſine. C. de natura. libe. tunc reſcriptum impetrare non poſſet, in eorum præiudicium, quibus iam eſſet ius quæſitum. Deniq; eorum conſenſus neceſſarius eſſet, ad effectũ ſucceſſionis: niſi Princeps ſecundùm ſupremæ poteſtatis uigorem, etiã illis irrequæſitis, uellet eum facere legitimũ: utiq; enim poſſet. Hæc Bar. cuius ſẽtentia poteſt, per ſex concluſiones explicari.*

*ANTE Quas, illud præmittendũ eſt, reſcriptum legitimationis impetrari non poſſe, † ſi filiorũ pater, cõtracto matrimonio, queat eoſdẽ* 96
*facere legitimos: & tunc demũ permittitur ex ordinaria indulgẽtia reſcriptũ †, quum per facti, aut iuris poteſtatem, matrimonium eſt impoſſibile:* 97
*aut certè inhoneſtum uideatur, tex. eſt in authen. Quibus mo. natu. effici. legiti. §. Sit igitur licẽtia, colla. 6. ubi glo. in uerb. permittimus, hoc exprimit, quam poſt alios dixit eſſe ſingularem Iaſon hic. n. 107. Videtur autem Iuſtiniano, † inhoneſtum eſſe matrimonium cum concubina, quæ circa to-* 98
*rum deliquit. d. §. Sit igitur, & in eodem authẽ. §. Sed & aliud, uerſi. Et quiddam etiam.*

Cõtra Ange. Marti. Lau. Nicola de Vbal. Pau. de mõ

*Vt appareat, † circa Iuſtiniani ſentẽtiam, lapſos eſſe errore Ange.* 99
*Peruſi. inibi & Marti. Laudẽ. in tracta. de legitimatio. n. 80. Nicola. de Vbal. in tracta. de ſucceſſi. ab inteſtato prima parte. n. 61. Bartholo. Veronẽ. caute. 250. Pau. de mõte Pico in repe. §. Titia quũ nuberet. n. 52.*

l. Titia

l.Titia quum teſtamento, infra de lega.2. Iaſonem conſi.234. lib.2. Curti. Iunio.conſi.136.n.10. Rode. Sua.in lectu.legum regni.fo.74.uerſi. Accedat caſus: & Põtificij cõcilij Auditores, quos Dominos de Rota uulgus appellat, ĩ nouiſſimis deciſio per Guiliel. Caſſado. collectis deciſi. unica de ſponſa. & matrimo.n.6. Nam in primis Ange. putauit, uelle hoc Iuſtinianum, quòd per ſubſequens matrimonium, nõ efficerentur legitimi, naturales filij ex ea cõcepti, quæ peccaſſet in corpus ſuum, uel aliâs eſſet uiliſſimæ conditionis: & refert, ita ſe ex facto habuiſſe: quod ſine dubio alienũ prorſus eſt à Iuſtiniani ſententia, Experimamur enim, quanã ratione potuit hoc ſentire Imperator? Et Nicola.de Vbal. ĩ loco ſupra allega. quẽ probauit Ioan. Lup. in repe.cap. Per ueſtras.3.nota.§.20.n.penul.de dona.inter uirum & uxo.intellexit, in ea ſpecie filios idcirco non fieri legitimos, matrimonio ſubſequuto, quoniã matrimoniũ inter eas perſonas prohibebatur.l.Humilem.C.de inceſtis nupti.tex.in eo auth. Quibus mo. natum.effici.legiti.§.Siquis uerò, ibi, HABEAT AVTEM SECVNDVM QVANDAM LEGEM AD MATRIMONIVM PRAEPEDITAM. Qua-

te pic. Bar. Tho. Verone. Roder. Suar. Ias. Dominos de rota, & Ioan. Lupi.

100 re quum † matrimonium, iure canonico ualeat, & opus charitatis in ſe habeat.cap.Inter opera, de ſponſali. opinatur filios, ex rato matrimonio ante conceptos, omnino fieri legitimos.cap.Tanta eſt uis, Qui filij ſint legiti. quod etiã probauerunt Domini de Rota ubi ſupra. Sed ego Imperatorẽ nego moueri hac ratione potuiſſe, quum ſecundũ regulam id matrimoniũ iure ciuili ualeret: nec enim uir ſenator proponebatur, aut mulier palàm ſe proſtituiſſe iuxta.l.Humilẽ.C.de ĩceſtis nupti.l.Palàm, ſupra De ritu nuptia. Deniq; tex.in.d.authẽ. Quibus mo.natu. efficiã.legiti.§.Si quis

101 uerò, aduerſus Nicola.de Vbal.retorquetur: † nam quum Imperator ſcripſit, HABEAT AVTEM. &c. oſtendit, eam, quæ circa torum deliquiſſet, non eſſe ſecundùm legem præpeditam, qui prius ſcripſiſſet, AVT NON HABET PENITVS, AVT NON SINE DELICTO SIT. Iaſon igitur d.conſil.234. cum Bartho. Vero. caute, 250. non putat, Angeli ſententiam procedere in uili, aut paupere muliere, ſed in ea dumtaxat, quæ meretrix eſſet, adijciens ideo in ſupra allegato.§.Sed & aliud, non fieri filios ſequenti matrimonio legitimos, quòd uulgò eſſẽt quæſiti: nec certum patrẽ poſſent demonſtrare. Sed hoc ſine iudicio ſcriptum reliquit Iaſon: ſiquidẽ Imperator in eo.§.pro conſtanti habet, eos filios certum patrem habuiſſe, quum ſcribit, PROCREAVIT ENIM QVIDAM FILIOS NON LE-

Cõtra Iaſ.

GITIME

GITIMF, intelligens planè, filios ex certo concubinatu fuiſſe cõceptos, & deinde mulierem aduerſus concubinatus torum deliquiſſe, ut in eo authẽ. §. Si igitur. Quid quum eorũdem filiorum legitimationem per reſcriptum admittit? an eos quos prohiberet, per matrimoniũ fieri legitimos, eò quòd nõ præſumerẽtur eſſe filij, cõcederet, ſubſidiario modo per reſcriptũ fieri legitimos? Nempe ita comparatũ eſt, ut ex nobis progenitos liberos natu rales poſſimus ad iura legitimorum perducere, impetrato reſcripto, quod eos primis natalibus reſtituat. Arrogatio † autem & adoptio ad alienos 102
penitus liberos inducitur: nec hi modi confunduntur adeo, ut † non ſpurij, 103
non naturalis filij, permittatur arrogatio. l. Legem. C. de natura. libe. in authẽ. Quibus mo. natu. effician. ſui. §. Adoptiõis, colla. 7. tradit Ludo. Roma. notabi. 621. Marti. Lauden. in tracta. de legitima. n. 27. uerſi. Secũ
Cõtra Bal. Ioã. de Platea, Angel. Alex. Roder. Sua.
dus modus: errantibus in hoc (ut uidetur) Bal. & Ioã. de Platea. in. §. At hi qui, inſti. de hæredi. quæ ab inteſta. deferũ. Ange. Peruſi. in. l. Et qui uxorẽ, in fi. ſupra de adoptio. Alex. in. §. Quid ſi is, in fi. infra hac. l. Roderico Suario in lectu. legum regni. fo. 78. Ergo ita conſtituendum eſt, ut per matrimonium ſequens, etiam cum meretrice contractum, fiant legiti mi naturales, quos cõſtet, eſſe filios: tametſi quum non de uero ſed de præ ſumpto matrimonio agatur, poſſit admitti, nõ præſumi legitimos filios ex inboneſta uel ulı muliere conceptos: etiam ſi eos pater teſtamento filios ap- pellauerit, nec adiecerit naturales: quũ Imperatoris uerba † in authẽ. Vt 104
liceat matri & auiæ. §. Ad hoc autẽ. ibi, CVM QVA NVPTIAE CON SISTERE POSSVNT, colla. 8. hanc interpretationem admittãt: & hoc ita ex facto conſultum Bar. & alios reſpondiſſe ſcribat Angel. idem probans in. d. authẽ. Quibus mo. natu. effician. legiti. §. Sed et aliud. Iaſon in. l. Neq; profeſſio. n. 4. C. de teſta. Planè alia ratio eſt in uero matrimo- nio, uti cũ iudicio diſtinxit Nico. de Vbal. in. d. tracta. n. 73. Deniq; Iuſti- nianus in. d. §. Sed & aliud, non negauit, filios ſequenti matrimonio potuiſ- ſe fieri legitimos, ſi pater uoluiſſet uxorem ducere concubinam, quæ circa torum deliquerat: ſed magis patrem excuſauit, qui matrimonium eius mu- lieris iuſta ex cauſa recuſãs, ad auxilium reſcripti decurrebat. Quo loco
Noua opinio.
fortaßis dici poterit, † & ſi mulier uilioris eſſet cõditionis, honeſta tamẽ, 105
& quæ nunquam circa eius uiri torum deliquißet, non concedendam patri filiorum legitimationem per reſcriptum: qui poſſet eorum matrem non tur- piter ad uxoris dignitatẽ tranſferre, & hoc modo filios facere legitimos:

*Imperator enim non aliam cauſam recepit, quàm grauiſſimã illam uiolati tori.d.authen.§.Sit igitur licẽtia, ibi,* ALITER NANQVE FIERI HOC IN TALIBVS CASIBVS NON PERMITTIMVS. *Quod adſtrui quoq; uidetur ex ſententia Bartho. Vero.d.caute.250.et Iaſo.d.conſi. 234. qui eum.§.ad impudicam mulierem, aliud agentes, reſtrinxerunt.*

106 *PRIMA igitur ſit cõcluſio, † Sine aſſenſu ipſi⁹ filij naturalis, quem etiam negotium principaliter tãgit, non perficitur legitimatio. Nam*
107 *& ſi † non exigatur, quòd ſimul conſentiat, eius tamen uoluntas poſtea*
108 *exquirenda eſt. Siquidem † in omnibus ſpeciebus, quibus reſcriptum ſolet impetrari, uerum eſt, inuitũ filium nõ fieri legitimum, tex.eſt in authen. Quibus mo.natu.efficiã.ſui.§.Generaliter, ibi,* IN OMNIBVS QVI PER PRAEDICTOS MODOS, *colla.7.*

*Vnde opinor, deceptos Ang.Peru.in.q.Nobilis q̃dã genere, et Lud. Roma.qui eũ refert nota.227. Anto.de Roſel.in tracta.de legitima.lib. 2.cap.de cauſa materia.n.8.Præpoſi. in. cap.Per uenerabilem.§.Quòd autem.n.51.Qui filij ſit legiti. Soci.in.§.Forſitan.n.9.infra hac.l.Nicola. Boeri.deciſi.160.in fine.qui omnes crediderunt, filium naturalem poſſe inuitum à patre fieri legitimũ, quo caſu is matrem occultaſſet, ne pater cum ea matrimonium contraheret. Mouentur argumen. tex. in authen. Quibus mo.natu.efficiã.legit.§.Sit igitur licentia, uerſi.& nec fraudare, colla.6. Item argumẽ.tex.in.d.§.Generaliter, ubi æquiparatur legitimatio, & emãcipatio: ſed ex cauſa iuſta filius nolens poteſt emãcipari, igitur ꝓpter hãc cauſam, patriſq; cõtumeliam, inuitus filius in eius poteſtatẽ trãſibit. Sed* Cõtra Ange. Ludo. Roma. Anto. de Roſel. Prepoſitũ, Soci. Nicol. Boeri.

109 *tamen † aduerſus eos ſtat tex. in.§.Generaliter, ibi,* PER PRAEDICTOS MODOS, *cõiuncto.§.Illud tamen, in quo proximè modus hic traditus fuerat, ut liceret patri, reſcriptum impetrare, quo legitimos ſibi faceret naturales filios, qui matrem occultaſſent. Sed & ſi daremus, hãc eſſe iuſtam cauſam, ut emanciparetur inuitus filius, non cõtinuò ſequeretur, quòd propter eandem cauſam, inuitus filius in poteſtatem naturalis parentis tranſi*
110 *ret. Nã † quamuis cõtra eum cõmiſiſſet unam exhæredãdi cauſam ex.14. quæ continentur in authen. Vt quum de appella.cogno.§.Cauſas, colla.6. alienum à iuris ciuilis ſententia eſt, exiſtimare, debere eum propterea ſui*
111 *ipſius poteſtatem amittere: quum hoc duntaxat receptum ſit † in his, qui quondam fuerunt in poteſtate, & emancipationis beneficium ab eodẽ patre conſequuti ſunt.l.i.ibi,* RESCISSA, *C.de ingra.libe.quam ita inducũt*

*Bar.*

*Bar. & oẽs ordinarij in. l. Qui liberatus, in fine ſupra De adoptio. Ioã.
de Plate. & Ange. Are. in fine. in. §. fina. inſti. Quibus mo. ius patriæ
poteſta. ſolui. Nec refragatur huic ſententiæ tex. in. d. §. Generaliter,
quippe qui poſſit etiã retorqueri: quũ etenim ſcribit Imperator,* MVLTO
MAGIS *&c. Significauit, † non ualere argumentum ab inferiori ad ſu* 112
*perius affirmatiue conceptum: & † ubi cõcederetur emancipatio nolen-* 113
*tis, non eodem exemplo concedendam inuiti legitimationem. Quod ſubti-
liter expẽdit Rapha. Fulgo. in. l. fina. in medio ſupra De his, qui ſũt ſui uel
alie. iuris: ubi eius. §. argumento tentauit dicere, infantis quidẽ inuiti emã
cipationem ex reſcripto procedere. l. Iubemus in fi. C. De emãcipa. libe.
ſed non propterea inuiti infantis legitimationem inducendam: quod etiam
probauit Ludo. à Sardis in tracta. de legiti. cap. De legitima. per reſcri
ptum. § 3. quæritur an infans: idemq́; probauit etiam Ludo. Roma. con-
ſulendo conſi. 194. aduerſus Bar. in. d. l. fin. cuius tamen opinio receptior
eſt†, ut ſine ulla infantis ratihabitione, procedat legitimatio eiuſdem, fa* 114
*cta ab eo, qui ſupremam habeat poteſtatem, ſecundùm nouiores omnes in.
§. Forſitan, infra hac. l. Andre. Sicu. conſi. 34. lib. 4. Iaſo. cõſi. 125. col. 4.
lib. 4. Curti. Iunio. cõſi. 19. n. 4. Poſtremò nõ obſtat tex. ĩ allegato. §. Sit
igitur licẽtia, uerſi. & nec fraudare: quoniã† non inſubtiliter poteſt retor* 115
*queri: ſi quis conſideret, Iuſtinianum ſentire, filios, qui matrẽ occultauerũt,
ne contracto matrimonio, legitimi fierent, non magis poſſe fieri per re-
ſcriptum legitimos, ſi nollent, quàm cõtracto matrimonio, quod per occul
tationẽ matris euitabant: ſed cõtracto eo matrimonio, † filij inuiti nequa* 116
*quàm fierẽt legitimi: igitur nec per reſcriptum ex ea cauſa impetratum.
Quòd uerò hi, qui per ſubſequens matrimonium legitimi fiunt, nõ aliter
hunc ſtatum nanciſcantur, quàm ſi & ipſi uelint, tex. eſt expreſſus in. d. §.
Generaliter, ibi,* SIVE PER INSTRVMENTORVM CELEBRATIONEM.
*& inibi hoc collegit Iacob. de Belloui. Guiliel. à Cune. Alberi. Ra-
pha. Fulgo. Pau. Caſtren. in. l. Benignius, ſupra de legi. Ludo. de Sardis
in tracta. de legiti. cap. De requæſitis in legiti. n. 2. Anto. de Roſel. in
tract. de legitima. lib. 1. cap. De cauſa forma. legiti. n. pen. Marti. Laudẽ.
in eodẽ tractat. De legitima. n. 80. Ange. Aret. in. §. fin. n. 9. inſti. De
nupti. Nicola. de Vbal. ĩ tracta. De ſucceſſio. ab inteſta. 1. parte. n. 64.
Andr. Sicu. ĩ rep. l. Cùm Acutiſſimi, uer. Cõtrariũ determinat Guil.
C. de fideicõ. Are. pen. col. Soc. n. 5. in. §. Forſitã. ĩfra hac. l. Iaſ. cõſ. 125
col. 4.*

*col.4. Tametſi cõtrarium exiſtimauerint Ange. Peruſinus.conſi.17.col. 2. Salyce.ĩ diſputa.incipiẽ. Mediolanẽſis.2.dubio, Præpoſi.in cap. Tãta eſt uis.13.q.n.23. & in cap. Per uenerabilẽ.§. Quod autem.n.17. Qui filij ſint legiti. Ioã. Lup.in repe.c. Per ueſtras. not.3.§.21.n.17. De dona.inter uirũ & uxo.decepti argumento tex.in.d.§. Sit igitur licẽtia:ubi Accurſius in uerb.nec fraudare rectè ſenſit, ſiue parẽs matrimoniũ cõtraheret, ſiue filios, qui matrẽ occultaſſent, uellet per reſcriptũ ſibi eſſe legitimos, rem ſemper temperandã, ſecundùm regulam tex.in.d.§. Generaliter.* Cõtra Ange.Salyce. Prepoſi.Ioan.Lup.

*Quum igitur cõſtet, ipſius filij uel cõſenſum, uel ratihabitionẽ exigi,*
117 *illud ualiter quæritur, † utrum, impetrato iam per patrem reſcripto, uolũtas filij ex eo colligatur, quòd quũ ſciret, legitimationẽ ſibi cõtingere, nõ cõtradixit: an uerò requiratur, quòd aliter conſentiat. Et gl. notabilis in.l. In adoptiõibus, ſupra De adoptio. ſufficere intellexit, quòd filius nõ contradiceret: idq́ʒ ueluti notatu dignũ collegit Rapha. fulgoſi inibi. Eãdem gl. ſcribit, neminẽ notare niſi ſe Ludo. Roma. nota.588. ubi ſecundũ eam opinatur, quòd ſi filius ſciat, patrẽ impetrari ſuam legitimationem, & nõ contradicat, uidetur eo ipſo conſentire. Refert & ſequitur Feli.in cap. Nõne.n.19. De præſũptio. Idẽ etiam probauerunt, allegantes eandẽ gl. Ludo.à Sardis in tracta. de legitima.cap. De requiſitis in legitima. uerſi.3.quæritur.n.3. Iaſo in.l.2.§. Volũtatẽ.n.4. ſupra Soluto.matri. Cui ſentẽtiæ uidetur argumẽto eſſe tex. in.l. Si ut proponis.i.ibi,* COGNITIS NVPTIIS VESTRIS NON CONTRADIXIT. *C. De nupti.et uidetur facere tex.in autẽ. Quibus mo.natura.effici.legiti.§. Sit igitur licẽtia, in uerb.* ET NEC FRAVDARE, *colla.6.cuius argumẽto hoc ꝓbauit Ang. Peruſi, conſi.71. & Præpoſi. licèt dubitet, in cap. Per uenerabilem.§. Quod autem.n.17. Qui filij ſint legiti. Sed et Philippus Deci.conſi.55.*
118 *n.7. & conſi.367.n.3.allegando.gl.in.d.l. In adoptionibus, ſcribit, † eum, qui infans factus eſt legitimus per reſcriptũ Comitis Palatini, nõ habẽtis uigorẽ ſupremæ poteſtatis, & idcirco nõ potuit inuitus fieri legitimus, ſi poſtea maior factus ſciat, legitimationem de ſe factam, & taceat, uideri hoc ipſo cõſentire. Angelus tamẽ in diſputa. Nobilis quidã genere, in una duntaxat ſpecie ſufficere putauit, quòd filius non contradiceret: quum uidelicet matrem occultaſſet: ſic tex. intellexit in.d.§. Sit igitur licẽtia, cũ glo.in uerb. & nec fraudare: Quod & Iacob.de Belloui. & Bar. in eo.§.approbaſſe feruntur, uti Soci. ſcribit in.d.§. Forſitan.n.5. At*

*uerò*

uerò Anton. de Roſel. in tract. de legitima. lib. i. cap. De forma cauſa. n. fina. ſecurè docet, non ſufficere, quòd filius non cõtradicat, ſed regulariter exigi, quòd ratum habeat. Aretinus etiam col. 4. ad finem in. d. §. Forſitan, conſtanter aſſeuerat, in omnibus legitimationis ſpeciebus conſenſum filij non ex eo colligi, quòd non cõtradixerit: & ſuperiorem diſtinctionem nequaquam admittit, motus argumen. tex. ĩ. d. §. Generaliter, ubi omnes hæ ſpecies uno eodemq́; iure cenſentur. Et quidem uerum eſt, Accurſium in. d. §. Sit igitur licentia, quũ allegat tex. in. d. §. Generaliter, intellexiße, hanc ſpeciem filiorum, qui matrẽ occultauerunt, nihil ab aliis differre, quod magis probandum eſt: nam nec Iacob. de Belloniſo, nec Bartolum à Præpoſi. & Socino allegatos, inueni talem differẽtiam cõſtituere. In hoc itaq́; confuſo articulo ego nouiſſimè reſoluo, † ratihabitio- 120

Noua reſolutio articuli nõ rectè tractati.

nem filij, quã Iuſtinianus exigit in. d. §. Generaliter, nõ ex eo induci, quòd ſciuerit, legitimationem impetrari, aut impetratam eſſe, & nõ contradixit: ſed magis ex eo, quòd ratam habuit, † aut re aut uerbis, aliquid gerẽ 121 do, quod citra ius & nomen legitimi gerere non potuit argumen. l. Pro hærede. §. Papinianus, infra De acqui. hære. l. Paulus, ĩfra Rẽ ratã habe. & ſufficiet, ratum habere, † etiam poſt mortem patris, ſecundũ Ange. 122 ſententiam in diſputatio. Nobilis quidam genere. 1. dubio col. 3. Anto. de Roſel. in tracta. legitima lib. 1. cap. de cauſa forma. n. fin. Ange. Are: in. §. fin. n. 9. inſti. De nupti. Præpoſi. in cap. Tanta eſt uis. n. 26. Qui filij ſint legiti. Aret. 4. col. Soci. n. 5. in. §. Forſitã, infra hac. l. tradit latè Decius conſi. 167. Viſo puncto. n. 3. Simplex autem ſcientia filij, ſine contradictione, non inducet ratihabitionem: eſſet enim hoc cõtra notiſſimas iuris regulas. Et animaduerto, õnes illos deceptos, qui allegarunt ad hoc tex.

Cõtra Ludo. Roma. Ludo. à Sardis, Iaſ. & Philip. Decium.

cũ glo. in. d. l. In adoptionibus, ſupra De adoptio. ſiquidẽ † Iurecõſulti & 123 Accurſij ſententia (ut ego interpretor) non eò pertinet, ut ſcientia filij ſine eius contradictione ſufficiat: ſed potiùs, ut preſentia filij, qui nõ contradixit, conſenſum eius oſtendat in legis actione: facit tex. in. §. Sed ſi pater, inſti. Quibus mo. ius patriæ poteſta. ſolui. & ita uidetur gl. intellexiſſe. Ludo. Roma. in. l. Quæ dotis. n. 39. ſupra Solu. matri. & ĩtellexit Præpoſi. in cap. Per uenerabilẽ. §. Quod autẽ. n. 51. Qui filij ſint legiti. Porrò diuerſa ſunt, † & diuerſam iuris rationem habent, eũ, qui ſciat, nõ 12 contradicere, & eum, qui præſens ſit, non contradicere, ſecũdùm ea, quæ Barto. docet in. l. Quo enim. §. i. in princi. n. i. infra Rem ratã habe. &

reſoluit

reſoluit Alex.in.l.Sæpe.n.27.uerſi. Nec obſtat, infra De re iudica. Feli.in.cap.Nõne.n.13.De præſũptio. Deniq; quũ in.§.Generaliter, cõprehendatur modus legitimationis, quæ fit per oblationẽ curiæ, nõ dubita
125 uerim, † quin Iuſtinianus intellexerit, filiũ, qui præſens à patre oblatus eſt curiæ, neq; contradixit, uideri cõſenſiſſe argu.tex.in.d.l.In adoptionibꝰ, cuius inductio ad hãc ſpeciẽ legitimationis expedita eſt. In aliis autem legitimationis ſpeciebus idem ius uerſatur, ſi dentur ex facto pares termini.

Illa utilis eſt annotatio Rapha. Fulgoſij in.l.fina.fina.uerbis, ſupra De his qui ſunt ſui uel alie.iuris, quibus caſibus ratũ habendo, uel conſentiẽdo, filius factus eſt legitimus, ſi minor XXV. annis in eo læſus ſit, quòd non expediebat in patris poteſtatem tranſire, in integrum reſtitutioni locũ fore ex edicto de minoribus per tex.in.l.3.§.Siquis minor, ſupra De mino.ubi minor in eo læſus, quòd per arrogationẽ trãſiuit in adoptiui
126 patris poteſtatem, reſtituitur in integrum. Ego contrà † talem in integrũ Contra Rapha.Fulgo.
reſtitutionem ceſſare arbitror argumen. tex.in.l.fina.C.Qui & aduerſus quos, ubi propter pondus naturale, & debitam parẽtibus reuerentiã,
127 † negatur liberis in integrũ reſtitutio ex edicto de minoribus: quæ ratiões ad naturalẽ patrem planè referuntur: facit.l.Parẽtes, ſupra De in ius
128 uocan. ad extraneum uerò referri nequeunt, qui in eo ipſo circumuenit, † quòd pater factꝰ eſt legitimus.d.l.3.§.Siquis minor. Quare huic filio au
129 xilium ex alia edicti parte quærendum cenſeo, uidelicet † ex actione in fa
130 ctũ, ſi circũſcriptus fuit.l.Si ſuperſtite.C.De dolo: aut † ex officio Iudicis, ſi nimia reuerentia patri naturali conſenſit.l.1.§.Quæ onerandæ, infra Quarum rerum actio non detur.

131 SEcunda concluſio eſt, † eum, qui liberos habeat legitimos, poſſe utiliter à Principe impetrare naturalis filij legitimationem: & ita receptum eſt, ut per Alex. in.l.Ex facto.n.24.infra De uulga & pupilla. Iaſ.hic.n.102.etiam ſi non fiat legitimorũ liberorum mentio, Fede.de Senis cõſi.67.Bal.conſi.53.An pater lib.2.quod & Iaſon eos allegans n.103.dicit ſe conſulendo ſequutum.& cõſuluit conſi.68. Dicta legitimatio lib.3.idem probauit Guido Papæ conſi.176.Pro definitione lib.2. Sed
132 hoc omnino explodendum eſt: quum † legitimorũ liberorum non facta mentione, reſcriptum ex defectu uoluntatis ſurreptitium cenſeri debeat, ſecũdũ receptiſſimã ſententiã, de qua per. Iaſ.hic.n.102.latè per Andre. Tiraquel.ĩ repe.l.Si unquã, ĩ uerb.donatiõe largitus.n.254.C.De reuo.dona.

*An autem legitimorum liberorum requiſitio etiam neceſſaria ſit, du-
bitatum eſt. Et Alexan.in. d.l.Et facto.n.25.reſoluit, citandos eſſe fi-
lios: alioquin legitimationem non procedere. Soci.hic.n.27.reſoluit, etiam
non citatis legitimis, procedere reſcriptum, quoad ſtatum perſonæ, hoc
eſt, ut efficiatur legitimus, qui ante erat naturalis: non tamen per hoc libe
ris legitimis præiudicium fieri: nec enim portio eorum minor efficietur per
reſcripti auctoritatem, niſi adhibiti fuiſſent, argumen.l.Nā ita Diuus.
ſupra De adoptio. Allegat hoc uoluiſse Ioan.Imolen. in cap. Niſi cū
pridē.§.Perſonæ, De renūtia. & conſtare ex recepta Bar.ſentētia hic
quum ait, alios non eſse citandos, eò quòd pater liberè poterat diſponere
de rebus ſuis: quū enim (inquit Socinus) liberis & parentibus non poſſit
quis teſtamento præiudicare, diſponendo quò ad legitimam portionem illis
debitā, conſequens erit, ex Bartoli ſententia inducere, ut non poſſit eiſdē
inuitis præiudicare parēs, qui uult filium ad iura legitimi perducere. Sed
Charo.Ruinus hic.n.24. cum ſequen. contra Socini reſolutionē quibuſ-
dam argumētis uerius arbitratur, etiam ſi requiſiti non fuerint, quibus le
gitima portio debetur, reſcriptum procedere, non tantùm quò ad ſtatū
perſonæ, ſed etiam, ut preiudicium illis fiat. Nec dubito, quin † ſi Prin- 133
ceps facta legitimorum mentione, cum clauſula nō obſtante, ad preces pa
tris naturalem ei fecerit legitimū, etiam ſi legitimi adhibiti non fuerint,
reſcriptum procedat: & hoc ipſo † diminuta uideatur legitimorum ſpes. 134
Licet enim ius ſuccedendi † à iure filiationis diſtinguatur, ſecundùm Bar. 135
traditionē in.l.Is poteſt.n.3.ſupra De acqui.hæredi.nō tamen ſeparatio
nem recipit, quum quis legitimus ſimpliciter filius efficitur, argumē.tex.
in authen.Quib.mo.natu.efficiā.ſui.§.Ergo, uerſi.Reliqui, ibi, SEMEL
ENIM, colla.7. De Principis autem poteſtate ambigi non oportet: nam
quum ſecundùm receptiſſimam Barto.ſentētiā hic in fine, Princeps poſt
mortem patris, ſi uelit, naturalem filium, legitimum facere queat, nō ad
hibitis his, quibus delata eſt hæreditas: multò magis hoc poterit facere,
de quo quærimus: quum ius illud delatum multò ſit fortius, quàm hæc præ-
matura liberorum ſpes, uiuente patre, argumen.l.Poſt emancipationem.
§.1.īfra De libera. lega.l.1.§.Si īpuberi, infra De colla.bono, & tradit
Aret.hic col.3.Sed & Bartoli ſententia, quam Socinus pro ſe inducit,
aduerſus eū retorqueri poteſt. Nam ſi uerbum † diſponere, quo uſus eſt
Bar.non ōmmodò ad ultimam uoluntatem referendum eſt argumen.tex.* 135

*cum*

cum gl. in uerb. diſponere in authen. Vt liceat matri & auiæ, in prin.
coll. 8. qua ratione potuit pater in uita diſponere de rebus ſuis, eas in alios
titulo oneroſo alienando, uel aliâs prodigendo, iuxta nota in. l. 1. C. De in
officio. dona. eadem uidetur, inuitis illis, naturalem ad ius legitimi poſſe
perducere, ſi Princeps ei uelit hoc concedere: & ita ad hanc ſentẽtiam,
Bartoli uerba induxit Bal. conſi. 105. lib. 5. & conſi. 305. Caſus quæſtionis
n. 3. lib. 2. Anto. de Roſel. in tracta. legitima. cap. de cauſa formali. n. 3.
& 4. Ludo. de Sardis in eodem tracta. cap. de requiſi. in legitima. impe-
tran. uerſi. Septimò quæritur, Anto. Butri. conſi. 2. col. 2. & conſili. 49.
quem refert & probat Præpoſi. in cap. Per uenerabilem. §. Quod autẽ
n. 27. Qui filij ſint legiti. Andr. Alcia. in. l. 2. n. 54. ĩfra De uerb. obli
ga. Idem uoluit Iacob. de Bellouiſo in authẽ. Quib. mo. natu effici. ſui. §.
Filium uerò colla. 7. ubi dixit, quòd ſi ad preces patris, qui legitimorũ fe-
cit mentionem, Princeps reſcriptum cõceſſit, non obſtante lege, filius per
id reſcriptum factus legitimus, ſuccedit unà cum legitimis: ſequitur Sa-
lyce. eius uerba recitans in authen. Item ſiquis. n. 2. C. De natu. libe. An
dre. Sicu. conſi. 9. col. 4. ad finem lib. 4. Allego etiam Bal. ſententiam,
quam Ioã. Crottus hîc. n. 70. non rectè in cõtrarium citat, in authẽ. Præ Cõtra Ioã. Crottum.
terea. C. De natura. libe. ubi ſcripſit, non poſſe Baſtardos legitimari à
Comite Palatino, inuitis legitimis liberis, ne præiudicetur eis in ſucceſſi
one. Senſit ergo, potuiſſe à Prĩcipe tale reſcriptũ impetrari, quo, inuitis
legitimis liberis, præiudicatum in ſucceſſione uideretur. In eamdem ſentẽ
tiam confuſè & parum conſtanter inclinat Iaſon hîc. n. 104. referens, ſe
hoc aliquãdo tentaſſe. Ioã. etiam Crottus. n. 70. pollicetur, ſecundùm hãc
opinionem ſe conſulturum. Quinimo & Comitem Palatinum poſſe huius
modi reſcriptum utiliter concedere, non requiſitis legitimis liberis, ex fa
cto conſultus reſpondit Curti. Iunior conſi. 32. lib. 1. quũ ſcilicet Princeps
Comiti poteſtatem fecerat, legitimandi, extãtibus liberis legitimis. Sed Cõtra Curti Iunio.
nimium audacter tentauit hoc ita reſpondere: quum in reſcripto impetran
do, non eſſet legitimorum liberorũ facta mẽtio.

Quo loco eleganter circa interpretandam Principis uoluntatem no-
137 tabitur, ſic uoluiſſe eum legitimis ante liberis præiudicare, † ne tamen
huic, qui legitimus factus eſt, poſſit pater teſtamento maiorem portionem
relinquere, quàm uni ex legitimè natis, cui minimã reliquerit, argumê. tex.
in authẽ. Quib. mo. natu. efficiã. ſui. §. Et quoniã uariè, uerſi. non amplius.

 colla.

colla.7.ubi Ange.Peru.hoc ita ſcriptum reliquit, & Bal. in.cap. Per
tuas.n.2.de maiori.& obedi. quos Iaſon hic.n. 109. retulit. Probauit hoc
etiam Præpoſi.in cap.Per tuas.n.penul.Qui filij ſint legiti.& eſſe hanc
communem opinionem aſſeruit Philip.Deci.conſi.393.Conſului.n.2.

Sed & illud admonendum eſt, poſſe Principẽ hoc ita facere, ſed tamẽ
† non decere: offendit enim illo ſupremæ poteſtatis exercitio, iuſtitiam pu 103
blicæ honeſtatis, cuiꝰ ãte omnes cultor eſſe debet. Hoc eſt quod Bal.dixit
in cap.Filij nati.n.2. Si de feudo fue.controuer.inter domi.& agna.in uſi.
feudo.Principem, qui tale reſcriptum concedat, inhumanũ eſſe, atq; adeo
pecudi cõparandum. Quare ſuper hac re libellum Prĩcipi dare, aut ine-
ptum erit, aut improbum: ineptum, ſi legitimorum liberorum mentio non
fiat: reſcriptum etenim nullius erit momenti: improbum, ſi facta eorum mẽ
tione, quis deſideret, ut naſcatur iniuria, unde iura naſcuntur. Repudia-
bunt igitur hos libellos Regij Senatores: niſi eiſdem contineatur, legiti-
mos filios conſentire: tunc enim prope eadem ratio eſt, ac ſi legitimi filij nõ
exiſterent, ſecũdùm ea, quæ ſcribit Bal.ĩ authẽ. Præterea.C.De natu.
libe. Alex.conſi.70.n.9.lib.6.

Fortaßis tamen incidere poſſunt ſpecies, ubi, exiſtente legitima prole,
non ſimilis occurrat iniquitas: & Princeps non adeo iniuſtè reſcriptũ ſit
conceßurus. Quid enim ſi legitimus filius, cuius mentio precibus cõti-
netur, dicatur legitimus per reſcriptum fuiſſe? omiſſum autem eo tem-
pore fratrem alterum naturalem, quem nunc pater legitimum facere deſi
Noua opinio. derat? † audiendus uidetur, & ſi conſenſum legitimi non adducat: & 139
reſcriptum, lege non obſtante, concedi, non erit iniquum, argumẽto eorum,
quæ apud Decium leguntur conſi.258.n.9. uerſi. Quintò non obſtat.
Quid ſi is, qui legitimè natus eſt filius, atrocis conuicij dolore patrem
pulſauit, eumq; pater ex hac cauſa domo eiecit, alimenta denegauit?
An ſi huius filij mentionem precibus comprehendat, proinde ſuppli-
cet, ut naturalem filium liceat ſibi habere legitimum, quoniam quem leges
dederunt, per leges, quantum licuit, abdicauit, moueri Princeps non de-
beat? Certè eo adhibito, qui indignus eſſe dicitur, † nemo dubitaret, reſcri- 140
ptum iuſtiſſimè cõcedi, ſecundùm Bal.in cap.De cauſis, in fi.De officio
delega. quem retulit Præpoſi. in cap. Per uenerabilem.§. Quod autẽ.
n.27. Qui filij ſint legi. Induco & Vlpiani reſponſum in. l. Nec ei.§.
Eorum, uerſi. præterea, ſupra De adoptio, ubi ſcribit, uidendum eſſe,
an

an debeat permitti ei, qui uel unum habebit, uel plures liberos, adoptare alium: ne illorum, quos ex iuſtis nuptijs procreauerit, diminuatur ſpes, quã unus quiſq; liberorum obſequio parat ſibi. Igitur in propoſita ſpecie ratio habenda non erit eius filij, qui inofficioſus & ingratus erga patrem, ſpem ſuccedendi obſequio non parauerit.

TErtia concluſio, ſi pater, qui filium naturalem uult reſcripto legiti-
141 mũ fieri, non habeat liberos, etiam ſi parentes habeat, † non prohibe-
tur legitimatio. Quam ob rẽ Princeps hoc caſu non ſolũ poteſt, ſed etiã
ſine magna difficultate debet uelle. Hoc ex Iuſtiniani ſententia colligi ui
detur in authen. Quibus mo. natu. efficiã. legiti. & Quib. mo. natu. effici.
ſui. & ex titu. C. de natura. libe. ubi, legitima prole exiſtente, prohibetur
legitimatio: parentum uerò nulla mentio reperitur. Nec credendum eſt, ta
citè de eis cautum uideri in liberorum perſona: quoniam manifeſta diuerſi-
tatis ratio eſt, & Iuſtinianus in illo authen. Quib. mo. natu. effici. legiti.
§. Si uerò habuerint, in fine colla. 6. parentum in alio articulo mentionẽ
fecit: eoſq; a liberorum cauſa meritò ſeparauit. Deniq; quum ratio inueni
endi legitimationis modũ fuerit legitimæ prolis defectus, uti omnes agno
ſcunt, exiſtẽte legitima prole, ceſſauit ratio: non ceſſat ubi nulla eſt legiti
142 ma proles, etiam ſi parentes ſint: amor † enim deſcendit iuxta nota. in l. Li
143 berorũ, infra De uerbo. ſignifi. & inter pares † æmulatio facit indigna-
tionem, ſi non ſufficiant patri, quos natura ſimul & lex dedit. Hoc & Iu
ſtinianus apertè ſentit in authen. Quib. mo. natu effician. ſui. §. Filium
144 quoq; colla. 7. ubi † non dubiè loquitur in filio, quem pater curiæ obtulit,
& in eo etiam, qui ſe obtulit: & tamen utroq; caſu intelligit, exiſtente aſcẽ
dentium perſona, legitimationem ſine dubitatione procedere: igitur cau
ſam parentum à liberorum cauſa diſtinxit: quoniam exiſtentibus liberis,
non procederet legitimatio per oblationem curiæ, ſi ſe filius ipſe obtu-
liſſet à patre non oblatus, text. in eodem authen. §. Si quis igitur fue-
rit, in fin. Hoc etiam uidetur ſcribere Præpoſi. in d. cap. Per ue-
nerabilem. §. Quod autem. n. 27. ad finem. Nam poſtea quàm loquutus
eſt in filijs, qui in uita parentum haberent quoddam quaſi dominium,
& quorum omnino in precibus mentionem faciendam cenſuerat, ſub-
iunxit, in agnatis ſuperioribus, qui nullum quaſi dominium in uita impe
trantis haberent, ſatis poſſe dici, legitimationem ualere, nec eſſe ſubre
ptitiam: quamuis eorum citatio non interueniſſet, nec nominatio. Quo

*loco non tantum uoluit, exiſtentibus ſuperioribus, legitimationem non prohiberi, ſed etiam eorum mentionem non eſſe neceſſariam. Et ſanè uidetur prima facie, ualere conſequentia, exiſtentibus parentibus, non prohibetur legitimatio: ergo eorũdem mentio non debet neceſſariò precibus contineri, ut ex aliorum ſententia argumentatur hic Soci.n.21. & Lance. Galiau.n.82. Sed & Philip.Corne.cõſi.34. In hac quidem cõſultatione, n.13. cum ſequen.lib.i. legitimationis comparatione uſus, conatur† arrogationem defendere, in qua is, qui filium arrogauit, matris, quam habebat, mentionem nõ fecit: & aliam filiorum cauſam eſſe credidit, quibus exiſtẽtibus, prohibetur (inquit) legitimatio: ideoq́ eorum mentio facienda, & fortaſſis eorum citatio neceſſaria eſt. In contrarium facit, quòd licet, exiſtentibus agnatis, impetrentur ſolẽni more reſcripta legitimationum, debet tamen fieri agnatorum mentio in precibus, ut intelligatur, Principẽ uoluiſſe illis præiudicare: quum faciliùs concedatur reſcriptum, ubi non ſunt agnati, quàm ubi ſunt, ſecundùm Pau. Caſtren. conſi.223. Super eo. col.penul. quem idem Præpo. refert in eodem. §. Quod autem. n.31. in fi. ideóq́ uoluit Alex.conſi.67. Cõſideratis his. n.18. lib.i. Iaſon hic. n.102. Ioan.Crot.n.85.* 145

*Ego tamen parentes, quos à liberis ſeparaui, ab agnatis ulterioribus ſeparandos quoq́ cenſeo, ut medium teneant. Arbitror enim,† parentũ mentionem faciendam in precibus, propter rationes Caſtrẽſis in allega. conſi.223. quas utiq́ in alijs agnatis non recipio. Nã non dubiè Princeps difficilior erit in concedendo reſcripto, & quidem notabiliter difficilior, ſi ſciat, parẽtes eſſe, quibus legitima portio debetur, & per reſcriptũ õni modo excludũtur: quum ſiue de teſtati, ſiue de inteſtati ſucceſſione quæratur, potior eſſe debeat cauſa filij, quem legitimũ facit. Igitur ſi nulla parentum mentione facta, reſcriptum impetretur, nullius momenti eſſe iudicabitur cap. Poſtulaſti, ibi,* NON TAM DE LEVI CONCESSISSEMVS, 146

Cõtra Philip.Corne. *De reſcri. cui non iuſtè ſatiſfecit Corn. in allega. cõſi.34. n.16. lib.i. Quinimo † ſi quis locuples indotatam & inopem uxorem habeat, cui poſt mortẽ quarta debetur, tentauit Guiliel. Gallus ĩ repe. cap. Raynutius, in uerb. Et uxorẽ nomine Adelaſiã. n.189. De teſta. reſcriptum à uiro impetratum, quo naturalem filium legitimum fieri ſupplicauit, nõ ualere: niſi uxor conſentiret: quod apertè falſum eſt. De illo tantũ potuit dubitari, an requiratur uxoris mẽtio: et quũ eius nullũ dãnum ſit, niſi tribus filiis legitimis* 147

Cõtra Guiliel.Gallũ.

*adijciatur*

adijciatur alius iuxta authē. Præterea. C. Vnde uir & uxor, prope eſt, ut ſi reſpectu trium liberorum non obſtante, reſcriptum ſit impetratum, non uitietur ex eo, quòd uxoris mentio facta non fuerit, argumen. eius qđ Deci. ſcribit in. d. authen. Præterea. n. 9. uerſic. & pro iſta opinione, ubi
148 Cornei ſententiā confirmat dicentis, quòd † uxori non competit reuocatoria: & ſi maritum dicat in fraudem ſuam quædam donaſſe: quod Corneus ex facto conſultus reſpondit inter Soci. conſilia conſi. 180. lib. i. tutius tamen erit, etiam uxoris mentionem precibus comprehendere. In agnatis uerò ulterioribus, quibus legitima portio nō debetur, receptior ſen
149 tentia ſine dubio probanda eſt, ut eorum mentio † neceſſariò non ſit facienda in precum libello, uti tradit Anto. de Roſel. in tracta. de legiti. li. 2. cap. de cauſa forma. n. 6. Caſtrē. hic fin. col. Aret. ātep. col. Soci. n. 21.
150 Charo. Rui. n. 123. Lancelo. Galiau. n. 82. Nec referet, † an fratres etiā cōſanguinei ſint, qui ſolent, inſtituta turpi perſona, fratrum teſtamēta, qua ſi inofficioſa arguere. l. Fratres. C. De inoffi. teſta. Nā † et ipſum
151 naturalem filium, remota legitimatione, potuit pater ſecurè hæredem inſtituere, conſanguineo fratre præterito: tametſi alium naturalem, qui filius non eſſet, non ſecurè hæredē faceret, quoniā frater, ueluti contra turpē hæredem, querelā poſſet perferre, ſecundū ea quæ reſoluit Marti. Laudē. in tracta. de legitima. n. 66. uerſic. Vlteriùs fui interrogatus.

Sed hic quotidianum illud meminiſſe operæpretium erit, ſi non ſit uera legitimatio, † ſed potiùs diſpenſatio quædam: ut putà ſi quis impetrauit à Principe, quòd naturali uel ſpurio, liceat ſibi quantum uelit relinquere, poſſitq; ab inteſtato eundem habere hæredem, iuxta tradita per Iaſo. in Rubr. n. 18. ſupra hoc tit. non procedere diſpenſationem, niſi uenientes ab inteſtato requirantur. Allegatur ad hoc Petrus ab Anchar. conſ. 241. Ex tenore priuilegij. n. 4. & hoc cōſuluiſſe Ioā. ab Anania & Maria. Socinū, refert hic Socinus Filius. n. fina. qui & ipſe ſecundùm hanc opinionem conſultus reſpondit conſi. 65. lib. 3. Idē probat Iaſon hic. n. 132. Philip. Deci. conſ. 338. n. 7. Ludo Gozadi. conſi. 85. n. 6. & Caſſanæ. cōſ. 39 n. 3. Facit qđ ſcribit And. Alcia. ī. l. 2. n. 51. infra De uerb. oblig. Secūdū quæ, diſpenſationes, quibus in hoc regno frequenter utimur, oporteret ōnes eſſe irritas: nec enī uenientes ab inteſtato requiri ſolēt: niſi fortaſſe Cōtra uulgarē opinionem cū Curti. Soc. Dec. & Alciato.
152 quis diceret, † eas legitimationes magis eſſe, quàm diſpenſationes: quum filius ad honores, dignitates, teſtati & inteſtati ſucceſſionem, legitimus eſſe

 uideatur.

*uideatur. Quòd uerò non poſſit ſuccedere contra patris uoluntatem, id non tam eſt, non eſſe legitimũ, quàm ſingulari quodam effectu legitimi carere, ſecũdùm ea, quæ ſubtiliter poſt Seniorem Curtium & Socinum Filium ſcripſit Philip. Deci. conſi. 158. n. 10. in fine & Alcia. lib. parergon. 3. cap. 4. Quorum ſentẽtiæ argumentum adfero ex. l. Cùm in adoptiuis. §. Sed ne articulum. C. De adoptio. coniuncta glo. in uerb. tantum modò, quæ † legitimationẽ, & adoptionẽ æquiparat. Conſtituitur enim,* 153
*quòd ſi filius familias à patre detur in adoptionem alicui extraneo, adoptio dicitur, † & adoptiui patri adoptiuus filius, & contrahitur uinculũ,* 154
*quod emancipatione diſſoluitur: contrahitur † & legalis cognatio cap. i.* 155
*& quod inibi gl. & Præpoſi. n. 4. De cognati. lega. ſic legitim⁹ eſt filius patris adoptiui, & tamen caret quibuſdam legitimi effectibus: quum nec in patris legitimi poteſtatem tranſeat, nec contra eius uoluntatem ſuccedat. Sed et ſi legitimatio nõ eſſet, ſed diſpenſatio, mihi uidetur, † uenien-* 156
*tes ab inteſtato non eſſe requirendos cum ſolo Lancelo. Galiau. hic. n. 86. qui hanc ſententiam neruoſis argumentis confirmat. Adijcio, Petrum ab Anchar. non rectè allegari: qui tametſi inter legitimationẽ, & diſpẽſationem, conſtituat differentiã, nuſquam dixit, uenientes ab inteſtato eſſe requirendos: ſed tantum illud, liberos legitimos eius, qui diſpenſationem impetraret, citandos eſſe, rationem habens, quòd his quodammodò debita erat hæreditas, & eorũ ſpes diminueretur iuxta. l. Nec ei. §. Præterea, ſupra De adoptio. Et ita eum retulit Ioan. Crottus hic. n. 64. quũ tamen probabilius uideatur, † nec quidem hoc caſu requirendos eſſe neceſſariò le-* 157
*gitimos liberos, ſecũdũ ea, quæ ſupra in reſcripto legitimationis diximus. Siquidem † gratia, ſiue diſpẽſatio principis, facta ex certa ſcientia, cita-* 158
*tionem partis neceſſariò non deſiderat, uti conſtat ex doctrina Innocen. in cap. Niſi quũ pridem. n. 9. De renuntia. Aba. Panor. in. cap. Cùm olĩ. n. 6. De re. iudi. & ĩ conſi. 84. n. 6. lib. i. Ludo. Roma. cõſi. 369. col. 7. Deci. conſi. 498. Igitur multò magis dicemus, non debere neceſſariò requiri ulteriores ab inteſtato uenientes: quos abſurdum eſſet, & exemplo turpiſſimum, inhiare hæreditati eius, qui uiueret, cõtra. l. fina. cũ ſimili. C. De pactis. Deniq; ſicuti in reſcripto legitimatiõis receptius eſt, ita hic quoq; dicerem, † ne quidem mentionem precibus eſſe faciendam horum agna-* 159
*torum, quibus legitima portio non debeatur. Eorum nãq; reſpectus, † aut* 160
*nullus apud Principem eſſe debet ſecundùm ea, quæ tradit Præpoſi. in cap.*

Cõtra communẽ opinionẽ cum Lance. Galiau.

in cap. Per uenerabilem.§. Quod autem.n.27. Qui filij ſint legiti. aut cer
161 te † tã tenuis, ut non officiat gratiæ, argumen. tex. in cap. Dudum, De præbẽ.lib.6.& quod ſcribit Deci. in cap. Poſtulaſti.2.col. De reſcri. con iũcta eleganti reſolutiõe Domini præceptoris mei Martini ab Azpil cueta Nauarri in prælectio. cap. Si quãdo, in 3. exceptione, fo.9.eo.titu. Domini præceptoris Martini ab Azpilcueta Nauarri laudata reſolutio.

Quarta concluſio ex Bar. hic, quòd etiam poſt mortem patris, ſine aliorum requiſitione, poteſt filius reſcriptũ impetrare, ſi teſtamento patris deſignatus fuit legitimus ſucceſſor authẽ. Item ſine. C. De natu.libe. & in corpore, unde tranſlata eſt.

Quo loco annotandum uidetur, quum legitimatio ex parentis & filio-
162 rum uoluntate procedat, reſcriptum † tamen in ea ſpecie magis parentibus, quàm liberis cõceſſum. Conſideremus enim, permiſſum inibi parenti, qui non potuit concubinam uxorem ducere à filijs occultatam, deſignare eos legitimos ſucceſſores, ut teſtamentum principi oſtendentes, reſcriptũ Noua obſeruatio.
163 ab eo conſequantur: quod utiq; † ipſis liberis per ordinariam gratiam con cedi non debuit, qui matrem occultauiſſent. Deniq; ſi uiuente patre, reſcriptum ipſi impetraſſent, quod poſtea pater ratum habuiſſet, & nihil aliud proponeretur, reſpondere conſequens eſſet, nullius momenti reſcri-
164 ptũ non potuiſſe ratum haberi: quoniam † ubi matrimonium cõtrahi poteſt, reſcriptum legitimationis non impetratur, tex. cum gl. in uerb. nõ permit timus in authen. Quib. mo. natu. effici. legiti.§. Sit igitur licentia, colla.6. ſed hi filij, qui matrem occultauerunt, per matrimonium potuerunt fieri legitimi: igitur reſcriptum impetrare non potuerunt, quod ſurreptitiũ & contra legem uideretur. Quæ ratio in eorum patre locum non habet, per quem minimè ſtetit, quominus matrimonium cõtraheret.

Sed & ſi ex patris teſtamento, uoluntas habendi legitimum filium, non
165 comprehendatur, ſufficit, † ſi de ea conſtet ex actu inter uiuos, ueluti ex epiſtola, ſecundùm Soci. conſi.41.col.2.lib.3. Iaſo. latiùs conſi.127.n.4. lib.4. facit tex. in.l. Ea quæ pater, coniũcta Salyce. interpretatione inibi C. Ex quibus cau. infamia irroge.

166 Hinc illud quæſitum eſt, ſi † pater credidit legitimationem ualere, & filium, quem legitimum arbitrabatur, hæredem inſtituit, utrum filius, qui re ipſa legitimus non erat, poßit, oſtenſo patris teſtamento, reſcriptum à Principe impetrare, quo denuo fiat legitimus, inducta.d.authen. Item ſine Et Pau. Caſtrẽ. negaſſe hoc uidetur in.l. Eam quam, col.2. C. de fideicõ.

quum

quum ſecurus ſcripſit, in hac ſpecie rem ad uenientes ab inteſtato deuolui. Lance. Galiau. hîc. n.71. de hóc dubitat: nec tamen audet á Caſtrenſi recedere. Philip. Decius conſil. 176. aduerſus Caſtrenſem argumentatur: nec conſtituit, utrum ab eius ſententia diſcedi debeat. Sed & Franciſcus Ripa. in. l. 2. n. 27. infra De uulga. & pupilla. ſimiliter hæſitat. Mihi aũt uidetur, uix eſſe, ut ratio, quæ paſſa non eſt, legitimationem in uita factã ualere, non duret etiam tempore teſtamenti: quum text. in. d. authen. Item ſine, eiſdem dũtaxat caſibus procedat, quibus pater in uita potuit filiũ facere legitimũ. Quód ſi nihil præterea impediret, & res eſſet in terminis d. authen. Item ſine, inclinarem in hóc, quód ea uoluntas patris ſufficeret: ut puta ſi pater non facta mentione legitimi, naturalem filium impetrauit ſibi fieri legitimũ, & deinde legitimus filius, uiuo patre, deceſſit: in qua ſpecie reſcriptũ nullius momenti deprehenditur: & naturalis filius, id reſcriptum & teſtamentũ patris oſtẽdens, audiendus uidetur. Cæterum in ſpecie á Decio propoſita, ubi filius, non ſimpliciter naturalis erat, ſed ex dãnato coitu cõceptus, quæſtio in hoc eſt, an nõ poſſit induci tex. in. d. authẽ. Itẽ ſine, qui loquitur in naturalibus. Et Bart. hic intellexiſſe uidetur, eũ tex. nõ ſolũ in naturalibus, ſed etiam in ſpurijs procedere, quum in naturali uel ſpurio quæſtionem propoſuit. Idq́ pro conſtanti uidetur habuiſſe Charo. Rui. n. penul. E contrario Lance. Galiau. conſtanter aſſerit, eũ tex. in ſpurijs non procedere: ideoq́ conatur uerba Bartoli per interpretationẽ defendere. Hoc etiã Decius affirmat in. d. cõſi. 176. n. 2. col. Egoueró non dubito, quin Iuſtinianus in authen. Quib. mo. natu. effici legiti. §. Illud autem, colla. 6. unde tranſlatus eſt tex. in. d. authẽ. Item ſine, in naturalibus liberis ſolùm procedat, † excluſis his, qui ex damnato coitu ſint 167
concepti, in quibus nulla legitimationis ſpecies procedit, ut in authen. Quib. mo. natu. effici. ſui. §. fina. colla. 7. Sed tamen deliberandum eſt, an quemadmodum † pater in uita potuit talis filij legitimationem (aut ſi malis 168
diſpenſationem) impetrare, idq́ per ſingularem Principis gratiam, lege nõ obſtãte, iuxta nota. per Accurſ. ĩ allegato. §. fina. ĩ uerb. participiũ, ſic etiam, ſi uoluntatem hanc teſtamento pater explicauerit, idem ius uerſetur: ut poſtea oſtenſo patris teſtamẽto, filius per eamdem gratiam reſcriptum á Principe poſſit impetrare: uidentur enim hæc paria eſſe, ex Bar. ſententia hîc. Et conſtituendũ eſt †, multum facere uoluntatem 169
patris teſtamento comprehenſam, ut Princeps ſpurio talem gratiam cõ

170 *cedat. Nam utiq; ſi nulla uolũtas patris proferretur, iniquiſſimum† eſſet*
*Principis beneficiũ, qui patri inuito ignominioſum filiũ faceret ſucceſſo-*
*rẽ, & ſuccedẽdi ius his auferret, quibus expreſſo, uel tacito defuncti iudi*
*cio, ꝓponeretur hæreditas relicta, ſecũdùm ea, quæ Bal. ſcribit cõſi. 14.*
*Super legitimatione Michaelis col. 2. lib. 2. Cæterum & ſi talis uolũtas*
*patris oſtendatur, non rectè inducitur tex. in d. authen. Itẽ ſi ne, quum inibi*
*naturaliũ liberorũ inſtitutio nõ oĩno ꝑ nõ ſcripta ſit: ubi uero ſpurios deſi-*
*gnauit ſibi legitimos ſucceſſores, uolũtas patris ꝑ omnia ſit inuſta, & me*
*ro iure hæreditas ad alios hæredes redeat. Quod quũ animaduerteret*
171 *Charo. Rui. hic. n. penul. tentauit dicere, † hæreditatem, quæ in hac ſpe-*
*cie alijs mero iure deferretur, non ſolùm delatam, ſed & aditam, & per*
*naturales actus quæſitam, poſſe auferri per Principem, qui patris uolũ-*
*tatem ſequutus, ueluti ex iuſta cauſa, rerũ dominia in ſpurium trãſferret,*
*reſcriptum ei concedens. Et hoc uidetur mihi ſenſiſſe Bal. in l. Reſcri-*
*pta, in fine. C. De preci. Impera. offerẽ. quem Areti. refert in. l. 3. col.*
*fina. ſupra De teſta. & tractat ex profeſſo Iaſon conſi. 127. lib. 4. ubi etiã*
*adduxit Caſtrenſis ſententiam in. d. l. Eam quam. quod eſt notabile ad*
*eam ſpeciẽ, in qua Deci. cõſuluit conſi. 698. In cauſa legitimationis. Vbi*
172 *autem † ſpurij inſtitutio conditionaliter eſſet concepta, ut putà ſi legiti-*
*mus factus erit, uel ita, quum capere poterit, nulla difficultas ĩcurreret:*
*utilis enim eſſet inſtitutio, ſecundùm ea, quæ Bal. docet in. l. i. n. 17. C. De*
*inſti. & ſubſti. Soci. n. 11. Ludo. Luſi. col. 11. in. l. Quidam relegatus, ĩfra*
*De rebus dubi. Areti. conſi. 155. Curti. Iunior conſi. 124. n. 4. lib. 2. Ioan.*
*Lup. in repe. Rub. De dona. inter ui. & uxo. §. 29. n. 4. Sed & patris uo*
173 *luntatem† circa filium, quem ſibi uoluit fieri legitimũ ſucceſſorem, Prin-*
*ceps ex ipſa conditione intelligeret, uti Bal. annotauit conſi. 146. fi. col.*
*lib. i. Iaſon hic. n. 134.*

*QVinta concluſio, ſi pater nihil teſtamento, aut inter uiuos diſpo-*
*ſuit, non poteſt filius per ordinariã gratiã fieri legitimus, in præiu*
*dicium eorum, qui ſucceſſerunt ab inteſtato. Poſſet tamẽ Prin-*
*ceps, ſi uellet, eum facere legitimũ, etiã illis irrequiſitis. Sed hoc planè*
*receptũ non eſt: quum hi, quibus hæreditas, remoto filio, deferebatur, iã*
*reſcripti tempore, hæreditariarum rerum poſſeſſionem apprehenderant:*
174 *tunc enim inter omnes hic conſtat, † non eſſe Principi liberum, quæſita*
*illis naturali ratione dominia, pro libito uoluntatis auferre. Quòd ſi hæ-*

reditatem dumtaxat adijſſent, hic controuerſum eſt: †an quia ciuili ratio 175
ne, rerum dominia hæredibus per aditionem quæruntur, poſſit ea Princeps, ſi uelit, auferre: an non poſſit, eò quòd omnia dominia quacũque ratione quærantur, iuris gentium ſunt, ſecundùm Bart. traditionem in l. Ex hoc iure. n. 5. ſupra De iuſti. & iure. Et receptior eſt hic ſententia, quid quid Fortu. ſcribat. n. 184. ceſſare in hac etiam ſpecie uolũtariam Principis poteſtatẽ, uti Alex. hic reſoluit. n. 25. & Are. pen. col. Soci. n. 24. Charo. Rui. n. fina. Lance. Galiau. fina. uerbis. Feli. in cap. Quæ in eccleſiarum. n. 49. De conſti.

Verùm in contraria opinione, & quòd hic quoque libera Principis poteſtas uerſetur, manifeſtè comprobari uidetur auctoritate Bart. hic: ſi quidem in his loquitur, qui ab inteſtato ſucceſſerunt, ſecundùm propoſitã quæſtionem. n. 14. Et hoc cum Bart. probauit Ludò. à Sardis in tracta. de legitima. §. De legitima. per reſcriptum effectu. n. 8. Caſtren. in. l. 3. n. 4. ſupra de teſta. & in. l. Cùm hæredes, in prĩci. infra De acqui. poſſeſ. & conſi. 178. Donatio prædicta. col. 2. lib. 1. Alex. conſi. 2. n. 4. lib. 1. quos probauit hic Ioan. Crottus. n. 63. adijciens, ſecundùm eorum opinionem, ſe quandoque reſpondiſſe. In eadem quoque ſententia fuit Claudius hic penul. col. in princi. motus auctoritate Bal. in. l. fina. n. 8. & 9. C. Sententi. reſcin. non poſſe: & quòd tale dominium, ciuili ratione quæſitum, non ita firmum cenſeatur. Lance. quoque Decius idem ſentit in. l. Ex hoc iure. 1. col. in fi. ſupra De iuſti. et iure: quum pluribus argumentis contendit, hoc dominium iuris ciuilis eſſe. Eamdem opinionem probauit Iaſon conſi. 127. col. 3. lib. 4. et inclinat in hoc Stepha. Bertran. conſil. 26. n. 19. lib. 2. & alios auctores citans, defendit hanc ſententiam Philip. Deci. in cap. Quæ in eccleſiarum. n. 26. uerſ. Quintus caſus, De conſtitu. & conſi. 169. n. 10. & conſi. 498. n. 25. & conſil. 698. n. 8. Curti. Iunior. conſi. 174. col. 3. n. 15. qui ait, hanc eſſe cõmunem opinionem.

Ego autem pro hac ſententia, quæ diſtinguit aditionem hæreditatis, ab apprehenſa rerum hæreditariarum poſſeſſione, non leue argumentũ adfero ex. l. fina. coniuncta. l. 2. infra De crimi. expila. hæredi. Traditur in. l. fina. rei hæreditariæ furtum non fieri, ſicut nec eius, quæ ſine domino eſt: quæ ratio, ſeu comparatio perducitur ad res hæreditarias, quarũ dominium hæres quæſiuit ciuili ratione, hoc eſt, aditione, antequàm earũdẽ poſſeſſionem apprehendat: nam & tunc † crimen adhuc expilatæ hære- 176
ditatis

*ditatis committitur, non furti. d.l.2. quaſi illud hæredis dominium ante ap-
prehenſam rerum poſſeſſionem, aut ciuile ſit, aut pro ciuili habeatur: quũ
ciuili ratione quæſitum ſit: deniq; multò debilius cenſeri debeat, quàm ſi na
turali ratione quæſitum eſſet, ſecundùm ea, quæ Iaſon circa illos tex. expli
cat in.l.1.col.3.C. De ſeruis fugiti. & in.l. Pōponius.§.1.n.9. infra De
acqui.poſſe. Curti. Iunior ĩ.l. Eius qui ĩ ꝓuincia.n.25. ſupra Si certũ peta.*

*SExta concluſio, ſi nondum legitimi hæredes ſucceſſerant, quibus hære
177 ditas erat delata, conſentiunt omnes, Fortunio excepto, Principem, †
ſi uelit, poſſe planè legitimis hiſce hæredibus nocere in iure adeundi: uelle
autem uideri, ſi facta eorum mentione, qui læderentur, ſecundùm plenitu-
dinem poteſtatis reſcriptum concedat: alioquin reſcriptum non nocere.*

*Sed in contrarium trahere uidetur tex. ſingularis in.l.i.§. Filio qui mor
tis, ĩfra Ad Tertullia. ubi matris ĩteſtatæ hæreditas cœpit deferri filio:
is antequàm adiret, factus eſt ſeruus pœnæ: quo caſu adeũdi ius amiſſum,
ad ſequentem agnatum continuò deuolutũ eſt: ut etiam eueniret, ſi idem fi-
lius aquæ & ignis interdictionem pateretur. d.l.i.§. Capitis: tametſi ho-
diè quum intra annum deliberandi, hæres, cui delata eſt hæreditas, depor
178 taretur, reſponderemus, † ius adeundi, non ſtatim ad ſequentem tranſire,
quoniã in fiſcũ tranſferretur, argu.l. Cum antiquioribus, ibi,* IN OMNES SVCCESSORES. *C. De iure delibe. ut receptius eſſe conſtat ex traditis
per Alex.in.l. Si quis mihi bona.§. Si quis planè.n.pe.& fina. infra De
acqui.hære. à qua ſententia Areti. inibi. & Iaſ. in fine cum alijs auctori-
bus, recedere uidentur moti argumento tex.in.d.§. Filio qui mortis, &.d.
§. Capitis. Nec aduerterunt, Vlpianum in illis.§§. ſecurè intellexiſſe,* Cõtra Areti.& Iaſ.
*quòd ius adeundi, priore effecto pœnæ ſeruo, uel deportato, ad ſequentem
179 defuncti hæredem continuò tranſibat: illo † uidelicet tempore, quo ius ad
eundi non tranſmittebatur ĩ extraneos ſucceſſores. d.l. Cum ãtiquioribus,
Docet Bar.in.l. Qui duos.n.8. infra De rebus dub. ideoq; nec tranſmit-
ti potuit in fiſcum. Quum igitur in.d.§. Filio qui mortis, uero ſimillimum
ſit, hæreditatem matris, uel bonorum eius poſſeſſionem delatam fuiſſe
agnato, uel ſequenti cognato, uel marito, nec ſe Iureconſultus ad unum ca
ſum referat, quo bona quaſi uacantia fiſco deferrentur, probatur inibi,
filium beneficio Principis reſtitutum, hoc ipſo, ad matris hæreditatem,
quæ alij delata erat, admittendum: etiam ſi nihil aliud proponatur. Quo
exemplo in propoſita ſpecie, dicendum uideretur, filium, qui poſt mortem*

*exemplo*

*patris legitimus à Principe factus eſt, hoc ipſo ex Principis uoluntate ad ius aliis delatum fore admittendum: quaſi natalium reſtitutio hoc habeat peculiare, ſicuti & illa reſtitutio gratiæ. Ad eum tamen. §. reſpondit Anto. de Roſel. in tracta. de legiti. libello. 2. cap. ultimo, quòd filius inibi fuerat olim habilis, ad ſucceſſionem in uita defunctæ matris: unde reſtitutus locum recuperat, quem plenum non inuenit: ſecus in propoſita ſpecie, ubi, uiuente patre, non fuit habilis filius ad eius ſucceſſionem.*

*Mihi autē uidetur, melius eſſe reſpōdendū, quòd in eo. §. Filio qui mortis, † defunctæ matris hæreditas filio ſemel delata fuerat: quare quum ſub-* 180
*lato per pœnam filio, ſequentibus deferri cœperit, eiuſdem filij reſtitutio priſtinum quoq; adeundi ius reſtituit. Cæterum ſi nunq; huic filio matris hæreditas fuiſſet delata, & uiua matre, ſeruitutis uel deportationis pœnam paſſus eſſet, non temere aſſerendum fore, in hac quoq; ſpecie procedere eum. §. Licet hoc Bart. uoluerit in. d. §. Filio qui mortis, et in tracta. Minorica. lib. 4. n. 10. accipiens generaliter prædictum. §. ut etiam accepit Anto. de Roſel ubi ſupra, & Areti. in. l. Ex facto. §. Iulianus, fina. col. infra. De uulga. & pupil. Iaſon hic. n. 124. Charo. Rui. n. 118. Fortun. n. 149. uerſi. Tertiò probatur, Stepha. Bertran. conſi. 26. n. 19. lib. 2. Nam quum mater, tacito iudicio aliis legitimis hæredibus ſponte reliquerit hæreditatem. l. Conficiuntur. §. i. infra. De iure codicillo. & hic filius mortis tempore proximus non fuerit, nec ullo cognationis iure matrem attigerit, ſimplex Principis reſtitutio non uidetur alijs nocere: & ſi maximè uiua matre, filius ad eius ſucceſſionem habilis fuiſſet. Et ita cum iudicio interpretatus eſt eum. §. Rapha. Cuma. hic. n. 10. allegādo. §. Proximus, inſti. De legiti. agnato ſucceſ. Salyce. etiam in l. fin. n. penul. uerſi. aut ius quærendi. C. De ſenten. paſſis. Ludo à Sardis in tracta. de legitima. §. De legitima. per reſcri. effectu. uerſi. Quartò quęritur. n. 8. & 9. Areti. hic col. 9. Idem Areti. ex profeſſo latiùs in. l. Si quis mihi bona. §. Seruus municipum, col. 3. infra De acqui. hære. & ſimpliciter Lance. Galiau. hic. n. 57. Quorum interpretatio uerior eſt: tamet ſi aliquando tentauerim circa eum. §. Filio qui mortis, dicere, maternæ hæreditatis rationem habendam, in qua † ſingularia* 181
*quædam obſeruarentur, propter ſenatus conſulti Orficiani uerba,* SI NEMO FILIORVM VOLET AD SE HAEREDITATEM PERTINERE, *quæ efficere ſolerent, ut poſt delatam ſequenti agnato hære-*

Cōtra Bar. Anto. de Roſel. Areti. Iaſ. Charo. Ruinū Fortu. Steph. Bertrā. cū quibuſdam.

*ditatē*

*hæreditatē, filius poſſet admitti. l. Filij. mater. §. 1. ibi,* ANTEQVAM CONSANGVINEVS VEL AGNATVS ADIERIT *, eo titu.*

# Summaria tertiæ partis.

1. EMancipationis & mortis caſus quanã ratione hîc comparentur.
2. Poſthumus, qui naſceretur ſuus hæres, iure potuit inſtitui ex ſententia Galli Aquilij, quaſi nō alienus poſthumus.
3. Poſthumus ex ſuo hærede conceptus, parenti ſuus hæres naſcebatur, ſi qui eũ precedebat, emancipatus fuiſſet.
4. Emãcipatus filius, qui à patre arrogatus poſtea fuerit, nō nocet regulariter nepoti
5. Deportatus filius, ſi à Pricipe in integrũ reſtituatur viuo patre, nepoti, quē præcedebat, obſtare incipit, vt antea obſtabat.
6. Arrogatio emãcipatum filium non reponit in locum priſtinum: incipit enim in poteſtate eſſe quaſi adoptiuus, non quaſi naturalis.
7. Emancipatus filius, ſi arrogetur quaſi pater nepotis, incipit nepoti obſtare perinde atq; pater.
8. Intellectus. l. 3. §. 1. verſ. Melius. ff. De bono. poſſeſ. contra tabu.
9. Emancipatus filius ſi arrogaretur, minùs incipiebat obſtare nepoti, ex ſe cõcepto, quàm obſtabat ante arrogationem.
10. Emancipatus filius obſtabat nepoti ex ſe concepto, quem auus in poteſtate retinuerat.
11. Emãcipatus filius ſi arrogaretur, edictũ de coniungendis cum emãcipato liberis eius, ſtatim ceſſabat.
12. Intellectus. l. 1. §. *Si quis* filiũ. ff. *Si* teſta. tabu. nullæ exta.
13. Marcelli Iureconſulti aduerſus Vlpianũ excuſatio.
14. Seruus, hæres à domino inſtitutus, ſi ab eo manumittatur, hæreditatē nihilominꝰ ex teſtamēto quaſi volũtarius acquirit.
15. Subſtitutus non admittitur, quãdiu inſtitutus admitti poteſt.
16. Aſſignatio liberti facta à patre filiofa. euaneſcit, ſi filius poſtea ſit emãcipatus.
17. Inſtitutio filij ſui hæredis non euaneſcit, ſi is poſtea à patre emancipetur.
18. Subſtitutio an facta ſit in hæreditate, an in ſuitate, non eſt iuſtum diſtinguere.
19. Filius in Galli Aquilij formula, ſi emancipatus poſtea fuiſſet, adire hæreditatem ex teſtamento poſſet.
20. Filius & nepos poſthumus, in Galli Aquilij formula, nullo caſu ſimul ad hæreditatē ex teſtamento admittuntur.
21. Filius bonorum poſſeſſionem cõtra teſtamēti tabulas non habet, quo ſcriptus hæres deprehenditur, ſi alio præterito, non cõmittatur edictum.
22. Subſtitutio neceſſariò præſupponit inſtitutionem priore gradu factam.
23. Intellectus huius. §. Et quid ſi tantũ, uerſ. Quid ſi nepos.
24. Nepos teſtamenti tempore ſuus hæres, nec inſtituendus fuit, nec exhæredãdus.
25. Intellectus. §. Idem credendum, in princip. l. Gallus.
26. Filiusfamilias ſolus iniuſtum faciebat patris teſtamētũ, quo præteritus fuiſſet.
27. Nepos ſuus hæres cõtra auitum teſtamētum, quo præteritus fuiſſet, ſolùm iure ciuili ius quoddam accreſcendi habebat.
28. Poſthumi liberi, qui agnaſci, poſt teſtamentũ, ſui hæredes poſſent, inſtitui debuerunt, aut exhæredari.
29. Agnatione cuiuſcumq; ſui hæredis teſtamentum rumpebatur: nec intererat, maſculus eſſet, an femina, filius, an nepos.
30. Intellectus. l. Certum, in princ. ff. De iniuſto rupto.
31. Teſtamentum, quod, agnatione nepotis ſui hæredis, ipſo iure rũpebatur, ſi noua volũtate, & ſolennitate ab eodē teſtatore refice-

reficeretur, nõ erat iniuſtum, & ſi idẽ ne pos iam natus, & iam ſuus hæres, præte ritus fuiſſet.

32. Nepos præteritus, quẽ pater præcedebat, ſuccedẽdo in eius locum, rumpebat ipſo iure auitum teſtamẽtum. ſed poſteaquã ſucceſſiſſet, & ſui hæredis iura nactus eſ ſet, præteriri ab eodẽ auo potuit.

33. Tempus faciendi teſtamenti multùm ob ſeruabatur apud antiquos.

34. Intellectus verſi. Sed nõ ita, in princi. inſti. De exhære. libero &. §. Poſthumo rum, eo titu.

35. Nepos, qui poſſet fieri ſuus hæres, inſti tui potiùs vel exhæredari à teſtatore auo debuit, ne inteſtatus fieret, quàm ſi iam ſuus hæres eſſet.

36. Accreſcẽdi ius quale erat, quod ſuis hæ redibus præteritis olim dabatur.

37. Intellectus. l. Inter cætera. ff. De libe. & poſthu.

38. Accreſcendi ius olim, præteritis ſuis hæ redibus iure ciuili conceſſum, non rum pebat õnino teſtamentum, nec inteſtatũ faciebat patremfamilias.

39. Filiafamilias præteriri à patre potuit: nec reperitur tex. quo probetur, ea præterita, iniuſtum fuiſſe teſtamentum.

40. Intellectus l. Qui filium, ff. Vbi pupil. educa. debe. & compluriũ aliarum. ll.

41. Filio ſuo hærede nec inſtituto, nec exhæ redato, teſtamentum nullius momenti erat: & ſi maximè legati, vel fideicõmiſ ſi titulo ei relictum fuiſſet.

42. Intellectus. l. Poſthuma. ff. De libe. & poſthu.

43. Intellectus. l. Si quis hæredem. C. De in ſti. & ſubſti.

44. Lex non eſt ſuperflua, cuius principa lis definitio vtilis eſt.

45. Intellectus. l. Certum. §. Filia. ff. De in iuſto rupto.

46. Rumpo verbum exprimit, teſtamen tum, quod rumpitur, valere.

47. Filia & nepos præteriti, teſtamentum, quod iniuſtum non feciſſent, rupturi vi debantur, quo tempore de poteſtate pa rentis per emancipationem exirent, ſi tribus emancipationibus exirent.

48. Filius olim de poteſtate patris exibat per tres emancipationes.

49. Emãcipationes filij ſingulæ vel eodem die, vel intermiſſo tẽpore fieri ſolebant.

50. Filia & nepos, vna duntaxat emancipa tione, de poteſtate parentis exibant.

51. Intellectus. §. Et quid ſi tantum, verſi. Quid ſi nepos, ibi, inſtitueretur.

52. Intellectus. §. In omnibus, l. Gallus. ff. De libe. & poſthu.

53. Poſthumi liberi, poſt mortem teſtantis concepti, inſtitui ab eo nõ potuerũt: nec quidem ex Galli Aquilij ſententia.

54. Poſthumi liberi, poſt mortem parentis concepti, non poſſunt parenti agnaſci ſui hæredes.

55. Intellectus. l. In ſuis. ff. De libe. & poſthu.

56. Filiusfamilias quanam ratione facie bat iniuſtum patris teſtamẽtũ, quo præ teritus fuiſſet.

57. Suorum hæredum cur prima cauſa ſit in ſucceſſione inteſtati.

58. Parentibus licebat, ſine ulla cauſa, nec te ſtamẽto expreſſa, nec vera, ſuos hæredes exhæredare, & cõtinuationem dominij impedire.

59. Exhæredati liberi, ſi iniquè exhæredati fuiſſent, de inofficioſo parẽtum teſtamẽ to querebantur.

60. Intellectus. l. Suus quoq;. ff. De hæredi. inſti.

61. Nepotes ſui hæredes, potuerũt ſub omni cõditione inſtitui, qui & õnimodò poſ ſent præteriri.

62. Intellectus. l. 3. §. Si ſub ea. ff. De bono. poſſeſ. cõtra tabu. & l. 1. § Sciendum. ff. De ſuis & legiti. hære.

63. Poſthuma filia, & poſthumi nepotes, ſed & nepotes, qui loco poſthumorum ſunt, non ritè inſtituebantur ſub omni condi tione.

64. Poſthumi nõ ſunt ſui hæredes, niſi poſt quàm naſcuntur.

65. Subſtitutio pupillaris, apud Iurecõſultos & Imperatores, potuit fieri impuberibus, nec inſtitutis, nec exhæredatis: quũ ſcili cet parens filiæ & nepoti ſuis hæredibus præteritis teſtamentum facere poſſet.

66. Intellectus. l. Cohæredi. §. Cùm filiæ. ff. De vul

De vulga. & pupilla.
67 Edictum De lega. Præſtã. pertinuit ad eos quoq;, qui eſſet ĩ poteſtate ſui hæredes
68 Intellectus. l. Is qui in poteſtate. ff. De lega. præſtan.
69 Intellectus. l. Nihil. ff. De coniungẽ. cum emanci. libe. eius.
70 Intellectus. l. 1. C. De bon. poſſ. cõtra tab.
71 Nepos & filia ſui hæredes præteriti, per ius accreſcendi ciuile ſuccedẽtes, omnibus q̃ſi ſcripti legata præſtare tenebãtur.
72 Nepos & filia ſui hæredes præteriti, accepta bonorũ poſſeſſione cõtra tabulas prætoria, nõ omnibus, ſed exceptis duntaxat perſonis legata præſtare tenebantur.
73 Exhæredatio filijfamilias, facta ſub cõditiõe, nulli⁹ hodie momẽti ẽ, vt olĩ fuit.
74 Exhæredatio filiæ & nepotis ſuorũ hæredum, facta ſub conditione, non fuit olim nullius momenti.
75 Exhæredatio nõ eſt actus legitimus, qui ſub conditione concipi non poſſit.
76 Intellectus. l. 3. §. Purè. ff. De lib. & poſth.
77 Exhæredatio emancipati filij concepta ſub conditione, non fuit ab initio vitioſa.
78 Emancipatus filius ſub cõditione exhæredatus, quo caſu accipiebat bonorum poſſeſſionem contra tabulas.
79 Intellectus. l. Sub cõditione. ff. De bono. poſſeſſio. contra tabu.
80 Intellect. l. Cũ rõ in prĩ. De bonis dãna.
81 Tutor incertus liberis dari non poteſt.
82 Exhęredatio poſthumi, cõcepta ſub cõditione, ipſo iure valuit: & ſi cõditio extitiſſet, anteq̃ poſthumus naſceretur, teſtamẽtũ agnatione ſui hæredis nõ rũpebatur.
83 Filius familias exhæredari vtiliter à patre potuit etiã ante hæredis inſtitutionẽ.
84 Filia familias & nepos ſui hęredes exhęredari vtiliter nõ potuerunt ante hæredis inſtitutionem.
85 Ante hæredis inſtitutionẽ inutiliter iure ãtiquo pleraq; teſtamẽto diſpõebãtur.
86 Intellectus. l. Hac conſultiſſima. C. Qui ſtamen. face. poſſunt.
87 Obſeruatio non poteſt videri leuis, qua omiſſa, inutile eſt, quod agitur.
83 Cæci teſtamentum olim valuit, & hodie valet, etiam ſi cæcus ab hęredis inſtitutione initium teſtandi non fecerit.
89 Partitæ. l. 4. titu. 1. parti. 6. nõ videtur iuſtè deſumpta ex iure communi.
90 Intellectus. §. Cæcus, inſtitu. Quib. non eſt permiſſ. face. teſta.
91 Subſtitutio pupillaris cur fieri debuerit poſt hæredis paterni inſtitutionem.
92 Intellect. l. 2. §. Prius. ff. De vulg. & pup.
93 Intellectus. l. 1. ĩ princi. ff. De hære. inſti.
94 Exhæredatio, quæ nominatim fieri debuit, ante hæredis inſtitutionem vtiliter ſcribi potuit.
95 Exhæredatio odioſa cur ſcribi vtiliter potuerit ante hęredis inſtitutionem, ſi libertas eo loco relicta nullius erat momenti.
96 Filia & nepos ſui hęredes exhæredari inter cæteros vtiliter potuerunt.
97 Filia & nepos ſui hæredes hodie eadem iura meruerunt, quæ ſuus hęres filius.
98 Intellect. l. Qui volebat. ff. De hære. iſti.
99 Exhæredo verbum quomodò aliquãdo accipiatur.
100 Sui hæredes omnes, quum noua conſtitutione præteriri nõ poſſint, nominatimq; exhæredari debeant, ante hæredis inſtitutionẽ exhæredari poſſunt.
101 Exhæredatio filiæ & nepotis ſuorũ hæredum, quæ ſub cõditione fuerit ſcripta, hodie ab initio nullius momenti eſt.
102 Edictũ De lega. præſtan. hodie ceſſat, & ſi filia aut nepos præteriti, bonorum poſſeſſionem cõtra tabulas acceperint.
103 Subſtitutio pupillaris hodie fieri nõ poteſt filiæ & nepoti ſuis hæredibus præteritis in teſtamẽto valido: ſed tamẽ cõſeruabitur, infirmato paterno teſtamento, quoad hæredis inſtitutionem.
104 Nepos & filia ſui hæredes non poſſunt hodie inſtitui ſub omni conditione.
105 Teſtamentũ an etiã hodie nullius momẽti ſit, ſi filius inſtituatur ſub conditione, quæ nõ ſit in eius poteſtate, nec in defectum conditionis, ritè exhęredetur.
106 Filius familias à patre inſtitutus ſub turpi conditione, teſtamentum quaſi præteritus infirmabat, & an hodie infirmet.
107 Emancipationis caſus ſecundũ ius ciuile potuit videri nõ diſſimilis eſſe morti, ſed non ſecundùm ius prætorium.

108. Emancipationis caſus apud Prætorem quoq; morti potuit comparari.

109. Poſthumus præteritus, qui viuo parẽte natus, eius teſtamẽtũ ipſo iure rupit, ſi ꝑcedẽte tp̄e deportatus fuerit, viuo adhuc teſtatore, ſcripti hæredes accipe poterunt ſecundùm tabulas bonorũ poſſeſſionem.

110. Teſtamentum, quod ſucceſſione adoptiui nepotis ipſo iure ruptum eſt, ex æquo & bono ſecundùm ius Prætorium cõfirmabitur, ſi idem nepos adoptiuus ab arrogatore emancipetur.

111. AEquitas. l. Poſthumus. ff. De iniuſto rupto per interpretationẽ eſt adiuuanda.

112. Nepos ex filio in ſpecie. l. Qui in aliena §. Interdũ. ff. De acqui. hære. ſtatim mortuo auo, facit patrẽ neceſſarium hæredẽ: nec ſi ſui iuris factus hæreditati auitæ ſe imiſceat, quidquã ſibi potuit acquirere.

113. Accurſij ſentẽtia quæ fuerit, & quomodò defendi queat, in. l. Gallus. §. Quidam rectè, in fina ſcholio, verſ. Sed quidã dicũt ff. De libe. & poſthu.

114. Intellectus. l. Qui in aliena. §. Interdum ff. De acquir. hære.

115. Poſthumi pronepotes in caſus huius. §. Et quid ſi tãtũ, verſi. Quid ſi nepos, cõcepti ex nepote, ãtequàm emãciparetur ab auo, ſui hæredes naſcebantur, & ſui iuris.

116. Emancipatus, tametſi nõ inuitus emãcipari ſe à parẽte paſſus eſſet, nihil erat, qđ eo cõſenſu parẽtis ſucceſſionẽ amitteret.

117. Edictum, quo Prætor emancipatos liberos ad bonorũ poſſeſſionẽ admiſit, antiquũ eſt, & ante Scæuolæ tẽpora cõpoſitũ.

118. Emancipatus nepos, de quo in hoc. §. Et quid ſi tantum, verſi. Quid ſi nepos, ſine dubio reſcindere potuit iudiciũ teſtãtis, accepta contra tabulas bonorũ poſſeſſiõe.

119. Poſthumi liberi, qui ſui hæredes naſcebãtur, ad inteſtati parentis hæreditatẽ lege xij. tabularum vocabantur: nec hìc Galli formula potuit eſſe neceſſaria.

120. Teſtamẽto regulariter locus eſſe potuit, & ſi contra eius tabulas bonorũ poſſeſſio acciperetur.

121. Intellectus princi. inſti. De hæredit. quæ ab inteſta. deferun.

122 Bonorũ poſſeſſione cõtra tabu. accepta ſcriptus hæres adire hæreditatẽ iure ciuili potuit ex teſtamento, & proinde cõfirmare teſtamẽtũ, quoad exhæredatiões, ſubſtitutiones pupillares, directas libertates, & tutelas.

123. Bonorũ poſſeſſione contra tabulas accepta, ſcriptus hæres qui adeundo, nihil laturus erat ex hæreditate, beneficiũ adeũdi & repudiandi potuit vendere.

124. Bonorũ poſſeſſione contra tabulas accepta, iudicium magis teſtantis reſcindi dicitur, quàm ipſum teſtamentum.

125. Intellectus. l. Nõ putauit. §. fina. ff. De bono. poſſeſſio. contra tabu.

126. Intellectus. § Legata. l. Filiũ. ff. De bono. poſſeſſio. contra tabu.

127. Hæres apud Iureconſultos non dicitur, qui ſolũmodò bonorum poſſeſſor eſſet.

128. Hæres apud Imperatores aliquãdò pro bonorum poſſeſſore accipitur.

129. Intellectus. l. Si duo. ff. De lega. præſtan.

130. Bonorũ poſſeſſio contra tabulas nõ ſatis propriè cõnumerata eſt inter ſucceſſiões inteſtati in. l. Vt liberis. C. de colla.

131. Intellectus. §. Sunt autem, inſtitu. De bonorum poſſeſſio.

132. Edicti De lega. præſtãdis interpretatio.

133. Edicto De legatis præſtãdis locus fuit, et ſi iã teſtamẽtũ iure ciuili irritũ factũ eẽt.

134. Emãcipatus præteritus, qui bonorũ poſſeſſionẽ cõtra tabulas repudiaſſet, & Vnde liberi poſſeſſionẽ in fraudẽ edicti De legatis præſtandis accepiſſet, tenebatur nihilominus legata præſtare, íducto edicto, Si quis omiſſa cauſa teſtamenti.

135. Intellectus. l. Qui autẽ. §. Hoc edictũ. ff. Si quis omiſſa cauſa teſtamenti.

136. Bonorum poſſeſſio cõtra tabulas ius ſuccedendi eſt, non tantũ reſcindendi.

137. Bonorũ poſſeſſio Vnde liberi nõ poteſt dari ei, qui iure bonorũ poſſeſſionẽ cõtra tabulas accepit.

138. Intellect⁹. l. 3. §. Bonorũ. ff. de bono. poſſ.

139 Filius, qui patris teſtamentũ in iudicio nullius momenti eſſe dicit, nõ ſemper ꝓ hærede gerere videtur.

140. Filius, qui bonorũ poſſeſſionẽ cõtra paterni teſtamenti tabulas accepit, euidẽter ſucceſſionẽ patris agnouit.

141.Bonorũ poſſeſſio contra tabulas filio familias prӕterito dari videtur, vt idẽ iure prӕtorio cõſequatur, quod iure ciuili cõſequeretur, ſi diceret, teſtamentũ nullius eſſe momẽti: ſed tamen differentia eſt.

142.Subſtitutio pupillaris cur non reſcindatur, accepta contra patris tabulas bonorum poſſeſſione.

143.Subſtitutio pupillaris vtilitatem ipſius pupilli continere intelligitur.

144.Diſpoſita in teſtamento, quӕ vtilitatẽ liberorũ continẽt, conſeruari illis ſolent ex edicti ſententia De lega. prӕſtandis.

145.Bonorũ poſſeſſio regulariter agnoſci non poteſt vltra centum dies.

146.Bonorum poſſeſſione contra tabulas accepta, pupillaris ſubſtitutio ſine Prӕtoris auxilio conſeruatur: vnde õnibus legata prӕſtanda ſunt ex tabulis pupillaribus, & ſubſtitutus pupillaris adire hӕreditatem pupilli iure ciuili poteſt,

147.Edicti De legatis prӕſtãdis inductio ad conſeruandas tabulas pupillares, vbi contra tabulas bonorũ poſſeſſio accepta eſt, ſuperuacua fuit, atq; adeo inepta.

248.Subſtitutio pupillaris irrita fiet, ſi ſcriptus hӕres irritum fecerit paternũ teſtamentum, repudiando hӕreditatem.

149.Subſtitutio pupillaris vtrũ conſeruetur iure prӕtorio, ſi accepta, aut imminente bonorũ poſſeſſiõe cõtra tabulas, ſcriptus hӕres hӕreditatẽ ex teſtamẽto repudiet.

150.Edictum De lega. prӕſtandis, quӕ relicta eſſent liberis & parentibus, conſeruari illis voluit, ſi tamẽ bonorũ poſſeſſionẽ contra tabulas non accepiſſent.

151.Subſtitutionis pupillaris vtilitas non denegatur pupillo, qui bonorum poſſeſſionem contra tabulas patris accepit.

152.Intellectus.l. Cùm in adoptiuis, in princi.C. De adoptio.

153.Filius, qui ĩ adoptiua familia fuiſſet, quũ pater naturalis moreretur, nõ poterat ei ab inteſtato ſuccedere quaſi filius.

154.Querela inofficioſi teſtamenti reducit ſimpliciter rem ad cauſam inteſtati.

155.Filius in adoptionem datus, ſi inſtitutus ex aliqua parte teſtamento patris naturalis fuiſſet, potuit cõmiſſo edicto, accipere vtiliter bonorũ poſſeſſionẽ cõtra tabulas.

156.Emãcipatus nepos in caſu huius. §. uerſic. Quid ſi nepos, accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, ſemiſſem dũtaxat hӕreditatis potuit perſequi.

157.Poſthumus pronepos in caſu huius §. verſi. Quid ſi nepos, etiã ſi accepta iã bonorũ poſſeſſione contra tabulas, naſceretur, ſemiſſem nihilominus ex teſtamẽto ipſo iure quӕreret, & teſtamẽtũ ipſo iure confirmaret, quo ad plӕraq; omnia.

158.Similitudo non eſt iniuſta, etiam ſi caſus non ſint per omnia ſimiles.

159.Gallus Aquilius quid prӕcipuè ĩ ſua formula curauerit.

160.Intellectus.l. Cùm in teſtamento. ff. De hӕre. inſtitu.

161.Intellectus.l. Gallus. §. fin. verſi. fina. De libe. & poſthu.

162.Querela inoffi. teſta. nõ ſolùm filio ſuo hӕredi prӕterito competere non potuit, ſed nec filiӕ, aut nepoti ſuis hӕredibus prӕteritis potuit accõmodari, licet teſtamentum valeret.

163.Emancipatus hodie prӕteriri nõ poteſt, vt olim potuit.

164 Emancipato prӕterito cum cauſa legitima, teſtamentum valet.

165 Prӕteritio ſi fiat, adiecta cauſa legitima, an exhӕredatio magis ſit, & querela inducatur.

166 Prӕteritio filij familias etiam ſi fiat, adiecta legitima cauſa, reddit teſtamentũ ipſo iure nullum: & an tũc audiatur ſcriptus hӕres, ſi contra filium probare intẽdat, cauſam teſtamento inſertam eſſe veram.

167.Teſtamẽtum ſi filio prӕterito nullum ſit ipſo iure, inteſtati patris hӕreditas filio defertur, nec ex teſtamento ſcriptus hӕres hӕreditatem adire iure ciuili poterit: ſed tamen bonorum poſſeſſionem ſcdm tabulas induci, nõ eſt impoſſibile.

168.Cauſa ingratitudinis vtrum poſſit repellere liberos ab inteſtato venientes.

169.Bonorum poſſeſſio contra tabulas, quã hodie accipit emãcipatus, adiecta cauſa legitima, prӕteritus, an reducat rem ad cauſam inteſtati.

170. Bonorum poſſeſſionis cõtra tabulas, quã accipit emancipatus, adiecta legitima cauſa præteritus, quæ nam hodie praxis eſſe videatur.

171. Hæreditas ex teſtamẽto adiri nõ poteſt, ſi teſtamentũ ex cauſa præteritionis ſperatur iure ciuili poſſe rumpi.

172. Intellectus authenti. Vt cùm de appella. cognoſ. §. Siue igitur. colla. 8.

173. Emãcipatus, ſi adiecta cauſa aliqua prætereatur, quæ nõ ſit ex. 14. enumeratis in authẽ. Vt cùm de appell. cognoſ. §. Cauſas, colla. 8. vtrum teſtamentum nullius momenti ſit.

174. Pater quo nãmodo invita poſſit probare cauſam ingratitudinis aduerſus filium.

175. Partitæ. l. 10. tit. 7. Parti. 6. quomodò poſſit intelligi.

176. Intellectus. §. Aliud quoq; capitulũ, authen. Vt cùm de appella. cognoſ. colla. 8.

177. Filius, ſi ignominioſam vxorem non ex volũtate patris duxerit, repelli nõ poteſt ab eius ſucceſſione quaſi ingratus.

178. Filius, ſi cum capitalib⁹ inimicis ſui patris amicitiã copulauerit, ã poſſit ob hãc cauſam priuari hæreditate ab eodẽ patre.

179. Intellectus. l. Regiæ. lib. 4. tit. 70. §. 2.

180. Filius emancipatus, qui ingratus aduerſus parentem extitit, & ob id teſtamẽto præteritus fuit, cauſa legitima inſerta, an nihilominus ſuccedat, ſi poſt teſtamẽtũ arrogatus à parente fuerit, vel manifeſto aliquo beneuolentiæ indicio reconciliatus eidem probetur.

181. Pater nuda voluntate non poteſt reuocare exhæredationem teſtamento factã.

182. Ingratitudinẽ aduerſus ſe cõmiſſam põt pater filio remittere: & ſi filius poſtea, adiecta ea cauſa, exheredetur, in quæſtione de inofficioſo hæredẽ ſcriptũ ſuperabit.

183. Pater ſi teſtamento ingratũ filiũ, adiecta legitima cauſa, exhæredauit, deinde eidẽ ĩgratitudinẽ remiſit, filius de inofficioſo agens obtinebit cõtra ſcriptum hæredẽ.

184. Rex ſi edicto rebellẽ cõdẽnauit, eumq; poſtea ſibi conciliauit, videtur cõdẽnationem remiſiſſe.

185. Bartoli ſententia in. l. 3. §. fina. ff. De adimen. lega. quomodò intelligenda.

186. Emancipatus adiectá cauſa præteritus, ſi poſtea parenti reconciliatus probetur, agnoſcere poterit cõtra tabulas bonorũ poſſeſſionẽ: & interdicto Quorũ bonorũ, poſſeſſoriaq; hæreditatis petitione ſibi aduerſus ſcriptũ hæredẽ ꝓſpiciet.

187 Emancipatus, qui patri ingratus extitit, deinde ab eo arrogatus eſt, videtur in patris gratiam receptus.

188 Ingratitudinis cauſa an tollatur per ingrati filij poenitentiam.

189 Filia, quæ ob luxurioſam vitam priuari potuit alimentis paternis, ſi ad melioris vitæ frugẽ redeat, ali debet à parente.

190. Filius, ſi graue cõuitium aduerſus patrẽ dixerit, exhæredari poterit legitimè: nec referet, quòd poſtea eum poenituerit.

191. Filia, quæ luxurioſam vitã coepit degere, exhæredari à patre poterit, etiã ſi poſtea honeſtiſſimè vixerit.

192. Filia poteſt legitimè exhæredari, ſi vel ſemel in corpus ſuum peccauit.

193 Ingratitudo, quæ directò patrem nõ offẽdit, & cõſiſtit non tam in momẽtaneo facto, quàm in turpi aliqua uitæ ꝓfeſſione, non præſtat exhæredandi legitimã cauſam, ſi poenitentia interuenit.

194 Intellectus. §. Cauſas, in authẽ. Vt cùm de appella. cognoſci.

195 Ingratitudinis cauſa an aboleatur per ingreſſum religionis.

196. Gratianus non fecit ius Pontificium id quod Decretis inſeruit.

197 Intellectus cap. fin. 19. q. 3.

198. Gratiani fides, quibuſdam auctoribus ſuſpecta, defenditur.

199. Ingratitudinis cauſa, quæ monachiſmo aboletur, ſuſcepto clericatu nõ aboletur.

200. Filia, quæ, inuito patre, clã matrimoniũ cõtraxit, & deinde cũ à viro cognita nõ eſſet, monacha ẽ effecta, vtrũ in Caſtellæ regno legitimè exhæredari potuerit.

201. Emãcipatus, ex legitima cauſa teſtamẽto inſerta, præteritus ſi bonorum poſſeſſionem contra tabulas non acceperit, vtrũ liberi eius accipere eãdem poſſeſſionẽ poſſint ex edicto ſucceſſorio.

202. Succeſſio locum habet in querela inofficioſi teſtamenti.

203. Succeſſorium edictum locum habet in bonorum poſſeſſione cōtra tabulas, quæ patrono competit.
204. Succeſſio vtrum habeat locum in iure dicendi nullum.
205. Intellectus. l. Filio præterito. ff. De iniuſto rupto.
206. Intellectus. l. 3. §. Si emācipatus. ff. de bono. poſſ. contra tabu.
207. Emancipationis, & mortis caſus hodie diſſimiles ſunt, etiam iure ciuili.
208. Emancipatus hodie ad inteſtati parētis hæreditatem iure ciuili vocatur.
209. Intellectus. l. Meminimus. C. De legiti. hære.
210. Emancipatus hodie nō eſt ſuus, nec iura ſui hæredis hēt, cùm nō ſit in poteſtate.
211. Emancipatus hæreditatem parentis, nō aditam, regulariter non tranſmittit.
212. Nepos in poteſtate aui retentus, iura ſui hæredis non nanciſcitur, & ſi pater, qui eum præcedebat, deſierit ſuus hæres eſſe per emancipationem.
213. Lex ciuilis ſola hæredē facit, nō Prætor.
214. Sui hæredis proprium eſt, viuo parēte habere quoddam quaſi dominium in rebus paternis, & primā ſuccedendi cauſā in hæreditate inteſtati obtinere.
215. Nepos, qui in aui inteſtati moriētis fuit poteſtate, nō acquirit hæreditatem eius ipſo iure, quæ priore loco patri emācipato fuit delata, & ab eo repudiata.
216. Ab inteſtato quaſi ſuus hæres ſuccedit, cui āte eum alij non eſt delata hæreditas.
217. Nepos in poteſtate retētus, præteriri ab auo poteſt, ſi tēpore mortis præcedatur ab emancipato patre.
218. Parēs poteſt hodie liberis impuberibus nec iſtitutis, nec exhæredatis facere ſubſtitutionem pupillarem in teſtamento, quod iure perfectum ſit.
219. Parēs poterit hodie tutorē dare liberis, quos in ſuis hæredibus tempore mortis non habuerit, contra regulam. l. Quo tutela. § Nemo poteſt. ff. De regul. iuris.
220. Nepos, qui patris emācipatione, nō eſt nactus iura ſui hæredis, īcipiet auo ſuus hæres eſſe, ſi emancipatus pater ſeſe in arrogationem dederit.
221. Emancipatus, qui ſe in arrogationem dedit, non ſuccedit parenti naturali ex capite liberorū, nec prætorio iure, nec ciuili.
222. Emancipatus, qui ſe in arrogationē dedit, vtrum iure ciuili poſſit ſuccedere parenti naturali, quaſi agnatus.
223. Edictum De cōiungen. cum emancipa. libe. eius, hodie locum non habet.
224. Hæreditas aliquādo in ſemiſſes diuiditur, cōcurrēte hinc inde ratione cōtraria.
225. Edicti ratio De cōiūgēdis cū emācipato liberis eius hodie ceſſat, cū pro emācipato naturalis ſimul & ciuilis rō pugnet.
226. Edicto De collatio. bonorū vtrum hodie locus ſit.
227. Donatio ſimplex quare nō conferatur à filio familias.
228 Edictum De collatiō. bonorū illæſum manſit in fructibus aduentitiorum.
229 Edicti De collatiōe bonorū ratio quænam fuerit.
230. Emācipatus iure ciuili veniēs, fruct⁹ aduētitiorū ſuo hæredi collaturus videtur.
231. Emancipatus, ſi quum poſſit iure ciuili admitti, bonorum poſſeſſionē agnoſcere maluerit, non idcirco edicta Prætoris antiqua inducentur.
232. Emācipatus rite exhæredatus nō habet hodie neceſſe, bonorum poſſeſſionē litis agnoſcēdæ gratia accipere, etiā ſi detur, fuiſſe olim neceſſariam emancipato eam bonorum poſſeſſionem.
233. Emancipatus rite exhæredatus, etiam ſi querelā inofficioſi teſtamenti credatur nō habuiſſe ſine bonorum poſſeſſiōe gratia litis agnoſcendæ, non tamē exceptis perſonis legata præſtare debuit, īducto edicto De lega. preſtan.
234. Prætor quū edixit De lega. præſtā. nō ſolum rationē habuit coniunctarū perſonarum, ſed etiam iudicij teſtatoris.
235. Relicta ſeruis coniunctarum perſonarū non ſunt conſeruata per edictum De lega præſtandis.
236. Inofficioſi teſtamēti perlata querela, teſtantis iudiciū quaſi furioſi dānatū eſt.
237. Inſtitutio liberorū & parētū cōſeruatur ex edicto De lega. preſtādis, quæ nō ſeruatur ꝑ auth. Ex cauſa. C. De libe. præte.

238.Emãcipatus, quem pater præcedebat, ſi repudiatam a patre inteſtati aui hæreditatem velit agnoſcere, vtrum iure ciuili adire eam poſſit.

239.Emancipatus per ignorantiam parentis præteritus iniuſtum facit eius teſtamentum, nec ei bonorum poſſeſſio cõtra tabulas neceſſaria eſt.

240.Intellect⁹.l.Regiæ li.4.tit.70.§.pen.

241.Filius, ſecũdum huius regni mores, cõtracto matrimonio, quaſi emancipatione, ſui iuris efficitur: ſic ex eo ſuſceptus nepos auo ſuus hæres fieri non poteſt.

242.Regia.l.lib.1.tit.67.§.6 in fi. an defendi poſſit in eo quòd ſecundùm ius cõmune ſignificat, auum bonorũ nepotis vſufructum, legitimãq; adminiſtrationem ratione poteſtatis habiturum.

243.Emancipatus, legitima cauſa inſerta, ſub conditione exhæredatus, ſi pendente conditione velit admitti, ſolam habet cõtra tabulas bonorum poſſeſſionẽ in hac ſpecie neceſſariam.

244.Emancipationis & patriæ poteſtatis nõ eſt ſublata differentia ex teſtamẽto.

245.Intellectus.l.3.tit.7.Parti.6.

246.Emancipatus, adiecta legitima cauſa, præteritus, aduentitiorum fructus cõferre debebit ſuo hæredi & legata coniunctis pſonis præſtare tenebitur ex edicto De lega.præſtandis.

247.Edictũ De cõiungẽ. cũ emancipato liberis eius, an inducatur quo caſu emãcipatus adiecta legitima cauſa præteritus, cõtra tabulas bonorũ poſſeſſionẽ accepit.

248.Inſtitutio nepotis retenti in poteſtate non conſeruabitur ex edicto De coniungendis cum emancipato liberis eius.

249.Inſtitutio nepotis, quem pater emancipatus præcedit, conſeruabitur ex edicto De legatis præſtãdis, ſi emancipatus filius cõtra tabulas bonorum poſſeſſionem acceperit.

250.Inſtitutio liberorum & parentum conſeruatur etiam hodie ex edicto De lega. præſtãdis, ſed nõ vtiq; p virili portiõe.

251.Legitima liberorum portio i Hiſpaniæ regnis pluſquã dimidiũ bonorum parẽtis continet.

252.Inſtitutio pronepotis poſthumi De quo in hoc.§.Et quid ſi tantũ, verſi.Quid ſi nepos, hodie defẽdetur iure ciuili per nouã Iuſtiniani conſtitutionem: quum alioqui quaſi penitus extranei poſthumi inſtitutio iure ciuili valere nõ debuerit.

253.Poſthumus pronepos, & liberi in poteſtate retenti, licet ab emancipato patre præcedantur, ſi tamen, eo legitimè præterito, hæredes parentis teſtamẽto inſtituantur, neceſſarij hæredes illi exiſtent.

## QVID SI NEPOS, EX QVO PRONEPOS HAERES INSTITVERETVR, VT OSTENDIMVS, EMANCIPATVS [c] ESSET?

c EMANCIPATVS ESSET. *Cautè (inquit Accurſius)*
*tranſit ad nepotem Iurecõſultus, ut oſtendat, idẽ ius in*
*utriuſq; perſona uerſari. Sic ĩtellexit Accurſius, mor-*
*tis & emancipationis caſus in eo eſſe ſimiles†, quòd ſi-* 1
*cuti mortuo filio, uel nepote, qui præcederent, poſthu-*
*mus ex his cõcept⁹ parẽti ſuus hæres naſceretur, ideóq; † obſeruato naſcẽ-* 2
*di tẽpore, iure poſſet hæres inſtitui, quaſi non alienus poſthumus: ita etiã*
*ſi filius uel nepos ſui hæredes emãcipati eſſent, legitima eſſet inſtitutio ne-*
*potis, uel pronepotis poſthumi: quoniã† ſimiliter ſuus hæres naſceretur.* 3
*§. Ita demũ, cum ſimi. inſti. De hæredita. quæ ab inteſta. deferuntur.*

QVE-

QVAErit igitur Accurſius, ſi filius, q̃ emãcipatus fuit, rurſus
in poteſtatẽ patris per arrogationẽ redactus eſſet, an nepoti noceret: et re
4 ſpondit, † nõ nocere per.l.1.§.Si quis filium, infra Si tabu.teſtamẽ.nullæ
5 exta. Contrarium ſcribit † in deportato filio, qui uiuo patre reſtitutus fuiſ
ſet: & differentiæ ratio in prõptu eſt, quia ſcilicet reſtitutio in priſtinum
locum reſtituit eũ, qui deportatus fuerat.l.fin.C. De ſentẽ.paſſis. Arro
6 gatio uerò † emancipatum filium non reſtituit, qui non quaſi naturalis, ſed
quaſi adoptiuus, incipit eſſe in poteſtate, ſecundùm Vlpiani uerba in.d.§.
Si quis filiũ: facit.l.Si pater filium, ſupra De adoptio. Quod ita intelli
7 gendum omnes hic cenſuerunt, ſi arrogatio ſimpliciter fiat: cæterum † ſi
quaſi pater huius nepotis arrogatus eſſet filius, tunc cõtrà eſſe reſpon-
dendum.

Sed tamẽ aduerſus hãc receptam diſtinctionẽ allegatur tex.in.l.3.§.1. uerſi. Melius eſt autẽ, infra De bono poſſeſ.contra tabu. Nam cùm quis duos habens nepotes alterum emancipatũ loco filij arrogaſſet, uidendũ eſſe Vlpianus ſcripſit, an ſolus ille quaſi filius admitteretur: quod ita ſcilicet procedere ſubiunxit, ſi quaſi patrem eius nepotis, quẽ in poteſtate retinuerat, ſic arrogaſſet: deinde ſubiecit, MELIVS EST AVTEM DICERE POSSE EVM SOLVM AD BONORVM POSSESSIONEM PERVENIRE. Quibus uerbis Vlpianus receſſiſſe uiſus eſt á ſuperiore diſtinctione: quaſi ſolus filius ad bonorum poſſeſſionem eſſet admittẽdus, nepote excluſo, etiam ſi loco filij ſimpliciter arrogatus fuiſſet: quo ſenſu tentauit Accurſius inibi eum.§.accipere, & accepit Dynus, quẽ Ioan.Fab. & Angel. Aret. ſequuti ſunt in.§.Cùm filius, inſti. De hæredita. quæ ab inteſta.deferun. Sed hæc interpretatio defendi non poteſt, quam eiuſdẽ Vlpiani ſententia manifeſtè explodit in.d.l.1.§. Si quis filium: cuius tex. argumento. Oldradus, Alberi. & Bart.in.d.l.3.§.1.à falſa Accurſij & Dyni interpretatione iuſtiſſimè receſſerunt. Hi ad uerſi. Melius eſt autem, ut cumq; reſpondẽt: accipiunt enim AVTEM pro quia, uel pro certè, ne Vlpianus ſuperiorem diſtinctionem, quæ uerißima erat, improbaſſe uideretur.

Dyni. Ioã. Fab. Ange. Aret. interpretatio reiecta.

Ego uerò, reiectis hiſce interpretationibus, Vlpianum melius in-
8 terpretor †, ut in uerſi. Melius eſt autem, propoſitam dubitationem ab-
ſoluat, quam nondum abſoluerat. Nam in uerſic. Quod ita ſcilicet pro-
cedit, nouè intelligo, nihil adhuc Vlpianum reſpondiſſe, ſed monſtraſſe

Noua interpretatio.

*dũtaxat, illud, quod uidendum erat, ita ſcilicet procedere, ſi nepos, quaſi pater eius nepotis, eſſet adoptatus: in hac etenim ſpecie quæſtionem uerſari, alioqui ineptam, ſi nõ proponeretur nepos, quaſi pater fratris ſui arrogatus fuiſſe: quem ſenſum adſtruit etiam particula, ſcilicet. Deniq; potuit dubitari, ſi nepos in locum patris alterius nepotis adoptatus eſſet, utrum ſolus admitteretur, quoniam nepos retentus in poteſtate, qui ſuus hæres erat, non uidebatur amiſſurus locum ſui hæredis per adoptionis cõmẽtum, ſine ullo facto ſuo.*

*HOc amplius circa Accurſij quæſtionem notãdum eſt, ſi filius, quẽ pater emancipauit, ab eo ſit arrogatus ſimpliciter, etiam loco filij, adeo uerum eſſe cum Accurſio, arrogatum nepoti minime nocere, ut† minus noceat, quàm nocebat, antequàm arrogaretur. Idq;, ſi tria tem-* 9
*pora obſeruentur, facilè explicatur: nã antequàm filius emãciparetur, nepos omnino erat excluſus: ubi autẽ primùm emãcipatus eſt, quãuis nepos*
*ſucceſſione iura ſui hæredis nanciſceretur, † obſtabat tamen ei emancipa* 10
*tus pater, iure prætorio, ad unam eãdemq; portionẽ ſimul uocatus ex edicto De coniungendis cum emancipato liberis eius. Deniq; ſi defunctus alterum filium in poteſtate reliquiſſet, eius hæreditas in ſemiſſes diuideretur: unus ſemis filio, qui in poteſtate manſiſſet, dandus eſſet, alter uerò diuidendus eſſet inter emancipatum filium, & nepotem ſuum hæredẽ, per edictum Prætoris coniunctos. Sed ſi emancipatus filius adoptaretur à patre, tunc quia in poteſtate patris eſſe inciperet quaſi adoptiuus, nullo*
*modo† obſtaret nepoti, qui utiq; nepos ſui hæredis liberũ ius exerceret,* 11
*ſine ullo impedimẽto iuris prætorij. Vnde quũ in ſuperiore ſpecie nepos patri emancipato per edictum coniunctus, ſemiſſem cum patre diuideret, ſemiſſem patruus haberet, nunc incipit, remoto per adoptionem emancipato, æquam cum patruo portionem habere: quoniam hæreditas parentis, in triẽtes diuiſa, tribus ſuis hæredibus æquè acquiritur, ſecũdùm Iuliani ſententiã ab Vlpiano relatã in l. 1. §. Si pater ex duobus, uerſi. Iulianus ait, infra De coniungen. cum emanci. libe. eius.*

Vlpiani incuria notatur.

*Vnde eiuſdẽ Vlpiani incuria (fortaſſis non immeritò) notanda eſt,*
*qui† in. d. l. 1. §. Si quis filium, infra Si teſta. tabu. nullæ exta. ſic ſcriptũ* 12
*reliquit,* SI QVIS FILIVM SVVM EMANCIPATVM IN LOCVM NEPOTIS ADOPTATVM EMANCIPAVIT, QVVM HABERET IN POTESTATE ET NEPOTEM EX EO, QVAESITVM EST APVD MARCEL-

CELLVM, AN ADOPTIO RESCISSA IMPEDIAT NEPOTEM. SED QVVM SOLEAT EMANCIPATO PATRI IVNGI NEPOS, QVIS NON DICAT, ET SI ADOPTATVS SIT, ET QVASI FILIVS, NIHILOMINVS FILIO SVO EVM NON OBSTARE? QVIA QVASI FILIVS ADOPTIVVS EST IN POTESTATE, NON QVASI NATVRALIS.

*Intellexit enim Marcellus (ut mihi uidetur) durante adoptione, non impediri nepotem: reſciſſa autem adoptione, poſſe dubitari, an quia tunc filius priſtinum emãcipati locum recepiſſet, impediret nepotem ex edicto De cõiungendis cum emancipato liberis eius. Et hoc eũ reſpondiſſe, uero ſimilius eſt: tametſi Vlpianus inibi dubitationem apud Marcellum propoſitam uideatur irridere, quam (ut non erat Marcello ingenioſior) potuit non intelligere. Quis enim dubitaret, an idcirco ſuus hæres nepos excluderetur, quòd pater eius emancipatus loco nepotis quandoq; fuiſſet*
13 *adoptatus? Itaq; interpretor, † Marcellũ nõ de eo dubitaſſe, an filius nepotem excluderet, ſed an impediret eum, quem ante reſciſſam adoptionẽ non impediebat. Secundùm quod, quum Vlpianus reſpondit, nepotem nõ excludi, & edicto locum fore, uti etiam reſpondit in.l.1.§. Qui habebat, infra De bono poſſeſ. cõtra tabu. poteſt uideri, idẽ reſpõdiſſe, quod Marcellus debuit reſpõdere, reſciſſa ſcilicet adoptione impediri nepotem. Nec ſine exemplo auſus ſum, Marcellum excuſare aduerſus Vlpianum: quũ & Bartolus nõ infelici ſucceſſu tale aliquid tẽtauerit in .l. Domitius Labeo, ſupra De teſt. & Maria. Soci. in cap.2. De cauſa poſſeſ. & ppr. quem Soci. Filius retulit in.l.3.§. Ex cõtrario.n.6. ĩfra De acquir. poſſ.* Marcelli excuſatio aduerſus. Vlpianũ.

*SEd iam mortis, & emancipationis comparationi fortiſſimus obex opponitur, ꝙ non eiuſdem rationis ſit, mortuum eſſe filium, & emancipatũ. Nam ubi moritur uiuo patre, conſtat, inſtitutionem euaneſcere, ſed ubi emancipatur, durare uidetur inſtitutio: ut quaſi extraneus adire hære*
14 *ditatem patris queat ex teſtamento: quũ & † ſeruus neceſſarius hæres à domino inſtitutus, deinde ab eo manumiſſus, patroni hæreditatem poſſit adire ſuo arbitrio. §. Seruus autẽ, inſti. De hæredi. inſti. Ergo poſthumus nepos, qui filio ſubſtitutus proponitur, non idcirco admittetur, quòd*
15 *emancipatus fuerit filius: quãdiu enim † adire hæreditatem inſtitutus poteſt, tamdiu ſubſtitutus nõ admittitur. l. Quamdiu, cum uulga, infra De acquiren. hæredita.*

*Bart. hic. n.4. reſpõdit, eſſe in hoc uerſi. caſum mirabilem, qui probet, inſtituti*

*inſtituti emancipationem facere locum uulgari ſubſtituto: quaſi inſtitutio ſui hæredis filij in hac ſpecie, per emancipationem eiuſdem, fiat irrita, eò quòd facta magis in ſuitate uideatur, quàm in hæreditate. Idem explicat Bart. in. §. Forſitan. 1. col. in fi. infra hac. l. & in. l. i. n. 29. infra De uulg. & pupilla. cuius ſententia ab omnibus comprobatur ſecundùm Iaſo. hic. n. 46.*

Contra cõmunẽ interpretationẽ.

*Verùm enimuerò huiuſmodi interpretatio quantũ uis recepta, abhorrere omnino à iuris ciuilis rationibus uidetur: & tametſi ſcriptũ extet, † liberti aſſignationem filiofamilias à patre factam euaneſcere, ſi pater eũ poſtea emancipauerit, † nuſquam ſcriptum eſt, nuſquam relatum, filij inſtitutionem teſtamento factam euaneſcere, ſi is poſtea emancipatus eſſet: quũ & ſi hoc pater expreſſim uellet, nõ poſſet. l. Si paterfamilias, ĩfra De hære. inſtitu. §. Ex eo autem ſolo, inſti. Quib. mo. teſta. infirmẽ. Iam diſtinguere, † an in hæreditate, an in ſuitate inſtitutio & ſubſtitutio factæ ſint, commentitium uidetur, & contra Iureconſulti ſententiam in. §. fina. uerſi. fina. infra hac. l. Quare uerius uidetur, † inſtitutum filium, qui in propoſita ſpecie emancipatus eſſet, potuiſſe patris hæreditatẽ adire ex inſtitutione, quæ duraret. Nec poteſt dici, † ſi emanciparetur filius, ſubſtitutionem nepotis pro parte admittendam fore: ſiquidem Vlpianus manifeſtè hoc negat in. l. Cùm in teſtamẽto, ibi,* NVLLO ENIM CASV VTERQVE AD HAEREDITATEM ADMITTITVR, *infra De hære. inſti. Præterea ſi communis interpretatio uera eſſet, nouum illud, & inuſitatum eueniret, ut † contra eas tabulas, quibus filius ſcriptus hæres deprehenderetur, idem bonorum poſſeſſionem emãcipatus acciperet, quaſi præteritus: quod tamen Accurſius admiſiſſe uidetur, & uulgò alij, ut per Alex. hic. n. 13. Ergo huiuſmodi ſenſus nullo modo recipiendus eſt, qui iuſtiſſimè diſplicuerit Rapha. Cuma. hic. n. 6. Fortu. n. 133. & Alciato parodo. lib. 2. cap. 9.*

16 17 18 19 20 21

*Igitur Rapha. Cuma. & eo non relato Fortunius dicere tentauerũt, hunc. §. ſic accipiendum, ne ad Galli Aquilij formulam referatur: hic enim doceri teſtatorem, quonam modo in caſum emancipationis, poſſit inſtituto filio cohæredem poſthumũ adijcere, ut dicat teſtator, ſi filiꝰ meus, uiuo me, emancipatus ſit, tunc nepos poſthumus, qui ex eo mihi poſt mortẽ meam ſuus hæres naſcetur, etiam hæres eſto. Sed hæc interpretatio eo nomine diſplicere debet, quòd à Galli Aquilij formula Scæuolam reijcit: cùm Scæuola, retenta inſtitutione filij, & ſubſtitutiõe poſthumi nepotis,*

*ſimiles*

ſimiles mortis caſus in perſona filij tractare intenderit.

Primus Iaſon priore lect. n. 13. & poſteriore. n. 5. aduertit, Scæuolam nō ſine myſterio caſum emancipationis non ad filium, ſed ad nepotem retuliſſe: proinde interpretari tentauit, nepotem nō inſtitutum, ſed magis præteritum fuiſſe: ſed tamen hunc ſenſum ueluti ſcrupuloſum reijcere maluit. Et notauit hoc loco Fortunius ante. n. 134. meritò talem ſenſum ab Iaſone reiectum, quoniam nihili eſſet, & Iureconſultus hic de nepote ſuo hærede loqueretur, ſecundùm. §. ſuperioris principium.

Marius autem Salomo. hic. n. 1. & . 20. idem auſus eſt, quod & Iaſon: ſcribit enim, ſuperiores caſus ex quatuor perſonis eſſe conceptos, auo ſcilicet teſtatore, filio inſtituto, nepote præterito, & pronepote poſthumo in caſum ſuitatis ſubſtituto: ſed hæc interpretatio per ſe cadit. Nā quum Marij Salomo. iterpretatio refutata.
22 pronepotem poſthumū intelligit fuiſſe ſubſtitutum, † utiq; neceſſariò præſupponit, inſtitutū fuiſſe nepotē in priore cōceptione, in qua filius nō erat.

Neoterici quidam æſtimauerunt, hunc uerſiculum referēdum eſſe ad uerſi. Nam & ſi uiuo filio. §. præcedētis, ad illam ſcilicet poſteriorem cōceptionem, in qua filius inſtitutus, nepos præteritus fuit, dicentes, hic eſſe caſum, quòd ſi pronepos poſthumus ex nepote præterito conceptus, inſtituto filio ſubſtitutus ſit, non ſolum admittitur, ſi nepos prius, deinde filius uiuo teſtatore decedant, ſed etiam, ſi nepos prius eßet emancipatus, quàm filius uiuo teſtatore decederet: tunc enim teſtamentum ſucceſſione rumpi non poße, & hac ratione poſthumū pronepotem legitimū hæredem rectè fieri. Sed hanc interpretationem Charo. Ruinus improbat. n. 97. quoniam (inquit) dictus nepos ſuperuiuēs teſtamentū aui rumperet, accepta cōtra tabulas bonorum poſſeſſione: idq; eßet contra intentionem huius l. quæ fuit prouidere, & in ſpecie prouidit, ne teſtamentū rumperetur præteritione nepotis emācipati, ut eſt caſus apertus in. §. fi. infra hac. l. Hæc Ruin⁹. Nouiſſimè uerò Andreas Alciatus paradoxo. lib. 2. cap. 9. hunc improbatum à Ruino ſenſum defendit, & interpretatur, nepotē hic præteritum fuiſſe, non autem inſtitutum, iuxta uerſicu. fina. §. præcedentis: quo etiam modo accepit hunc uerſiculum Lælius Taurellus in eleganti enarratione, quam ad hanc. l. conſcripſit. Ad argumentum Ruini Alciatus reſpōdit, tex. intelligendum, quòd nepos emācipatus, uiuo auo deceſſerit. Sed tamen quamquàm hoc Ruini argumentum, quod Alciatum implicuit, mihi nullius momēti eſſe uideatur, uti ſuo loco oſtendam, nihilo magis

neotericorum

Neotericorum interpretatio nõ probatur.

*neotericorũ interpretationẽ probo: quoniam Scæuola euidenter ſe refert ad nepotẽ emancipatũ, ex quo pronepos inſtitueretur, ut oſtendit. Porrò quũ proximè duas ſpecies oſtenderat, priorẽ & poſteriorẽ, de quibus in §. Idem credendũ, duriſſimum eſt, ad alterã poſteriorẽ uerba reſtringere.*

*QVVM IGITVR in hoc. §. duæ hactenus difficultates inextricabiles fuerint, una, quòd inſtitutio hæredis teſtamẽto facta, per emancipationem irrita fiat: altera, quòd per bonorum poſſeſſionem cõtra tabulas teſtamentũ ab emancipato rũpendũ uideatur: ego, duce* CHRISTO *à quo omne bonum procedit, utrãq; planè uideor mihi explicaturus.*

Noua huius §. Interpretatio.

*Et prima quidem difficultas ad hunc modum diſſoluitur †. Scæuola* 23
*quum intelligeret, impoſſibile eſſe, quòd hæredis inſtitutio teſtamento facta, per emancipationem inſtituti hæredis fieret irrita, & filium ſciret hæredem inſtitutum, ſecundùm ea, quæ priore parte tractauimus, caſum emancipationis non in filio, ſed in nepote concepit, ex quo pronepos inſtitutus erat, ut oſtendit. Nimirum quoniam nepos præteritus erat non tantùm in poſteriore conceptione, quod omnes uidẽt, ſed etiam in priore, ut ego intelligo. Nam & ſi nepos, quo tempore auus teſtabatur, ſuus ei*
*hæres erat, nihil eſt, † quòd inſtitutum eum, aut exhæredatũ proponamus:* 24
*quum nec id ex contextu appareat, nec ſupplere neceſſe ſit: immo ex ipſius Scæuolæ uerbis liquidò conſtare debeat, nepotem non inſtitutum fuiſſe, ſed magis præteritum. Secundùm quod, licet in conceptione Galli Aquilij nepos poſthumus inſtituto filio fuerit ſubſtitutus, at in. §. Idẽ credendum, quum ſcripſit Scæuola,* IDEM CREDENDVM EST, GALLVM EXISTIMASSE ET DE PRONEPOTE, VT DICAT TESTATOR, SI MEVIVO NEPOS DECEDAT, TVNC QVI EX EO PRO-

Noua interpretatio.

NEPOS. *&c. nouè interpretor, † poſthumum pronepotem non fuiſſe nepo-* 2
*ti ſubſtitutum, ſed magis inſtitutum ſub conditione, ſi nepos ſuus hæres præteritus, qui eum præcederet, uiuo teſtatore moreretur.*

Cõtra communẽ opinionem.

*Eſt enim iuris ciuilis elementum, quod paſſim à noſtri iuris præceptoribus ignoratum eſt, † ſolo filio ſuo hærede præterito, teſtamẽtum fuiſſe* 26
*inutile: ſed non ita in aliis ſuis hæredibus obſeruatum: quibus præteritis, nihilominus teſtamentum initio ualeret. Deniq; nepotem teſtamenti tempore ſuum hæredem non debuiſſe inſtitui, nec exhæredari, teſtis eſt Iuſtinianus in princi. inſti. de exhæreda. libero. Idẽ in. l. Maximũ uitium. C. De libe. præte. uel exhæreda. ubi ſcribit, filio præterito, qui eſſet in poteſtate,*

teſtate, inutile fuiſſe teſtamentum, non ita obſeruari ſolitum in aliis ſuis hæredibus, hoc eſt, filiabus, nepotibus, & deinceps cæteris: has etenim perſonas apud ueteres Iureconſultos, & Imperatores uſq; ad ſua tẽpora
27 potuiſſe præteriri: nec † iure ciuili contra teſtamentũ, quo præteriti eſſẽt aliud auxilium habuiſſe, quàm ius quoddam accreſcendi, quod patrem familias non faceret inteſtatum. Hoc & Ioãnes Imo. alibi obſeruauit in.l. Sed ſi in cõditione.§. Nepotes, infra De hære. inſtitu. & in.l. fina. col. fina. infra De cõdi. inſtitu. ubi audenter ſcripſit, exiſtimare ſe, ꝙ nullum Iureconſulti reſponſum ſit, quo probetur, nepotem teſtamẽti tempore ſuũ hæredem habuiſſe iura filij aduerſus teſtamẽtum, quo præteritus fuiſſet. Et quamuis Alex. in.l. Si pater. n.3. C. De iſtitu. & ſubſti. hanc Ioan. Imo. ſententiã ex profeſſo refutauerit, non dubito, quin ueriſſima ſit, & ꝓbari deinceps omnibus debeat. Nã ſi Iuſtinianus refert, hoc ius apud antiquos uſitatũ duraſſe uſq; ad nouiſſimam conſtitutionẽ à ſe promulgatam, non oportet tergiuerſari: ſiquidem in hac parte obſeruatio iuris ciuilis manifeſta eſt: ſecundùm quam, ſolus filius ſuus hæres inſtitui uel exhæredari debuit, ne inutile eſſet teſtamentum. Cæteri autem, qui teſtamẽti tempore ſui hæredes eſſent, præteriri ſine dubio potuerũt, ut in.d. princi.
28 iſti. De exhæreda. libero. uerſi. Sed nõ ita. Poſthumi † uerò liberi, qui agnaſci poſt teſtamentum ſui hæredes poſſent, inſtitui debuerunt, uel exhæ-
29 redari: quia uidelicet generalis erat illa determinatio, quòd † agnatione cuiuſcũq; ſui hæredis teſtamentum rumperetur: nec intererat, ſuus hæres eſſet maſculus, an fœmina, filius, an nepos, textus eſt clarus in.§. Poſthu-
30 mi, inſti. De exhæreda. libero. Hoc eſt, quod ſignificare mihi uiſus eſt † Vlpianus in.l. Certum, in princi. infra titu. 1. quum ſcripſit, CERTVM EST, ADOPTIONE VEL ARROGATIONE FILII FILIAEVE, TESTAMENTVM RVMPI, QVONIAM SVI HAEREDIS AGNATIONE SOLET RVMPI: monſtrauit enim, non minùs rumpi teſtamentum arrogatione filiæ, quàm filij: ſicuti non minùs rumperetur agnatione poſthumæ, quàm poſthumi. d.§. Poſthumi.

Vnius Ioã. Imo. repudiata vulgò opinio, veriſſima.

Noua interpretatio.

Vnde nimia illa ſcrupuloſitas, & iuris ciuilis ſubtilitas erat, meritò hodie abrogata, quòd ſi quis nepotem poſthumũ ſuum hæredem præteriiſſet, eius quidem teſtamentum, nato poſthumo ſuo hærede, continuò rumpe-
31 batur: ſed † ſi idem teſtator denuò teſtamentum faceret, nepotem eũdem utiq; iam natum, & ſuum hæredem poterat præterire. Simili modo nepo-

tes

*teſ iam natos, quos pater ſuus hęres præcederet, inſtituere auus debuit,
aut exhæredare, ꝙ poſthumorum loco eſſent: ideoq; ſi præteriti fuerant,
& uiuo auo, in patris ſui locum ſucceſſiſſent, teſtamētum quaſi agnaſcen-
do rumpebant. §. Poſthumorū autē loco, inſti. De exhære. libe. l. Poſthu
morum, infra titu. 1. Sed ſi poſtquàm ſucceſſione quaſi agnatione, teſtamē*

*Inaudita vulgò opinio.*

*tum aui rupiſſēt, auus noua uoluntate, & ſolēnitate reficeret teſtamētū,* 32
*& refecto teſtamento eoſdem iterum præteriſſet, teſtamentum ualebat.
Tam ſolēnis erat† obſeruatio eius temporis, quo teſtamētum fieret, argu* 33
*mento. §. Nunc de lege Velleia, infra hac. l. & hoc ita cōtinetur in prīci.*

*Noua interpretatio.*

*uerſi. Sed non ita, coniunctis. §. Poſthumi, & §. Poſthumorū, inſti. De
exhære. libe. † quos. §§. nego aliter poſſe intelligi.* 34

*Noua obſeruatio.*

*Sic iure ciuili, qui teſtamentum faceret, ne poſtea inteſtatus fieret, †* 35
*inſtituere potiùs nepotem debuit, qui poſſet fieri ſuus hæres, id eſt, quem
filius præcederet, quàm eum, qui iam locum filij tenebat, & ſuus hæres
erat. Siquidem teſtamentum in ea cauſa erat, ut ſucceſſione, quaſi agna-
tione ſui hæredis, totum ipſo iure rumperetur: nepos uerò ſuus hæres præ-
teritus accreſcendi quoddam ius habebat, de quo in. d. l. Maximum uitiū
C. De libe. præteri. & in. §. 1. inſti. De exhære. libero. ubi Viglius expli
cauit, † quale ius id eſſet.* 36

*Noua interpretatio.*

*Hoc et Caium ſenſiſſe, exiſtimo, † in. l. Inter cætera, infra eo. quū ſcri* 37
*pſit,* INTER CAETERA QVAE AD ORDINANDA TESTAMENTA
NECESSARIO DESIDERANTVR PRINCIPALE IVS EST DE LI-
BERIS HAEREDIBVS INSTITVENDIS VEL EXHAEREDANDIS
NE PRAETERITIS ILLIS RVMPATVR TESTAMENTVM NAMQVE FILIO, QVI
IN POTESTATE EST PRAETERITO, INVTILE EST TESTAMENTVM.
*Filium namq; à liberis diſtinxit, eò quòd ſolus filius ſuus hæres præteritus
inutile faceret ab initio teſtamentum patris: liberi autem poſſent rumpere.
l. 3. §. Ex his, infra titu. 1. Quum tamen dixit, inter cætera, quæ ad ordi
nanda teſtamenta neceſſariò deſiderantur, principale ius eſſe de liberis
hæredibus inſtituendis, uel exhæredandis, non de filia, non de nepotibus
ſuis hæredibus intellexit. Nam & ſi hi per ius accreſcendi teſtamentum
quodāmodò euerterent. d. l. Maximū uitium. C. De libe. præte. non ta-
men † inteſtatum faciebant parentem: ideoq; pręteriri potuerunt, qui nec
iniuſtum teſtamētum facerent, nec rumperent. Quare* LIBERIS, *inter
pretandum eſt, poſthumis, & his, qui loco poſthumorum eſſent, de quibus*

*idem*

*idem Caius in.l. Poſthumorum loco, infra titu. & ita ferme interpretatur Ioan. Imo. & Alexan.in.l. Inter cætera, ut filius præteriri planè non debuerit, quia inutile eſſet teſtamentum: liberi autem, hoc eſt, poſthumi, & qui loco poſthumorum ſunt, inſtitui debuerint, aut exheredari, ne eorum agnatione uel ſucceſſione, teſtamentum rumperetur. Hæc uera eius legis interpretatio eſt: tametſi Rapha. Cuma. inibi, & in repe.l. Si filius qui in poteſtate.n.2. ſupra. hoc titu. Philip. Decius in.l. Poſthumo nato. n.12. C. De bono. poſſeſ. contra tabu. Roderi. Suar. in repet.l. Quoniam in prioribus, in prima amplia. in princi. C. De inofficio. teſta. Vigilius in.§. Alio autem modo. n.2. inſti. Quib. modis teſta. infirmen. & alij uulgò non perſpexerint differentiam, quam Caius palàm conſtituere uoluit inter filiū, & liberos, inter inutile, & quod rumpi potuit teſtamentum.*

Contra Raph. Cuma., Phili. Dec. Rode. Sua. Vigli.

39 *In filia etiam † non reperies tex. probantem, quòd, ea præterita, iniu-* Contra cōmunem.
40 *ſtum eſſet teſtamentum: immo uerò contrarium innuit Iureconſultus † in.l. Qui filium, ſupra Vbi pupil educa. debe. ubi, præterita filia, teſtamētū iure ualuit. Accurſius autem inibi ſuppleuit, exhæredatā fuiſſe filiam: ne alioqui inutile eſſet teſtamentum per tex. quem allegauit in princi. inſti. De exhæreda. libe. Alex. quoq; in. l. Inter cætera. n.2. infra eo. cum Accur. idē ſupplendū cenſuit: & Albert. in repet. l. Si pater. n.28. C. De. inſtitu. & ſubſt. Et tamen tex. in.d. princi. inſti. De exhære. libero. uerſi. Sed non ita, potuiſſet Accurſium contrariam ſententiam, quæ uerior erat, docere: ut nihil diuinādo, concederet, filiam nec inſtitutam, nec exhæredatam fuiſſe. Sic etiam in. l. Hæc conditio filiæ meæ, ubi Pau. Caſtren. & Soci. inſtitutionem ſupplent, & in.l. Filiæ, infra De condi. & demonſtra. l. Vxorem. §. Teſtamento. ij. infra De legat. 3. l. Filiæ, infra De annu. lega. l. Cùm pater impuberi filiæ, infra Ad.l. Falcidi. l. Cùm unus. §. fina. infra De alimen. & ciba. lega. l. Qui filiabus, infra De lega. 1. Et alibi ſæpe Iureconſulti, filia minimè hærede inſtituta, nec exhæredata, ſecurè loquuti ſunt, quaſi teſtamentū ualeret. Andreas autem Sicu. plæraſq; ex his legibus allegās in cap. Raynuntius. n.9. De teſta. ſine iudicio reſoluit, ualuiſſe apud Iureconſultos teſtamentum, in quo filius ſuus hæres nec inſtitutus fuiſſet, nec exhæredatus, ſi tamen ei quouis titulo relictum fuiſſet: eamq; reſolutionem probauit Guiliel. Gallus in repe. eiuſdem cap. in uerb. in eodem teſtamēto relinquens. n.47. referēs, & quidem falsò, Alexandrum in.d.l. Inter cætera, in eadem fuiſſe ſententia.*

Contra Andr. Sicul. & Guilie. Gallum.

Alex. falſò allegatus. tia: qui pro ſua eruditione non hoc ſcriberet contra tex. inibi & .§. Eadē inſti. De hæredita. quæ ab inteſta. deferun. & tex. in princi. inſti. De ex hære. libe. atq; adeo contra totum ius ciuile. Verior itaq; eſt noſtra interpretatio: ut quum † manifeſtum ſit, & receptum, filio, qui fuit in poteſtate præterito, teſtamentum nullius momenti fuiſſe: diuerſum ius fuerit in ſua hærede filia. 41

Noua interpretatio. Ex hoc illa dubitatio proceſſit, de qua † in. l. Poſthuma, ſupra hoc tit. ubi poſthuma ſub conditione hæres inſtituta, uiuo patre nata, eius teſtamentum ipſo iure rumpit, ſi conditio, quum naſceretur, pendebat. Nam & ſi eādem, poſtea quàm nata eſſet, potuit pater non ſolùm inſtituere ſub conditione, ſed etiam omnimodò præterire, agnatione tamen ſui hæredis nō iure inſtituti, teſtamentum rumpi oportuit, iuxta tex. in. §. Poſthumi, ibi, ET IN EO PAR OMNIVM CONDITIO EST, QVOD ET IN FILIO POSTHVMO, inſti. De exhære. libe. l. Certum, in princi. infra titu. 1. 42

Sic & cùm pater filiam ſuam hæredem ſibi inſtituiſſet ſub conditione, ſi nuberet, ueteres ſecurè tractauerunt, conditio quomodò eſſet implēda. Conſtabat enim, teſtamentum ualere, filia ſub omni cōditione hærede inſtituta: quum utiq; ualeret, eadem omnimodò præterita, tex. eſt † uulgò ſimiliter non intellectus in. l. Siquis hæredem. C. De inſti. & ſubſti. ubi Iuſtinianus ita ſcriptum reliquit, SIQVIS HAEREDEM SCRIPSERIT SVB TALI CONDITIONE, SI ILLE CONSVL FVERIT FACTVS, VEL PRAETOR, VEL ITA FILIAM SVAM HAEREDEM INSTITVERIT, SI NVPTA FVERIT, VIVO AVTEM TESTATORE, VEL ILLE CONSVL PROCESSERIT, VEL PRAETOR FVERIT FACTVS, VEL FILIA EIVS NVPTA FVERIT: ET ADHVC VIVO TESTATORE CONSVLATVM QVIDEM, VEL PRAETVRAM ILLE DEPOSVERIT, FILIA AVTEM EIVS A MARITO DIVERTERIT, OMNI VETERVM DVBITATIONE EXPLOSA, SANCIMVS QVANDOCVNQVE IMPLETA FVERIT CONDITIO, SIVE VIVO EO SIVE MORTIS TEMPORE, SIVE POST MORTEM, CONDITIONEM VIDERI ESSE COMPLETAM DAT. IX. CALEND. AVG. CONSTANTINOP. POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS. V V. CC. 43

Noua interpretatio.

Vides hic ſecuram ueterum dubitationem à Iuſtiniano exploſam, quem uero ſimile eſt, nondum eo tempore promulgaſſe nouiorem conſtitutionem l. fina. C. De libe. præteri. quippe quæ lata fuerit. D. CALEND. SEPTEMB.

CONSTAN

CONSTANTINOP. POST CONSVLATVM LAMPADII ET ORESTIS. VV. CC.

44 *Nec cuiquam nouum † uideatur, aut incognitum, ſi Iuſtiniani conſtitutio, qua parte ius antiquum præſupponit, dicatur eſſe abrogata per poſteriorem eiuſdem Imperatoris conſtitutionem, manente eo, quod principaliter agebatur. Nam & hoc quoq; apertè colligitur ex Iuſtiniani. l. Ambiguitates. C. De teſta. coniuncto. §. Ante hæredis, inſti. De lega. Conſtituit Iuſtinianus in. d. l. Ambiguitates, legata, quæ in teſtamento relicta deprehenderentur ante hæredis inſtitutionem, ualere: ſi modò ſcripturæ ordo nõ ex mẽte teſtatoris prætermiſſus eſſet, ſed ex imperitia, uel deſidia tabellionis, uel alterius, qui teſtamẽtum conſcripſiſſet. Nam ſi ex mente teſtatoris ordo ſcripturæ non fuiſſet obſeruatus, præſupponebat, legata ſine dubio nõ ualere, ſecundũ iuris ciuilis antiquã regulã, qua cõſtitutũ erat, legata ãte hæredis inſtitutionẽ inutiliter relĩqui. d. §. Ante hæredis. Itaq; licet eiuſdẽ Imperatoris nouiore conſtitutione, legata utiliter relinquãtur ãte hæredis inſtitutionẽ. d. §. Ante hæredis, nõ idcirco inutilis eſt. d. l. Ambiguitates, qua parte cõſtituit, errorẽ tabellionis, uel alterius, qui teſtamẽtum cõſcribat, teſtãtis uolũtati nõ nocere. Quorum tex. exẽplo, interpretor, licet. d. l. Si quis hæredem, qua parte cum ueteribus præſupponit, filiam ſuam hæredem iure inſtitutã ſub cõditione ſi nuberet, hodie nõ obtineat ſecũdũ ea, quæ poſtea attigemus, obtinere tamẽ, & eſſe utiliſſimã, qua parte principaliter diffinit, cõditio ſi nupſerit, quẽadmodũ impleri debeat. Deniq; hæc interpretatio tam uera eſt, tam plana, ut irritos opinemur ueterũ & nouiorũ labores anxios in. l. Si pater. C. eo. titu. ubi uariis modis eam legẽ accipere tentauerunt, credentes ſecurè, filiam, quæ in patris eſſet poteſtate, non potuiſſe iure inſtitui ſub omni conditione.*

45 *Sed & Vlpianus† in. l. Certum. §. Filia, infra titu. 1. in filia & nepote ſuis hæredibus pariter loquutus ſignificauit, utroſq; à parente præteriri potuiſſe, dum ſentit, potuiſſe dubitari, an teſtamentum, quod, eis præteritis, initio conſtitiſſet, eorũdem emancipatione rumperetur:* FILIA *(inquit)* QVVM EMANCIPATVR, VEL NEPOS, QVIA VNA EMANCIPATIONE EXEVNT DE POTESTATE, TESTAMENTVM NON RVMPVNT. *Quæ uerba me cõtinuo quinquennio diſtorſerunt. Intelligebam enim, Accurſi.. Albe. Barto. Raph. Cuma. Pau. Caſtren. longè abeſſe ab Vlpiani ſententia: qui exiſtimarent, eum dicere, non eſſe nullum parentis teſtamentum, quo liberi emancipati præteriti fuiſſent: quum pro*

Noua interpretatio.

prietas† uerbi, RVMPVNT, non iniuſtum, ſed magis ruptum teſtamentũ 46
exprimeret, ſecundùm ea, quæ idem Vlpianus in eodem tractatu ſcribit.
l.3.§.Ex his.l.Nam & ſi ſub conditione.§.Poſt defectum, eo titu. Item
conſiderabam, non fruſtrà ſeparatos filiam & nepotem à Iurecõſulto, qui
etiam uideretur ad emancipationis tempus reſpexiſſe. Tandem aſſequutus
ſum, Vlpianum, ut oſtenderet artis delitias, ingenio luſiſſe. Quum enim
conſtaret inter omnes, ualere teſtamentum, filia & nepote ſuis hæredibus
præteritis, ſignificauit,† id rumpendũ fuiſſe in ipſo emãcipationis tẽpore 47
(quod nemo crederet) ſi modò tribus emancipationibus de poteſtate exi-
rent: quemadmodum† exibat filius.l.Liberos.§.1. ſupra De capi. diminu- 48
tio.l.fina.C.De adoptio. Meminit Aulus Gell. noctiũ Atticarum lib.
5.cap.19.& Andr. Alcia. Parergõn.lib.4.cap.3. Nam quum† ſingu 49
læ emancipationes, uel eodem die, uel intermiſſo tempore fieri ſolerent, uti
ſcribit Iulius Paulus Recepta. ſententia.lib.2.tit.26. oporteret, filiam uel
nepotem, poſt primam emancipationem, ad poteſtatem reuerti, ut denuò
emanciparentur, ſecũdùm ea, quæ Caius tradit Inſtitu.lib.priore titu.6.
Sic eueniret, ut agnatione ſui hæredis teſtamentũ rumperetur.d.l. Cer-
tum, in princi. idq; ita iuris ciuilis ſubtilitas exigeret, argumento.l.Poſthu
mus, in princi. eo.titu. Sed quia nõ tribus, ſed magis† una emancipatione, 50
exeũt de poteſtate, teſtamentũ non rũpunt. Hæc mihi propria Vlpiani
ſententia fuiſſe uidetur in eo.§.qui alioquin æternùm ſtudioſos torquebit.

Deniq; nepotem, de quo agimus, & potuiſſe præteriri, & præteritũ fuiſſe, noſter Scæuola intellexit in.d.§.Idem credendum, in princi. coniũcto hoc uerſicu. Quid ſi nepos. Tanta etenim arte laboratus ab eo fuit hic tractatus, ut quum hic emancipationis mentionem faceret, & oporteret nepotem non eſſe inſtitutum, quòd aboleri non poſſet inſtitutio per emancipationem, ad duas conceptiones ſe retulit: in quarum priore nepos ſuus hæres erat, ideoq; potuit præteriri. In poſteriore autem, quoniam præteriri non potuit, ſi in patris ſui locum ſuus hæres ſuccederet, reſtrixit ſe ad caſum, quo antequàm in eum locum ſuccederet, uita deceſſiſſet. Et tamen idem Scæuola, quum in tractatu legis Velleiæ hanc eandẽ ſpeciem attingeret filij, nepotis & pronepotis, propoſuit, nepotem inſtitutum fuiſſe, aut exhæredatum: ne aui teſtamentum ſuccedendo rumperet, ſi patri ſuperuiueret.§.Etiam ſi parente, in fine infra hac.l. Ergo emancipationis caſus non eſt diſſimilis in præterito nepote: ſiquidem poſthumus pro-

nepos

*nepos æquè ſuus hæres naſcitur, & eius quaſi non alieni poſthumi procedit inſtitutio. Sic uerbum* INSTITVERETVR, *quo hic uſus eſt Scæuola, quãquàm Accurſius exponat, id eſt, ſubſtitueretur,*† *ego aliter accipio. Relatum enim ad priorem conceptionem. §. præcedentis primam inſtitutionem deſignat conceptam ſub conditione, ſi nepos ſuus hæres (qui præteritus fuerat) uiuo teſtatore auo, mortuus eſſet: relatum uerò ad poſteriorem conceptionem deſignat, ſecundam pronepotis poſthumi inſtitutionem conceptam ſub conditione, ſi ſuus hæres filius (quem fuiſſe inſtitutum, pro conſtanti eſt) uiuo patre teſtatore moreretur. Et ne quis poſthac dubitet, hoc ita Scæuolam intellexiſſe, allego eiuſdem Jureconſulti in hac eadem. l. §. In omnibus,*† *cuius ſenſum Accurſius & alij interpretes aſſequi non potuerunt: ita enim ſcribit,* IN OMNIBVS HIS SPECIEBVS ILLVD OBSERVANDVM EST, VT FILIVS DVNTAXAT, QVI EST IN POTESTATE, EX ALIQVA PARTE SIT HAERES INSTITVTVS: NAM FRVSTRA EXHAEREDABITVR POST MORTEM SVAM. QVOD NON EST NECESSE IN EO FILIO, QVI APVD HOSTES EST SI IBI DECEDAT ET IN NEPOTE CERTE, ET IN PRONEPOTE: QVORVM (SI LIBERI HAEREDES INSTITVANTVR) INSTITVTIONEM NVNQVAM EXIGEMVS: QVIA POSSVNT PRAETERIRI. *Conſtat autem, ſpecies illas principales, ad quas ſe refert Scæuola, priores illas fuiſſe, quas ipſe Gallo adiecit. Igitur nepotis ſui hæredis, aut pronepotis ſimiliter ſui hæredis inſtitutionem dixit, nũquã eſſe neceſſariam, quoniam poſſent præteriri. Idemq́; intellexit de nepote, & pronepote iam natis, qui tempore faciendi teſtamenti non eſſent ſui hæredes: ſi tamen uiuo teſtatore, ante ſuum hæredẽ, qui eos præcederet, uita defuncti eſſent, iuxta. d. §. Idem credendum, in fine. Proinde quum ſcripſit,* LIBERI HAEREDES INSTITVANTVR, *non de filio intellexit, ſed de liberis, ſcilicet poſthumis, de quorum inſtitutione totus hic tractatus eſt. Nam ſi ex nepote ſuo hærede poſthumum pronepotem, ſi ex pronepote ſimiliter ſuo hærede poſthumum abnepotem quis hæredem ſcriberet, nepotem & pronepotem iam natos, eoſdemq́; ſuos hæredes poſſe præteriri docuit: quum ſuorum hæredũ, excepto filio, inſtitutio neceſſaria non eſſet: eſſet autẽ neceſſaria eorum, qui ſui hæredes agnaſci potuerunt, hoc eſt poſthumorũ: ne agnatione ſui hæredis rumperetur teſtamentum. l. Inter cætera, in princi.*

Noua interpretatio.

 infra

*infra. hoc titu. Sic planè intelligo, Iureconſultum de his poſthumis liberis inſtituendis omnimodò ſenſiſſe, qui uiuo teſtatore eſſent concepti: alioquin nec ex Galli Aquilij ſententia, ad quam Scæuola ſuas interpretationes annectit, inſtitui hæredes iure poſſent, iuxta. l. penulti. infra De lega. 1. quiuti* 53
*tationes annectit, inſtitui hæredes iure poſſent, iuxta. l. penulti. infra De lega. 1. quiutiq; † non naſcerentur proauo uel abauo ſui hæredes. l. Titius,* 54
*in fi. cum. l. ſequē. infra De ſuis & legiti. hære. §. Cùm autē, uerſi. Planè inſti. De hæredita. quæ ab īteſta. deferun. quod Petrus Loriot. nō aduertit in tracta. De natiuita. Axioma. XII. ubi Scæuolā loqui intellexit de poſthumis, qui poſt mortem teſtantis concepti fuiſſent.*

Cōtra Petrū Loriot.

EX *his primò colligo † ueram īterpretationē. l. In ſuis, ſupra hoc titu.* 55
*in uerſi.* HAC EX CAVSA, LICET ILLI NON SINT HAEREDES INSTITVTI, DOMINI TAMEN SVNT. *Bar. nāq; putauit inibi. n. 7. ideo eam legem ſub hoc titulo collocatam, ut Iureconſultus Paulus in eo uerſi. rationē redderet, quid eſſet, quòd præterito filio ſuo hærede, teſtamētum ipſo iure infirmaretur: & rationem ex eo deſcendere, quòd rerum dominia continuarentur in ſuum hæredem. Sed equidem manifeſtè oſtendo, impoſſibilem eſſe huiuſmodi interpretationem, quum in omnibus ſuis hæredibus Iulius Paulus loquatur, & in omnes ſuos hæredes dominia rerum cōtinuarentur: teſtamētum autem, ſolo filio ſuo hærede præterito, īiuſtum eſſet. Verius ergo eſt, filium familias à patre inſtituendum, uel nominatim exhæredandum fuiſſe, † non tam quia ſuus hæres eſſet, quàm etiam quia ſuus* 56
*hæres eſſet & filius: quaſi eius fauore ſingulari, id inter alia teſtamenti ſolennia fuerit obſeruādum in princi. inſti. De exhære. libe. ut nō immeritò plæriſq; omnibus Bartoli ratio diſplicuerit.*

*Nec refragatur uerſi. ille, quem Bar. expendit: neq; enim ad præteritionem referendus eſt, ſed (ut ego interpretor) ad meram inteſtati cauſam: quaſi Iureconſultus ſignificauerit idem, quod Iuſtinianus explicuit in. §. Sui autē, uerſi. Vnde etiam, inſti. De hære. quali. & diffe. ubi collegit, †* 57
*ex continuatione dominij procedere, quòd in ſucceſſione inteſtati prima cauſa ſuorum hæredum eſt. Nā ſi uiuo parente iam ſui hæredes erant, & quodāmodo domini, licet eos parēs hæredes nō inſtituat, domini tamē ſūt.*

Noua interpretatio.

*Vnde apparet. d. l. In ſuis, magis illa ratione ad hunc titulum facere, quòd hic agatur de liberis & poſthumis hæredibus inſtituendis, uel exhæredandis. Porrò Iureconſultus in uerſi. Nec obſtat, exhæredandi ſuos hæredes licentiam excuſat: quum utiq; † parentibus liceret,* 58
*ſine*

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

ſine ulla cauſa continuationem dominij impedire, liberos exhæredando: quã
59 uis poſtea † liberi in iudicio de inofficioſo teſtamentum poſſent euertere,
ſi immeritò exhæredati fuiſſent, ut idẽ Paulus tradidit in l. Cùm ratio,
in princi. infra De bonis damna.

60 SECVNDO colligo, planè & propriè intelligendam fore † l. Noua interpretatio.
Suus quoq;, infra De hære. inſti. ubi Vlpianus ſcribit, SVVS QVO-
QVE HAERES SVB OMNI CONDITIONE HAERES POTEST
INSTITVI. SED EXCIPIENDVS EST FILIVS QVIA NON SVB
OMNI CONDITIONE INSTITVI POTEST: ut ſuũ hæredẽ accipia-
mus eum, qui, inſtitutionis tempore, ſuitatis iura haberet: hic enim, quum
61 præteriri potuerit, † non dubiè & ſub õni conditione inſtitui hæres potuit:
62 quæ uera eſt ĩterpretatio † l. 3. §. Si ſub ea, infra De bono poſſeſ. contra
tabu. l. 1. §. Sciendum, infra De ſuis & legiti. hære. ubi nepotes ſui hære-
des ſub omni conditione inſtituti, bonorum duntaxat poſſeſſionem ſecun-
dùm tabulas, exemplo emancipati, habere potuerunt, quia uidelicet teſta
mentum initio ualebat. Quod ita rectè interpretatus eſt Ioan. Imolen. in. l.
fina. col. fina. infra De condi. inſtitu.

Ego ulterius progrediendo interpretor, quòd Vlpianus in. d. l. Suus
quoq;, cùm ſcripſit, excipiendum eſſe filium, nequaquàm intellexit, ſolum
filium in iure ciuili eſſe, qui non poſſet ſub omni conditione hæres inſtitui.
63 Verius enim eſt, † & poſthumã filiam, & poſthumos nepotes, ſed & ne
potes, qui loco poſthumorum ſunt, non debuiſſe ſub omni conditione hære-
des inſtitui: quippe ſi pendente adhuc conditione naſcerẽtur, uel quaſi ag-
naſcendo ſuccederent, teſtamentum ipſo iure euerterent quaſi præteriti,
qui utiq; nõ eſſent rite inſtituti. l. Sed ſi in cõditiõe. §. Nepotes, infra De
hære. inſti. ſecundùm nouam interpretationem, quam in ſequenti parte ex
plicaturus ſum. Argutè igitur ex ſuis hæredibus ſolum filium Vlpianus
excepit, quoniam regula poſthumos, & qui loco poſthumorum eſſent, mi
64 nimè comprehendebat: hi † enim ſui hæredes non ſunt, niſi quum naſcuntur,
uel agnaſcuntur. l. Poſthumo nato. C. De bono poſſeſ. cõtra tabu. §. Po-
ſthumi, inſti. De hæredita. quæ ab inteſta. deferun. Hac deniq; noua tra Noua traditio.
ditione componendam cenſeo controuerſiam, quam in hoc articulo omnes
excitarũt in. l. Si pater. C. De inſti. & ſubſti. ubi Alex. latè. n. 8. Ia
ſon. n. 16. Albertus in repe. n. 257. & nouiſſimè Rode. Suar. in repe. l.
Quoniam in prioribus. C. De inoffi. teſta. in. 4. ampliatio. Quibus

*omnibus impoſſibile uideri debuit, quòd ſuus hæres nepos ſub omni conditione inſtitui potuerit: nepos autem, qui ſuus hæres non eſſet, non potuerit ſub omni conditione hæres inſtitui.*

Noua obſeruatio. TERTIO *colligo, non ſolũ nouo iure, quod Barto. hic .n. fin. ueluti nouũ obſeruat, ſed etiam iure digeſtorum apud Iurecõſultos & omnes ferè Imperatores, † impuberi nec inſtituto nec exhæredato potuiſſe fieri* 65
*pupillarem ſubſtitutionem: quum ſcilicet filiæ uel nepoti, qui teſtamenti tempore locum filij teneret, nec inſtitutis nec exhæredatis parẽs faceret*
Noua interpretatio. *teſtamentum iuxta .l. Cohæredi* †. §. QVVM FILIAE VEL NEPOTI, 66
QVI LOCVM FILII TENVIT, *infra De uulga. & pupilla.*

Contra cõmuné. QVARTO *colligo aduerſus omniũ uulgarem opinionẽ, † edictũ De legatis præſtandis, non ad ſolos emancipatos referri debuiſſe,* 67
*ſed ad eos quoq;, qui eſſent in poteſtate ſui hæredes, hoc eſt, filiã & nepotẽ. Siquidem quum præteriti bonorum poſſeſſionem cõtra tabulas acciperent, & hoc beneficiũ Prætori acceptum referrent, meritò ad eos*
Noua interpretatio. *etiam Prætoris edictum ſpectauit. Hoc ſignificaſſe mihi uidetur † Iulius* 68
*Paulus in .l. Is qui in poteſtate, infra De lega. preſtan. quum ſcribit, eum, qui in poteſtate eſt, præteritum non debere legata præſtare: & ſi bonorũ contra tabulas poſſeſsionem peteret: utiq; qui & non petita bonorum poſſeſsione, inteſtati hæreditatẽ obtineret: intellexit uidelicet, eos demũ ſuos hæredes edicto nõ teneri, quibus, iniuſto uel rupto ipſo iure defuncti teſtamẽto, delata eſſet inteſtati hæreditas, iuxta tex. in prin. inſti. De hæredita. quæ ab inteſta. deferun. Cæterum, qui præteriti obtinere inteſtati hæreditatem non poſſent, accepta contra tabulas bonorum poſſeſsione, exceptis perſonis legata præſtaturos.*

Noua interpretatio. *Hoc in nepote ſuo hærede apertè ſcriptum reliquit † idem Paulus in .l.* 69
*Nihil, infra De coniungen. cum emanci. libe. eius, in hæc uerba,* NIHIL IN HAC PARTE EDICTI CAVIT PRAETOR, VT LEGATA EXCEPTIS PERSONIS NEPOS PRAESTET: SED POTEST SVPERIOR SERMO ET ADHVNC CASVM REFERRI: NAM ABSVRDVM EST, PATREM QVIDEM EIVS LEGATA PRAESTARE: IPSVM VERO PLVS HABERE: QVVM EADEM CONDITIONE IN EANDEM PARTEM VOCENTVR: *ſenſit enim, nepotem ſuum hæredem præteritum, ad aui hæreditatem non potuiſſe admitti quaſi neceſſarium ab inteſtato, quum utiq; teſtamentum ualeret ipſo iure.*

Hoc

70 *Hoc in filia & nepote ſignificauit † non intellectus Imperator in. l. 1. C. De bono. poſſeſ. contra tabu. quum ita reſcripſit,* LIBERI CONTRA TABVLAS PARENTVM POSSESSIONE ADMISSA, SOLIS PARENTIBVS ET LIBERIS LEGATA PRAESTARE SECVNDVM EDICTVM DEBENT. *Accurſius enim & cæteri interpretes mirãtur, cur* LIBERI, *dixerit Imperator, nec adiecerit,* EMANCIPATI: *quoniam conſtabat, ad ſolos emãcipatos edictum pertinere: nec aſſequuti ſunt, liberos etiam, qui in poteſtate eſſent, edicto teneri, quum ſcilicet præteriti, hæreditatem ab inteſtato auferre nõ poſſent. Deniq; d. l. 1. ſi uerborum figuram ſequamur, magis uidetur, ad eos liberos ſpectare, qui eßent*

Noua inter pretatio.

71 *in familia, filiam uidelicet & nepotem ſuos hæredes. Nã quum † præteriti per ius accreſcendi ciuile uenientes, omnibus quaſi teſtamento ſcripti hæredes legata præſtare tenerẽtur. l. Maximũ uitium. C. De libe. præte.*
72 *uel exhære. † admißa bonorum poßeßione contra tabulas prætoria, ſolis liberis & parentibus legata ſecundùm edictum præſtare debuerunt.*

73 QVINTO *colligo, qđ licet † exhæredatio filij familias facta ſub cõditione, nihil ualeret, ꝑinde teſtamẽtũ nullius momẽti eſſet. l. 3. §. Pure,*
74 *ſupra hoc titu. At † exhæredatio aliorũ, qui ſui hæredes eſſent, ualebat, facta ſub cõditione, uti quorumdã fuit opinio, ab Accurſio relata in. l. Si pater in. 2. ſcholio, uerſi. Quid autẽ. C. De inſti. & ſubſti. Nã & ſi pleriq; ões hactenus ĩ ea opinione fuerĩt, ut exiſtimauerĩt, exhæredationẽ cõditionalẽ ꝑinde uitioſã eße, atq; ſi à certa re, uel à ꝑſona, uel poſt mortẽ filij facta fuiſſet: ego cõtrà ſentio, & iuris ciuilis regulæ adhæreo, ut actꝰ,*

Cõtra commune opinionem.

75 *qui purè fieri poteſt, idẽ & ſub cõditione iure fiat: ſic exhæredatio & purè & ſub cõditione rite potuerit cõcipi, quæ enumerata nõ reperiatur in. l. Actus legitimi, ĩfra De regu. iuris. Nec refragat̃ qđ Vlpianus ĩ. l. 3. §. 1. ſupra hoc titu. ita ſcribit,* PVRE AVTEM FILIVM EXHAEREDANDVM
76 IVLIANVS PVTAT: QVA SENTENTIA VTIMVR. *Nã † non eò motus eſt Iulianus (ut ego interpretor) quòd exhæredatio conditionalis in ſe uitium haberet, ſed magis eò, quòd filio ſuo hæredi applicata, ſolennitatẽ iuris non impleret: quemadmodum hæredis inſtitutio ſub omni conditione fieri poteſt: & tamen conſtitit, filium non ſub omni conditione hæredem inſtituendum. §. Hæres, inſti. De hære. inſti. l. Suus quoq;, cum ſimili infra eo titu. Hinc filius inſtitutus ſub conditione, ſi nauis ex Aſia ueniſſet, rite exhæredabatur ſub conditione, ſi nauis ex Aſia non uenißet*

Noua iter pretatio.

 l. Filius

*l. Filius à patre, ſupra hoc tit. l. Si pater, cum ſimili. C. De inſtitu, & ſub*
*ſtitu. Ergo ſi filia, aut nepos, ſub conditione exhæredarentur, puto exhæ*
*redationẽ, quæ uitioſa nõ eſſet, ipſo iure ualuiſſe: niſi forte conditio exhæ*
*redationis talis eſſet, quiſquis mihi hæres eſto, filia exhæres eſto: tũc enim*
*Iulianus ſcripſit, huiuſmodi exhæredationẽ uitioſam eſſe: non tam quia cõ*
*ditionalis foret, quã quia impoſſibile eſſet, poſt aditam hæreditatẽ liberos*
*ab hæreditate ſubmoueri. l. 3. §. Filius, ſupra hoc tit. Deniq; filia uel nepos*
*ſui hæredes, exheredati ſub conditione, ſi nauis ex Aſia ueniret, nõ pro*
*tinus habebãtur pro præteritis: quũ ſi nauis, uiuo teſtatore, ex Aſia ueniſ*
*ſet, ſola illis inofficioſi querela ſupererat, quaſi purè exheredatis.*
*Idem arbitror†, in emancipato filio Iurecõſultos ſenſiſſe: ut ſi eum pa* 77
*ter ſub conditione exhæredaſſet, exhæredatio non fuerit pro non ſcripta,*
*iuxta. l. Non putauit. §. Non quæuis, infra De bono. poſſeſ. cõtra tabu.*
*ſed ualuerit ipſo iure: & tunc demũ †poſſet emancipatus quaſi præteri-* 78
*tus, accipere contra tabulas bonorum poſſeſſionem, quum uel conditio ex*
*hæredationis defeciſſet, uel adhuc penderet. l. Sub cõditione, infra De bo*
*no: poſſeſ. contra tabu. ubi Hermogenes ſic ſcriptum reliquit,* SVB CONDI
TIONE EXHAEREDATVS, CONTRA TABVLAS BONORVM
POSSESSIONEM PETET: LICET SVB CONDITIONE HAERES
INSTITVTVS A CONTRA TABVLAS BONORVM POSSESSIO
NE EXCLVDATVR. CERTO ENIM IVDICIO LIBERI A PAREN
TVM SVCCESSIONE REMOVENDI SVNT. *Et quamquàm ratio à*
*Iureconſulto reddita, quæ ad omnes liberos generaliter pertinet, omnibus*
*iuris noſtri præceptoribus ſuaſerit, exhæredationem liberorum eſſe uitio*
*ſam, ſi concepta eſſet ſub conditione, ego Hermogenis rationem aliter ac*
Noua interpretatio. *cipio. Videtur† enim mihi non ad exhæredationis formã, ſed magis ad ef* 79
*fectum reſpexiſſe: quaſi intellexerit, exhæredationem conditionaliter cõ*
*ceptam, ſi poſt mortem teſtatoris adhuc in eodem ſtatu eſſet, eò quòd*
*penderet conditio, non ſufficere ad remouendos liberos à parentum ſucceſ*
*ſione: quo fermè ſenſu Paulus Iureconſultus dixit in. l. Cùm ratio, infra*
*De bonis damna.* AC NEC IVDICIO QVIDEM PARENTIS, NISI CERTIS DE
CAVSIS SVBMOVERI AB EA SVCCESSIONE POSSVNT. *Nam quum ex eiuſ*
*dem Pauli ſententia in. l. In ſuis, in fine, ſupra hoc tit. conſtaret, ualuiſſe*
*apud Iureconſultos exhæredationẽ ſuorum hæredum, ſine ulla cauſa fa-*
*ctam, eaq; exhæredatione, liberos ipſo iure ſubmoueri ſolitos à parentis*
*ſucceſ-*

80 ſucceſſione, authen. Non licet. C. de libe. præteri. neceſſariò euincitur †, in. d. l. Cùm ratio, dixiſſe Paulum, liberos exhæredatos nõ eſſe in effectu remouendos à parẽtis ſucceſſione, niſi certis de cauſis: quoniã ſcilicet ſine iuſta cauſa exhæredati, de inofficioſo teſtamento agere poſſent, teſtamentũq; & in eo contentam exhæredationẽ reſcinderent: tametſi Pauli mentem aſſequutus non fuerit Franciſ. Ripa in. l. 2. n. 23. infra De uulg. et pupilla nec And. Alcia. Parado. li. 4. cap. 10. Præterea quòd hæc, quam dixi, debuerit eſſe Hermogenis ſententia, coacta ratione comprobari uidetur. Nam ſi hoc ſenſiſſet, incertũ parentis iudicium conditionaliter exhæredãtis, uitioſum fore, conſequens profectò uideretur, illam exhæredationem principiò nullius eſſe momenti, filius, qui poſt mortem meã mihi naſcetur, ſi nauis ex Aſia uenerit, exhæres eſto: nec referret, quòd poſt mortem teſtantis, antequã poſthumus naſceretur, ueniſſet ex Aſia Cõtra Frãciſ. Ripam & Alcia.
81 nauis: ſicuti circa. §. Tutor autem, inſti. De lega. ubi † tutor incertus liberis dari non debet: quoniam certo iudicio debet quis pro tutela poſteritati ſuæ cauere, nemo dicturus eſt, ualere tutoris incerti dationem, & ſi certus fiat, antequàm poſthumus, cui datus fuerat, in lucem prodeat. Planè
82 inter omnes conſtitit, † conditionalem poſthumi exhæredationem initio ualuiſſe: nec rumpendum eſſe teſtamentũ, poſthumi ita exhæredati agnatione, ſi conditio, antequàm naſceretur, extitiſſet. l. 1. §. Si ſub conditione, infra De uentre in poſſeſ. mitten.

Ergo exhæredatio conditionalis per ſe uitioſa non eſt: & quamquàm filius purè fuit exhæredandus. d. l. 3. §. Purè, non tamen hoc in filia uel nepote ſuis hæredibus reperitur expreſſum: quæ ſententia etiã hodie emolumentum habebit, ut infra alibi oſtendemus.

83 SEXTO & ultimò colligo, quòd licet † exhæredari poſſet utiliter filius, ante hæredis inſtitutionẽ. l. 3. §. Filius, uerſi. Ante hæredis, ſu
84 pra hoc titu. at † filia & nepos ſui hæredes, exhæredari utiliter nõ potuerunt, ante hæredis inſtitutionem. Deniq; ſi ea teſtamenti parte exhæredati, uel nominatim, uel inter cæteros fuiſſent, exhæredatio illo ſolo nomine non ualeret, quòd facta eſſet ante hæredis inſtitutionẽ: proinde quaſi præteriti, aut ius accreſcendi ſecundùm leges haberent, aut cõtra tabulas bonorum poſſeſsionem iure prætorio. Quæ ſententia, quãquàm noua ſit, & incognita, probabilis tamen, atq; adeo uera eſt. In audita vulgò opinio.

85 Regula enim iuris ciuilis fuit, qua conſtitutum erat, † ante hæredis in-

ſtitutionẽ

*ſtitutionem legata etiam libertatum inutiliter relinqui: quia ſcilicet teſta*
*menta uim ex inſtitutione hæredis accipiunt. Et durauit hæc obſeruatio*
*uſq; ad ipſum Iuſtinianum, quum ab eo fuerit emendata. §. Ante hæredis*
*inſti. De lega. l. Ambiguitates. C. De teſtamen.*

*Ad hanc regulam reſpiciens Iuſtinus Imperator † in. l. Hac con-* 86
*ſultiſſima. C. Qui teſta. face. poſſ. in cæci teſtamento docuit, ab hæredis*

Interpretatio minimè vulgaris.

*inſtitutione initium eſſe faciendum: mox ſubiunxit,* QVIBVS OMNIBVS
EX ORDINE PERORATIS, PLENVM OBTINEBIT ROBVR TE-
STANTIS ARBITRIVM. *Significauit uidelicet, ſi aliunde, quàm ab*
*hæredis inſtitutione teſtator inciperet, plenum eius arbitrio robur defu-*
*turum: quoniã utiq; nõ ualeret, quod ante hæredis inſtitutionẽ ſcripſiſſet.*

Contra Petrũ, Cynũ, Ricard. à Malũb. Iac. Butr. Albe. Bar. Raph. Fulgo. Decium, Bal. Ang. Aret. Bartholo Vero.

*Vnde Petrus, Cynus, Ricar. à Malũb. Iacob. Butri. Alberi. Bar.*
*Rapha. Fulgo. Philip. Deci. n. 7. in. d. l. Hac conſultiſſima, Bal. in. d. §.*
*Ante hæredis, Ange. Areti. in. §. Cæcus, inſti. Quibus non eſt per-*
*miſſ. face. teſta. Bartholo. Vero. caute. 12º. non rectè interpretati ſunt,*
*teſtamentum cæci ſi aliunde, quàm ab hæredis inſtitutione inciperet, non*
*ualere: quum Imperator ſenſerit quidem, ab hæredis inſtitutione incipien-*
*dum, ne forent inutilia, quæ ante hæredis inſtitutionem ſcriberentur, non*
*tamen idcirco teſtamentum nullius momenti futurum. Rurſus quum Bal.*

Cõtra Bal. Pau. Caſtr. Alexan. & Iaſ.

*Pau. Caſtren. Alex. n. fi. Iaſon. n. 1. in. d. l. Hac conſultiſſima, intelli-*
*gunt, ordinem, de quo inibi, leuioris fuiſſe obſeruationis, & qui præter-*
*mitti potuerit, ideoq; cæci teſtamentum ualere, & ſi is ordo minimè fuiſ-*
*ſe obſeruatus, decepti in eo uidentur, quòd non perſpexerunt, † obſerua-* 87
*tionẽ illam non poſſe uideri leuẽ, qua omiſſa, infirmarẽtur plæraq; omnia,*
*quæ ante hæredis inſtitutionẽ teſtator diſpoſuiſſet. Nõ perſpexerũt, eiuſ*
*modi ſolennitatem per id tempus non omni ratione deſtitutam fuiſſe, argu*
*mẽto. §. Ante hæredis, inſti. De lega. Itáq; hodie, ſi res ex facto agitet,*

Contra cõmunẽ opinionem cũ Specula. & alijs.

*nemo dubitet reſpondere, † cæci teſtamentum per omnia firmũ eſſe: licet* 88
*maximè cæcus á legatis uel tutelis initiũ teſtandi feciſſe dicatur, uti ſecu-*
*rius docuit Specula. titu. De inſtrumen. editio. § Vt autem, & reſpondit*
*in facti quæſtione Iaſon conſi. 26. lib. 1. Nã hoc teſtamẽtum ſemper apud*
*Iureconſultos, ſemper apud Imperatores ualuit: quãquã non ualerent quæ*
*ante hæredis inſtitutionem ſcripta inuenirentur. Hodie uero ea pars con*
*ſtitutionis, in qua Iuſtinus præſupponebat ueterẽ iuris regulam, iam nõ*
*obtinet per. §. Ante hæredis inſti. De lega. ut & Viglius interpretatur*

in. §.

*in. §. Cæcus. n.: & 3. inſti. Quib. non eſt permiſſ. face. teſta. quomodò*
*etiam neceſſariò debent accipi duæ Iuſtiniani leges. l. Ambiguitates. C.*
*De teſta. l. Siquis hæredem. C. De inſtitu. & ſubſti. in quibus præſuppo*
89 *nitur ius antiquum, quod poſtea fuit abrogatum. Deniq; † Partitæ. l. 4.* Partitæ Caſtellana lex non exactè cõpoſita.
*titu.: Parti. 6. non uidetur mihi, iuſtè trãſlata eſſe ad uerbũ ex d. l. Hac*
*conſultiſſima: uerba etenim ſonãt, incipiendũ eſſe ab hæredis inſtitutione,*
*quod Iuſtino Imperatori neceſſe fuit docere: non fuit autem neceſſe, idem*
*doceri. l. Parti. quum iam ueteris iuris regula eſſet antiquata. Nec crebri*
*ori doctorum ſententiæ exiſtimãtium, non ualere in propoſita ſpecie cæci*
*teſtamẽtũ, multũ adſtipulabitur quod Iuſtinianus ſcribit in. d. §. Cæcus,*
CAECVS *(inquit)* NON POTEST FACERE TESTAMENTVM, NISI
PER OBSERVATIONEM QVAM LEX DIVI IVSTINI PATRIS
90 NOSTRI INTRODVXIT. *Nã (ut ego interpretor) † illis uerbis ea* Noua interpretatio.
*obſeruatio exprimitur, ſine qua Iuſtinus pater intellexit, cæcum teſtari*
*non poſſe: planè omiſſa ordinis obſeruatione cæcus apud Iuſtinũ teſtari*
*potuit: quamuis deberet potiùs ordinẽ ſequi, ne plærunq; nihil ageret ante*
*hæredis inſtitutionem.*

*Ex hac eadem regula illud etiã in pupillari ſubſtitutione obſeruaba* Noua opinio.
91 *tur, † ut priùs quis ſibi hæredem ſcribere deberet, deinde filio ſubſtituere,*
*& non conuertere ordinem ſcripturæ: ex quo Iulianus putabat, priùs ſibi*
*debere, deinde filio ſubſtituere: cæterum ſi ante filio, & deinde ſibi teſta*
*mentum faceret, non ualere. Quam ſententiã reſcripto Imperatoris fu-*
*iſſe cõprobatam, ſcribit Vlpianus in. l. 2. §. Prius, infra De uulga. &*
*pupil.* ET MERITO *(inquit)* VNVM ENIM TESTAMENTVM EST: *quæ* Noua interpretatio.
92 *ratio † noſtram interpretationem mirè exprimit. Nam ſiquis diceret, ſub*
*ſtitutionem pupillarem eſſe propriũ ipſius impuberis teſtamentũ, ideoq;*
*legata quidem in tabulis pupillaribus relicta ante hæredis inſtitutionẽ,*
*inutiliter relinqui, ſecundùm regulam. d. §. Ante hæredis: cæterũ poſſe*
*teſtantem ab ea hæredis inſtitutione incipere, huic Vlpianus reſpondit,*
*patris & filij unum eſſe teſtamentum: caput huiuſce unius teſtamenti,*
*inſtitutionem eſſe hæredis, quem pater ſibi ſcriberet. l. 1. §. Subſtituere,*
*eo titu. propterea debere teſtatorem priùs ſibi, deinde filio hæredẽ ſcri*
*bere. Et hoc ita ſenſiſſe mihi uidetur Vlpianus: tametſi eius ſententiam*
*interpretes aſſequuti non fuerint.*

*Ex eadem regula fluxit & illud, quod idem Vlpianus cõmuniter nõ*

*intellectus*

Vlpianus vulgò non intellectus. intellectus docuit ✝ in.l.1.infra De hære.inſti.eũ ſcilicet, qui teſtaretur, 93
plærunq; ab hæredis inſtitutione incipere debere: ne alioqui, nihil ageret ante hæredis inſtitutionem. Nam quũ dixit, PLAERVNQVE, mõſtrauit, hanc eſſe regulam, quæ tamen aliquo caſu falleret: porrò caſus, in quo ſe fellit regula, ✝ exhæredatio fuit nominatim facienda: ita enim eodem in 94
loco ſubiunxit, LICET ETIAM AB EXHAEREDATIONE QVAM NOMINATIM FACIT NAM DIVVS TRAIANVS RESCRIPSIT, POSSE NOMINATIM ETIAM ANTE HAEREDIS INSTITVTIONEM FILIVM EXHAEREDARE. Accurſius autem & uulgò alij tã in.d.l.1. quàm etiã in.l.3.§.Filius, uerſi. Ante hæredis, ſupra hoc tit. & in.l.2.§. Prius, infra De uulga. & pupil. minimè intellexerunt, uerſari in exhæredatione ius ſingulare, ut quanquàm cætera omnia nihil ualerẽt, quæ ãte hæredis inſtitutionem ſcriberentur, ſecundùm ueterem iuris regulam, exhæredatio tamen exciperetur: quod Rapha. Cuma. in.d.l.1. unico uerbo expreſſit. Verùm ille nullam huiuſce rei rationem potuit reddere: cui difficile uideretur, libertates ſummè fauorabiles ante hæredis inſtitutionem datas, non ualuiſſe d.§. Ante hæredis: ualuiſſe autem exhæredationes odioſas.

Nouaratio Ego autem conſidero, ✝ ſolidam differentiæ rationem fuiſſe, quòd iuris 95
antiqui regula non ſinebat, incipere teſtamentum ab acceſſionibus, quæ ex hæredis inſtitutione penderent, & omiſſæ teſtamentum nõ infirmarent: à capite enim, & fundamento teſtamenti incipiendum fuit. §. Ante hæredis. Deniq; ſi teſtator libertates & legata ãte hæredis inſtitutionẽ reliquiſſet, teſtamentũ incipere uidebatur ab hæredis inſtitutione: quum pro nõ ſcriptis haberentur ea, quæ ante hæredis inſtitutionem ſcripta deprehendebantur. Sed quum exhæredatio filij nominatim facta, teſtamenti quoq; fundamentum ſit: & licet maximè pendeat ex hæredis inſtitutione, rectè etiam dicatur, hæredis inſtitutionem ex ea pendere, quòd remota exhæredatione, præteritoq; filio, teſtamẽtum nullius momenti ſit.l. Inter cætera, infra hoc titu. meritò reſcriptum eſt, ab ea exhæredatione teſtamentum incipere poſſe. Nam ſi pro non ſcripta haberetur, nec quidẽ teſtamentũ ab hæredis inſtitutione, quæ non ualeret, incipere uideretur. Hæc autem ratio ad exhæredationẽ nominatim faciendam refertur: unde Vlpianus rectè in ſola filij exhæredatione nominatĩ facta loquutus eſt: qui non æquè idem potuiſſet ſcribere in exhæredatione filiæ & nepotis ſuorum hæredũ. 96
Nã quum præteriri poſſent, ✝ exhæredari quoq; inter cæteros potuerunt.l.

Maximum

De exhære.libe. Deniq; uerum mihi uidetur, quod aſſerui, exhæredationẽ uidelicet filiæ, & nepotis ſuorum hæredum, quæ inter cæteros aut nominatim facta eſſet ante hæredis inſtitutionem, non ualuiſſe, ſecũdùm ueterem iuris regulam: à qua huiuſmodi ſpecies non reperitur excepta, nec poteſt tacitè uideri excepta. Et hoc Vlpianus idẽ ſignificare mihi uiſus eſt in l.3.§.Poſthumos, uerſi. Vnde & ante hæredis, infra titu.1. uti latiùs in ſequenti parte circa eum.§.explicaturus ſum.

97 HODIE tamen Iuſtinianus † haſce ſuorum hæredum differentias noua conſtitutione ſuſtulit, imitatus legem XII. tabularum, quæ ad ſucceſſionem inteſtati parentis, omnes tam maſculos, quàm fœminas, tam filios, quàm nepotes ſimiliter uocauit. Imitatus quoq; eſt Prætoris edictum, qui omnes liberos tam maſculini, quàm fœminini ſexus per uirilem ſexum deſcendentes, ad bonorum poſſeſſionem Vnde liberi, & contra tabulas, in totum inuitauit. Demq; ſanciuit, omnes ſuos hæredes ſimilibus uerbis honorandos eſſe, omnes ſimili uerborum conceptione, hoc eſt, nominatim exhæredandos fore. l. Maximum uitium. C. De libe. præteri. uel exhæreda.§.Sed hæc quidem, inſti. De exhære.libe.

VNde primò colligitur, poſſe dubitari, an ſi hodie pater ita teſtamẽto ſcripſerit, Te autẽ filia ideo exhæredaui, quoniã luxurioſam uitã degere uoluiſti, exhæredatio ritè facta uideatur. Modeſtinus enim in l. Qui uolebat, infra De hæredi. inſti. ita ſcripſit, QVI VOLEBAT FILIAM EXHAEREDARE, ITA TESTAMENTO COMPREHENDIT, TE AVTEM FILIA IDEO EXHAEREDAVI QVONIAM CONTENTAM TE DOTE VOLVI. QVAERO, AN EFFICACITER EXHAEREDATA SIT? MODESTINVS RESPONDIT, NIHIL PROPONI CVR NON ES-
98 SET VOLVNTATE TESTATORIS EXHAEREDATA. Quo loco † Noua interpretatio.
Iureconſultus, quum de uoluntate patris minimè dubium foret, & de uolũtatis efficatia conſuleretur, non dubitauit, quin uoluntate patris exhæredata uideretur: quaſi in filiarum exhæredatione ſufficeret uolũtas patris exhæredare uolentis, ſi modò uerba huiuſmodi uoluntatem utcũq; ſignificarent. Et puto, nõ idem tam ſecurè reſponſurum fuiſſe in filio, qui nominatim, ſolennibusq; uerbis exhæredandus eſſet, argumento. l.3.C. De libe. præteri. ubi Iuſtinianus ab illa uerborum conceptione, ILLE FILIVS MEVS ALIENVS MEAE SVBSTANTIAE FIAT, exhæredatum filiũ, non uerò præteritum intelligi uòluit: quaſi de hoc inter ueteres Iuris prudentes

*dentes controuerſia fuiſſet. Secundùm quod, cùm hodie in filij & filiæ exhæredatione forma eadem ſeruanda ſit, in propoſita quæſtione dubitabitur, an fortaſſis illa uerba, Te autem filia uel fili ideo exhæredaui, quoniam &c. ad præteritionem cum cauſa factam referenda ſint: & uerbũ exhæredaui † pro eo accipiatur, atq; ſi dixiſſet, hæreditatẽ non reliqui,* 99
*argumẽ. l. Ex facto, ibi,* EXHAEREDARET*, infra De uulga. & pupilla. & eorum, quæ tradit Bar. in. l. Filio præterito. n. c. infra titu. 1. ſic teſtamentum nullius momẽti eſſet, ſecundùm receptæ glo. auctoritatẽ in authẽ. De hæredi. & falci. §. Exhæredatos colla. i. Sed tamen melius eſt, communem opinionem doctorum ſequi, qui in. d. l. Qui uolebat, & in hoc. §. eã legem generaliter acceperunt: quum & uoluntas patris per hanc interpretationem conſeruetur, & teſtamentum defendatur, uitandaq; ſit legum correctio, argu. d. l. 3. De libe. præteri. l. Si pars iudicantium, ſupra De inofficio. teſta. cap. Cùm expediat, De electio. lib. 6.*

*SEcundò colligitur, poſt. d. l. Maximum uitium, omnes ſuos hæredes †* 100
*utiliter exhæredari potuiſſe, ante hæredis inſtitutionem, etiam priùs quàm noua conſtitutione idem Iuſtinianus ſanxiſſet, ſcripturæ ordinem in teſtamentis non eſſe obſeruandum. §. Ante hæredis, inſti. De lega. quoniam uidelicet eorum exhæredatio nominatim facta teſtamentum confirmaret ad filij exemplum. l. 1. cum ſupra nota. infra De hære. inſti.*

*TErtiò colligitur, † filiam & nepotem ſuos hæredes non poſſe hodie* 101
*exhæredari ſub conditione: quemadmodum nec filius olim potuit, quẽ purè exhæredandum Iulianus ſcripſit. l. 3. §. Purè, ſupra hoc titu. Denique ſi quis hodie teſtamento filiam aut nepotem ſuos hæredes ſub conditione aliqua exhæredauerit, adiecta legitima cauſa, iuxta authen. Non licet. C. De libe. præteri. reſpondebitur, exhæredationem non rite factam eſſe: proinde teſtamẽtum, quaſi præterito ſuo hærede, ab initio non conſiſtet: Nec intererit, conditio exhæredationis uiuo teſtatore extiterit, an non extiterit: tametſi contrarium eſſet iure antiquo, ſecundùm ea, quæ ſupra oſtendimus.*

*QVartò colligitur, quòd † hodie filia & nepos præteriti, ſi bonorum* 102
*poſſeſſionem contra tabulas acceperint, regulariter non tenebuntur edicto De legatis præſtandis: cùm utiq; & remota bonorum poſſeſſione contra tabulas, inteſtati parẽtis hæreditatem ipſo iure acquirant, argu. l. Is qui in poteſtate, in princi. infra De lega. præſtan. Quæ*

*ſententia*

ſententia utilitatem habet circa inſtitutionem cõiunctarum perſonarum, de qua in.l.Filium.§.Sed etiam portio, infra De lega. præſtan. hæc etenim in propoſita ſpecie non conſeruabitur. Nãq; legata, fideicõmiſſa, & cætera per authen. Ex cauſa.C.De libe.præte. nouo iure conſeruantur.

QVintò colligitur, quòd licet filiæ uel nepoti præteritis potuerit olim parens facere ſubſtitutionem pupillarem in teſtamento, quod iniuſtũ
103 non erat, hodie contrà erit. Nam † non ualebit ipſius parentis teſtamentum, quod præcipuè in hæredis inſtitutione conſiſtit. §. Ante hæredis, inſti. De lega.l.1.§.Quinetiam, infra De hære.inſti.ualebit tamẽ pupillaris ſubſtitutio, argumen. authen. Ex cauſa, ubi ita ſe habet cõmunis opinio.C.De libe.præte.

104 SExtò colligitur, filiam & nepotem ſuos hæredes † hodie non rite inſtitui ſub conditione, quæ non ſit in eorum poteſtate: niſi in defectum eiuſmodi conditionis, legitimè exhæredentur. Nam ſi olim ſub omni cõditione inſtitui potuerunt, illud ideo, quoniam & præteriri omnimodò potuerunt: nec eorum inſtitutio, ſicut nec exhæredatio, certam formam habuit, qua omiſſa, præteriti uiderentur. Ergo hodie nemo dubitauerit, quin Vlpiani quatuor reſponſa, quibus præcepit, nepotem ſuum hæredem ſub omni cõditione rite inſtitui, iam non obtineant. ſ.l. Suus quoq;, in princi. l. Sed ſi in cõditione.§.Nepotes, ĩfra De hære. inſti.l.1.§. Sed et ſi nepos, infra De bono.poſſeſ.contra tabu.l.1.§.Sciendum, infra De ſuis & legiti.hære.ut rectè docet Ioan.Imo.in.l.fina.in fi.infra De condi. inſtitu. tametſi Nouiores in.d.l. Si pater, de hoc immeritò dubitaſſe uideantur.

Et erit hæc utiliſſima collectio, ſi uerum eſt, quod multis auctoribus
105 placuiſſe uideo, † teſtamentum uidelicet, quò ſuus hæres filius inſtitutus ſit ſub conditione, quæ in eius arbitrio non ſit, etiam hodie, quaſi eodẽ filio præterito, non ualere, iuxta.l. Si pater, cum ſimili.C.De inſtitu.& ſubſti.Idq; ſenſiſſe Accurſius uidetur in.d.l. Suus quoq;, in uerb. conſtat: & probauit Azo, Iacob. Are. Iacob. Rauẽ. Petrus à Bella perti. Guiliel.à Cune.Rayne. Forliui.Rofre.Cynus, Odofre, Oldr. Albe. Bal. Ang. Bened. de Plumb. Anto. Butri. Chriſtopho. Caſtellio. Rapha.Fulgo.Rapha.Cuma.Franciſ.de Rãpo.& Domini de Rota: quos omnes nominatim allegauit Bartho.Soci.conſi.97.&.98.lib.3. eorũ opinionem, ueluti magis cõmunem ſequutus. Quinetiam Alber.Barbe. in repe.d.l. Si pater.n.180.reſoluit, hanc ſententiam receptiorem eſſe: quã

& Philip.

& Philip. Deci. inibi pe. col. ueriorem eſſe credidit. Sed tamen fauorabilior eſt Bar. opinio in. d. l. Suus quoq;. & in. d. l. Si pater, exiſtimãtis, teſtamentum ualere, argumento. l. Quoniam in prioribus, &. §. Cùm autẽ, l. Scimus. C. De inoffi. teſta. quam probauiſſe Accurſ. uidetur in. d. l. Si pater, in. 2. ſcholio, in fi. & probauit Rycar. à Malũb. Saly. Pau. Caſtren. Ioan. Imolẽ. quos retulerunt & ſequuti ſunt Alex. n. 9. Ias. n. 19. in. d. l. Si pater, ubi Ioan. Faber in eadem opinione fuit, & Onofri. Ioan. de monte Sperel. Ioan. Bapt. de Sancto Seueri. quos retulit idem Soci. conſi. 254. n. 1. lib. 2. ſcribens, ab hac opinione, nec iudicando, nec cõſulendo, recedendum fore. Areti. quoq; in. d. l. Si pater, col. 2. in hanc ſententiam uidetur iuiſſe: quem retulit, & ſequutus eſt. Curti. Iuni. conſi. 14?. n. 9. Lance. etiam Deci. in. d. l. Si pater, in fi. hanc opinionẽ, quaſi magis cõmunẽ probauit, & Iacob. de Sancto Georg. n. 14. teſtatus, hoc ex facto ſe obtinuiſſe per tres ſententias conformes. Et ſecundùm hanc opinionem reſpondit Bened. de Bened. conſi. 40. in princi. & quaſi ueriorẽ opinionem iudicantibus & conſulentibus eligendam eſſe cenſuit Matthe. Matthaſi. in tracta. De electio. uerioris opinionis in princi. n. 4. & eſſe magis cõmunem, agnouit Philip. Deci. in. d. l. Si pater, col. pe. & Rode. Suar. in repe. d. l. Quoniam in prioribus, in. 1. amplia. ubi allegauit duas Parti. leges, quibus opinionem Bar. comprobari intellexit. ſ. l. 17. titu. 1. Parti. 6. quæ tamẽ parum facit. Item. l. 11. tit. 4. Parti. 6. Et ſanè meliùs facere mihi uidetur. l. 9. in fi. eiuſdem titu. apertè enim diſponit, teſtamentũ ualere: quod, & ſi ſenſerit, non apertè explicauit. d. l. 11. in eo ſatis dura, quòd contra iuris communis æquiſſimam rationem conſtituere uidetur, filium ſub conditione inſtitutum in maiore portione, quàm ſit legitima, poſſe habere etiam quod ſibi ultra legitimã portionem datum eſt, quanuis cõditio defecerit, quæ in eius non erat poteſtate.

Partitæ lex dura.

Huic Bar. opinioni conſequens erit dicere, quòd ſi ſuus hæres alicuius inſtituatur ſub conditione, quæ in eius poteſtate non fuerit, nec in defectũ eius conditionis rite ſit exhæredatus, teſtamẽtum tamen defendatur: quoniam legitimam portionem quaſi purè datam, ipſo iure acquiret, remota ſcilicet conditione. In reliqua hæreditate conditio obſeruabitur, ſi modò cohæredem habuerit, aut ſubſtitutum, ad quos poſſit ea res pertinere. Nã ſi nec cohæredem habuerit, nec ſubſtitutum, ex aſſe parenti hæres exiſtet, ſpreta omnimodò conditione.

nepos,

*Erit tamen quando ſuperior collectio utilitatem habeat, ſi uidelicet nepos, aut filia inſtituti proponãtur ſub turpi aliqua conditione. Credetur*
106 *enim, † id teſtamentum nullius eſſe momenti, iuxta ſingulare Pauli reſponſum in.l.Filius, infra De cõdi.inſti. Nec utemur hic ſuperiore Bar. ſentẽtia, uti crebrius receptum eſt: tametſi de receptiore hac opinione non immeritò dubitauerint Alber. Barbe.in repe.d.l. Si pater.n. 192. & adhibito maiore iudicio, Rode. Suar. in repe.d.l. Quoniã in prioribus. 8. limita.*

ALTERA DIFFICVLTAS SVPEREST *quæ uulgò reputata eſt priore maior: quum tamen multò minor cẽſeri*
107 *debuerit. Ea eſt, quòd † emãcipationis caſus ſecundùm ius ciuile, potuit uideri non diſſimilis eſſe morti: æquè enim poſthumus utroq; caſu ſuus hæres naſcitur. At per Prætorem non poteſt emancipatus mortuo comparari: qui utiq; inſpecta naturali cauſa, quòd ex liberis eſt, admittendus uideatur per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, uti Accurſ. hic ſentit.*

108 *Planè † emancipationis caſus apud Prætorem quoq; morti poſſet cõparari, ſi cauſa naturalis nõ incurreret: ut putà in ſpecie.l. Poſthumus, in principi. infra titu.1. in qua Prætor bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas ſcriptis hæredibus pollicetur, ſi poſthumus præteritus, uiuo teſtato*
109 *re natus, ante ipſum decedat. Nam quum idem recipi queat, † ſi qui natus eſt poſthumus, poſtea deportatus eſſet uiuo patre, argumen. noſtri. §. tradit Guiliel. Gallus in repe. cap. Raynuntius, in uerb. in eodem teſtamẽto n.226. De teſta. nec tamen bonorum poſſeſſio poſſit induci, ſi præteritus poſthumus, à teſtatore poſtea eſſet emancipatus: admittendum tamen per*
110 *interpretationem uidetur, † ut ſi quis extraneus loco nepotis arrogatus ſit, & defuncto poſtea filio, qui pater uidebatur, quaſi agnaſcendo, adoptiui parentis teſtamentum ipſo iure ruperit, iuxta.l. Filio. §.1 ſupra hoc titu. & deinde ab adoptiuo patre emanciparetur, teſtamentum iure ciuili ruptum*
111 *ſuſtineatur ex bono & æquo: quòd † æquitas.d.l. Poſthumus, per interpretationem ſit adiuuanda, ſecundùm glo. & quod inibi Alex.n.2. in.l. Si à primo, ſupra hoc titu. & poſſit ad emancipatum perduci, quod in mortis caſu admiſſum eſt, ſi uerſetur utrobiq; ratio eadem, argumento noſtri. §. Porrò in propoſita ſpecie, emancipationis caſus morti debet comparari, etiam apud Prætorem. §. Minus ergo iuris, uerſi. Adoptiui, in ſti. De hæredita. quæ ab inteſta. deferun.*

*Secundùm quod, ſi nepos, de quo Scæuola hic agit, adoptiuus fuiſſet,*

nulla eſſet difficultas: quoniam poſt teſtamentum emancipatus, nullam haberet bonorum cõtra tabulas poſſeſſionem, qui neque ciuili iure, nec prætorio poſſet admitti ad hæreditatem hominis penitus extranei. Sed quum Gallus Aquilius in filio, Scæuola in nepote, ſecuri loquantur, non dubiũ eſt, quin propriùs de naturalibus intellexerint: & abſurda eſſet interpretatio, quæ huiuſmodi cõceptiones ad liberos adoptiuos coarctaret. Habuit igitur emancipatus nepos contra auiti teſtamenti tabulas bonorum poſſeſſionem: qua accepta, reſciſſoq; teſtamento, inducti à Scæuola caſus inanes reddi uidentur.

Hanc difficultatẽ quum in filij perſona Doctores tractarẽt, Paulus Caſtren. hic col. 3. ſcripſit, utilem nihilominus eſſe hanc Scæuolæ cõceptionẽ. Quia licet præteritus poſſit uenire per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, hoc ita intelligendum eſt, ſi intra annum ueniret: nam ſi annus utilis tranſijſſet, poſthumus totum haberet. Quòd ſi dicatur, ſi poſthumus natus totum habeat, habiturum quoq; per eum ipſius poſthumi parentem iure patriæ poteſtatis: quum etiam hoc tempore bona aduentitia filius familias patri quæreret: reſpondit Caſtren. potuiſſe poſthumum differre immixtionem, quouſq; ſui iuris factus eſſet, & tunc acquiſiturum ſibi, nõ uerò patri ſuo: aliàs fatetur contrarium per. l. Qui in aliena, §. Interdum, infra De acquiren. hæredita. Idemq; probauit cum Paulo Caſtren. unus ex his, qui ad Barto. additiones conſcripſerunt. Sed

Cõtra Pau. Caſtren. hic Caſtrẽſis duplici errore labitur. Primùm enim falſò docet, nepotem, qui in patris recideret poteſtatem, ab auo inſtitutum potuiſſe hæreditatis emolumentum ſibi quærere, ſi eo tempore ſe auitæ hæreditati immiſceret, quo iam ſui iuris factus eſſet. Nam † & ſi mortuo teſtatore, natũ infantẽ 112
ex continenti pater emãciparet, iuxta. l. Iubemus. C. De emancipa. libe. lex tamen celeriùs hæreditatem infanti delatam, propriam ipſius patris feciſſet iure poteſtatis. d. §. Interdum. Abolita eſt enim Petri, & Iacob. Bal. & Ange. ſentẽtia in. l. fina. infra De conditio. inſtitu. exiſtimantium, in hac ſpecie non eſſe locum regulæ. l. Placet, infra. De acqui. hæredi. uti Bar. Ioan. Imolen. 4. col. & ipſe Caſtren. fi. col. uſtiùs docuerunt in eadem. l. fina. Deniq; ius abſtinendi, & immiſcendi in ipſo patre magis quàm ĩ filio reſideret, ſecũdùm ea, quæ poſt alios Are. explicat in d. §. Interdũ. nota. 1. Unde & † Accurſius notãdus uidetur in. §. Quidã 113
rectè, fina. ſcholio uerſi. Sed quidã dicũt. ſupra hac. l. ubi ꝓpoſuit, quòd filium

*filium & nepotem iam natum hæredes teſtamento feci: & quo caſu uideor ambos ex partibus hæredes inſtituiſſe, ſcribit, nepotem potuiſſe ſibi portionem hæreditatis quærere, ſi poſt mortem meam emancipatus fuiſſet: quod Rapha. Cuma. inibi. n. 6. falſum eſſe dicit. Nam quum filius (inquit) ſtatim patrem ſuum neceſſarium teſtatori hæredem feciſſet. d. §. Interdum, emancipatio poſterior nihil faceret quæri filio, ſicuti & in legato accideret. l. Si poſt diem. §. fina. infra Quando dies lega. cedat: facit. l. fina. uerſicu. Argumento, infra De condi. inſtitu. Eadẽ quoq; ſententia Ioan. Imolen. fuit. 2. col. aſſerentis, patri omnimodò portionem filij quærendam per. d. §. Interdum: niſi ante mortem teſtatoris filius ſui iuris effectus fuiſſet. Et ſanè gl. opinio nullatenus probari poteſt, ſi inducatur tex. in. d. §. Interdum: quod Iaſ. nõ aſſequitur in. d. §. Quidã rectè, n. 17. Sed tamẽ exquiſita ratione poſſet defendi Accurſius contra Rapha. Cuma. & Ioann. Imolen. quaſi intellexerit, ad eam ſpeciem non eſſe* Cõtra Iaſ. Accurſij opinio defẽditur exqſita ratione.

114 *inducendum tex. † in. d. §. Interdum, qui propriè accipiendus uideatur, quũ filius, qui præcedebat, exhæredatus fuiſſet. Nam ſi filio ex parte hæredi inſtituto, nepos ex alia parte cohæres adiectus fuiſſet, tunc aditionem eſſe neceſſariam, quò fieret acquiſitio hæreditatis: proinde & iuſſu patris nepotem aditurum, uti Alexan. & Iaſon, uterq;. n. 6. magis probant. in. d. §. Interdum: pro quibus grande afferet præiudicium Accurſii ſententia in. d. §. Quidam rectè, ad hunc modum inducta. Quoniã utiq; Rapha. Cuma. & Pau. Caſtren. in. d. §. Interdum, in hac etiã ſpecie, in qua filius & nepos ex partibus ſimul hæredes inſtituuntur, contẽdunt, eidem. §. locum fore, ut ſimiliter ſine ulla aditione, ſine patris iuſſu portio hæreditatis acquiratur ipſo iure: quod fortaſſis uerius eſt. Alter Caſtrenſis error ſequitur: qui quum alioqui perſpicuo iudicio ut plurimùm uſus fuerit, mirum eſt, quòd non animaduertit, hunc poſthumum, de quo agimus, non potuiſſe in patris poteſtatem recidere. Quam ob rem non debuiſſet præſentem inſpectionẽ onerare argumento acquiſitionis, quæ fieret ratione patriæ poteſtatis. Nec hic inducendus erat. §. Inter-* Cõtra Caſtren.

115 *dum. l. Qui in aliena, infra De acquir. hæredita. quum appareat, † poſthumum in propoſita ſpecie ex nepote, antequàm is emanciparetur, conceptum fuiſſe, qui proauo ſuus hæres naſcitur, & ſui iuris naſcitur. Alioquin, ſi ex emancipato conceptus fuiſſet, in illius quidem poteſtate naſceretur: ſed utiq; proauo legitimus hæres ex teſtamento eſſe non poſ-*

*ſet iuxta. l.penult. infra De legat.1. ut qui alienus omnino eſſet poſthumus.§.Poſthumo,uerſi.Eſt autem,inſti.De lega.Ergo quum Scæuola in poſthumo,qui ſuus hæres naſceretur, ſine dubio loquatur, ita interpretandum eſt, ut tota proaui hæreditas pronepoti poſthumo, qui ſui iuris natus eſſet, quæreretur ipſo iure, ſi emancipatus nepos contra tabulas bonorum poſſeſſionem aut repudiaſſet, aut omiſiſſet. Quoniam tamen inutilis fere conceptio eſſet, ſi eius utilitas in eo duntaxat conſiſteret, ꝙ emancipatus repudiare potuit, aut omittere cōtra tabulas bonorum poſſeſſionē ſibi utiliſſimam, alia utilitatis ratio exquirēda eſt: nec enim hæc propoſitam dubitationem poteſt abſoluere.*

Caſtrenſis reſolutio repudiata.

*Alij igitur auſi ſunt ſcribere, denegandam fore in propoſita ſpecie bonorum contra tabulas poſſeſſionem emācipato, quód ſe ipſe excluſerit, quo tempore non inuitus á patre emancipatus eſt. Idq́; Angel. hic uoluiſſe fertur: quem Ioā.Crottus.n.51.& Lācelo.Galiau.n.37.allegauerūt. Et tentarunt hoc idem dicere Iaſ.hic.n.50. Socinus quoq; in repe.l.1.n.31. uerſi.Circa octauam, infra De uulga.& pupilla. Sed quum hi præſuppōnat, inſtitutum eum, qui emācipatione ſe ab hæreditate excluſit, non ſolū cum Bar.& aliis falſó aſſumunt, inſtitutionē emācipatione euaneſcere, ſed etiam iniuſtiſſima ratione argumentātur, † filiū á parentis hæreditate* 116 *remouendū. Præterea hallucinati non uiderunt, ea ſomnia apertè cōuinci per hunc tex.etiam communi ſenſu acceptum. Nam ſi Iureconſultus hic de emancipato nepote agit, quem præteritum fuiſſe, omnes legunt in poſteriore conceptione.§.præcedentis, quo colore potuerūt in præterito nepote cauſari, ideo bonorum poſſeſſionem contra tabulas eum amittere, quód ſe emancipari ab auo paſſus eſſet?*

Cōtra Angel. Socin. Iaſ. Ioan. Crot. Lance.Galiau.

*Poſt hos Lance.Galiau.n.37.ſcripſit, nondum hoc tempore emancipatos á Prætore cognitos fuiſſe: ideoq; nullum Scæuolæ factum negotium ex contra tabulas bonorum poſſeſſione, quam emancipati liberi agnoſcere nequirent. Sed hoc leuiſſimum eſt: ſiquidem ueroſimile eſt, † hoc* 117 *edictum, quo Prætor emācipatos uocauit, perpetuum fuiſſe & antiquū, atq; adeo inter Prætorum initia compoſitum. Certe cōſtat, ante Iulianum perpetui edicti ordinatorē, quem noſter Scæuola refert in.§.Ille caſus, infra.hac.l.emancipato præterito dari ſolere cōtra tabulas bonorum poſſeſſionem.l.Saluius.l.Si emancipato, infra De lega.præſtan.l. Sed & ſi deceſſerit, infra De bono.poſſeſſ.contra tab. & alibi paſſim.*

Cōtra Lāce.Galiau.

*Nouiſſimè*

Nouiſſimè Alciatus Parado. lib. 2. cap. 9. ut hāc difficultatem tolleret, quæ omnes uexat, bonorum poſſeßionis contra tabulas, qua accepta intellexit, nepotem in effectu excludi, Scæuolam ſcribit, eo caſu loqui, quo priùs filius, deinde nepos emācipatus ante teſtatorē moriantur: ſic etenim pronepotem poſthumum inſolidum admitti, quum bonorum poſſeſſio cōtra tabulas defuncto nepoti decerni nequeat. Sed hæc īterpretatio mihi haud quaquam arridet: ſiquidem mortis & emancipatonis ſimilitudo arguit, ſi nepos emācipatus eßet, nec uiuo teſtatore moreretur, poſthumi pronepotis inſtitutionem procedere: quoniam proauo non minùs ſuus hæres naſceretur, quàm ſi nepos uita deceſſiſſet. Deniq; negari non poteſt, † quin nepos, qui in priore conceptione teſtamenti tempore ſuus hæres erat, deinde emancipatus eſt, in poſteriore autem, emancipatus fuit, antequàm filius decederet, deinde in eius locum quaſi nepos ex liberis proximus ſucceſſit, bonorum poſſeſſionem agnoſcere potuerint contra tabulas auiti teſtamenti. Cōtra Alcia.

118

Quomodò igitur hunc nodū diſſoluemus? Nam ſi bonorū poſſeſſio contra tabulas potuit agnoſci, ī æternum (inquit Iaſon. n. 50) nō procedet hic §. Nepos in effectu excludetur, ſecundùm Alcia. Res deuoluetur ad inteſtati cauſam, uti Charo. Rui. n. 51. & Fortu. n. 133. conqueruntur. Sic in

119 terpretatio Scæuolæ ad nihilum redibit. Nam nemo unquam dubitauit, † poſthumos liberos, qui ſui hæredes naſcerentur, ad inteſtati parentis hæreditatem iure ciuili potuiſſe admitti, remota Galli Aquilij formula.

EGO AVTEM hunc uerſiculum, & Scæuolæ auctoritatem planè defendo: cuius conceptiones utiles fuerunt, & ſi maximè emancipatus nepos bonorum poßeſſionem contra tabulas accepiſſet: nam non

120 propterea res ad inteſtati cauſam rediret. Didici enim, † quòd & ſi contra teſtamenti tabulas bonorum poſſeſſio acciperetur, teſtamento tamen regulariter locus eſſe potuit. Idq; Marcellus ſentit in. l. Ita tamē. §. Marcellus, infra Ad ſenatus cōſ. Trebel. quum ſignificat, poſt acceptam cōtra tabulas bonorum poßeßionem, adhuc teſtamentum ualere, & ex eo hæreditatem poſſe adiri. Hoc apertiſſimè ſcribit Vlpianus in. l. Virilis. §. Si adierit, infra De lega. præſtan. & argutè dilatauit Tryphoninus in l. Filium, infra De bono. poſſeſ. contra tabu.

Vnde primò colligo intellectū † ad tex. in princi. inſti. De hæredi. quæ ab inteſta. deferū. ubi Iuſtinianus ait, inteſtatū decedere, eū qui teſtamētū

 non fecit,

non fecit, aut non iure fecit, aut id, quod fecit, ruptum, irritùm ue factum eſt: ut ruptũ intellexerit, agnatiõe aut ſucceſſione ſui hæredis, uel perlata inofficioſi teſtamenti querela: non uerò ſi accepta eſſet contra tabulas bonorum poſſeſſio etiam ante aditam hæreditatem. Nam paterfamilias nondum deceſſiſſe inteſtatus diceretur, cuius utiq; teſtamentum poſſet adhuc irritum fieri, repudiante ſcripto hærede, poſſet & cõfirmari, eodem adeunte: nec ſine effectu, quoniam & ſi ſcriptus hæres nihil laturus eſſet ex hæreditate, cuius integrum emolumentum bonorum poſſeſſoris foret: at is, adeundo, † confirmaret directas libertates teſtamento relictas. d. l. Virilis. §. Si adierit, infra De lega. præſtan. & exhæredationes. d. l. Filium, infra De bono. poſſeſſ. contra tabu. & eadẽ ratione tabulas pupillares, & tutelas. Sic † beneficium ſcripti hæredis in adeundo, uel repudiando, potuit eſſe uenale. d. l. Filiũ. Deniq; bellè Fulgoſ. ſcriptum reliquit in l. Filio. §. Contra tabulas, in fine ſupra De inoffi. teſta. † accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, † reſcindi quidem teſtãtis iudicium. l. 1. infra De lega. præſtan. ſed non utiq; teſtamentum. Et hæc ita Bart. rectè intel lexit in. l. Illud, in prin. infra De bono. poſſeſſ. contra tabulas: & frequentiùs noſtri iuris præceptores, uti conſtat ex Alex. reſolutione. in. l. 1. C. De bono. poſſeſ. contra tabul. liber. n. 2. & Iaſ. in. l. Vt liberis. n. 15. C. De colla. 122 123 124

Cõtra Accur. Bald. Ang. Areti. Iaſ. Philip. Dec.

Igitur non rectè Accurſius in. d. princi. inſti. De hæredi. quæ ab inteſta. deferun. & in. d. l. Illud, & in. d. l. Vt liberis, credidit, inteſtatum fieri patremfamilias, ſi ante aditam hæreditatem bonorum poſſeſſio contra tabulas acciperetur. Quod etiã Bal. probauit in. l. fina. col. fin. uerſic. Iuxta hoc quæritur. C. Vnde legiti. & in tracta. de ſubſtit. capit. De pupilla. ſubſti. n. 15. & Angel. Aret. in. d. princi. inſti. de hæredita. quæ ab inteſta. deferun. Iaſon quoq; in. l. Poſthumo nato. n. 34. C. De bono. poſſeſ. contra tabu. Philip. Deci. in. l. Filiæ dotem. n. 3. & in. l. Vt liberis. n. 21. C. De collatio. Et hic quidem contra ueram & receptam opinionem, ſine iudicio auſus eſt latiùs inſiſtere, contendens, accepta contra tabulas bonorum poſſeßione, rem ad inteſtati cauſam deuolui. Motus eſt argumento. l. Non putauit. §. fin. infra De bono. poſſeſ. contra tabul. & l. Filium. §. Legata, ibi, MERO IVRE INTESTATO HAERES EXTITIT, eo. titu. quæ leges nihil pro eius ſententia faciunt. Nam. in. d. l. Non putauit. §. fina. † dicitur quidẽ ꝓpoſitũ Prætoris eſſe, cũ bonorũ poſſeſſionẽ 125
contra

*contra tabulas dat, eas partes unicuiq; liberorum tribuere, quas, inte-*
*ſtato patre mortuo, in hæreditate eſſet habiturus. Nec tamen Iurecon-*
*ſultus ſentit, ab inteſtato ſuccedi, ſed magis per bonorum poſſeſsionem*
*contra tabulas, quæ non eſt inteſtati ſucceſſio. l. Filiæ dotem. C. De*
*colla. l. Filium. §. Videamus, uerſicu. Quia & ſi frater, infra De bono.*
126 *poſſeſ. cōtra tabu. Iam tex. in eadem. l. Filiũ †. §. Legata, tam malè acce-* Cōtra Iaſ. & Deci.
*ptus eſt à Decio, quàm ab Iaſone in. d. l. Filiæ dotem. n. 4. qui ſimiliter cre*
*didit, illis uerbis probari, accepta contra tabulas bonorũ poſſeſſione, rẽ*
*ad inteſtati cauſam reduci. Nec uiderunt impoſſibile eſſe, ſi Iureconſultus*
127 *† hæredẽ diceret ipſo iure extitiſſe, qui nõ iure ciuili hæres, ſed per Præ*
*torem bonorũ poſſeſſor fieri poſſet. §. Quos aũt Prætor, inſti. De bono.*
128 *poſſeſ. tametſi Cæſares aliquando † impropriè loquuti, hæredes pro bono*
*rum poſſeſſoribus appellarunt in. l. i. C. Vnde libe. Deniq; illa uerba Tri*
*phonini planè referenda ſunt ad filium ſuum hæredẽ, qui inteſtato patri*
*hæres extitiſſet, irrito teſtamento, ut inibi Accurſius accepit: uel etiam*
*iniuſto, ſi præteritus fuiſſet. Nam & ſi contra tabulas bonorum poſſeſſi*
129 *onem præteritus acciperet, nõ dubitamus, eum † ab inteſtato rem habere*
*l. Si duo, infra De lega. præſtã. nõ tamen eò quòd accepta bonorũ poſ-*
*ſeſſio patrem inteſtatũ feciſſet, ſed magis eò quòd non iure facto teſta-*
*mẽto, inteſtati patris hæreditas filio præterito delata eſſet, ſimul & quæ*
*ſita, argumẽ. tex. in princi. inſti. De hęredita. quæ ab inteſta. deferũ. con*
*iuncto. §. Qui ſunt in poteſtate. l. . infra Si quis omiſſa cauſa teſta.*
130 *Sic tandem apparet, Leonẽ Imperatorem † in. d. l. Vt liberis. C. De*
*colla. nõ ſatis propriè inter ſucceſſiones inteſtati bonorum poſſeſſionem*
*contra tabulas numeraſſe: qui tamen largo (ut aiunt) modo eam poſſeſſi-*
*onem, quæ ſuccedendi ius contra teſtamentum haberet, inteſtati potuit*
*appellare.*

131 SECVNDO *colligo intellectũ † ad tex. in. §. Sũt autẽ, inſti. De*
*bono. poſſeſ. ubi Iuſtinianus docet, duas eſſe ex teſtamẽto bonorũ poſſeſ*
*ſiones. Primam, quæ preteritis liberis competeret, uocareturq; contra*
*tabulas: ſecundam, quæ omnibus iure ſcriptis hæredibus dari ſoleret,*
*uocareturq; ſecundum tabulas: alias autem eſſe ab inteſtato bonorum*
*poſſeſsiones, quarum prima eſſet Vnde liberi. Videtur enim intellexiſſe,*
*bonorum poſſeſſionem contra tabulas ex teſtamento eſſe, non ſolùm*
*quia ſine teſtamento, contra quod daretur, competere non poſſet,*

*ſed etiam, quia regulariter ea poßeſſio cum teſtamento ſimul cõcurreret, quod & poſt acceptam poſſeſſionem confirmari utiliter potuit, ſecundũ ea, quæ proximè oſtendimus.*

*Sic non dicetur, teſtati & inteſtati cauſam concurrere: quum utiq; contra tabulas bonorum poſſeſſio ex teſtamento ſit, & teſtamenti cauſam cõtineat: quod Philip. Deci. minimè eſt aſſequutus in.l. Vt liberis.n.21. in fine.C.De colla.*

Cõtra Philip.Dec.

Noua obſeruatio.

*Vnde & † Prætor ĩtellexiſſe uidetur, legata nec coniunctis quidẽ per* 132
*ſonis eſſe præſtanda, in mera inteſtati ſucceßione, id eſt, cùm emancipatus bonorũ poßeßionem Vnde liberi neceſſariò accepißet, ut puta in caſu.l.i. §.fi.infra Si teſta.tabu.nullæ exta. At ubi cõtra tabulas bonorũ poſſeſſionem emancipatus acciperet, quoniam ea poſſeßio cauſam teſtamenti cõtineret, & ſcriptus hæres, ſi adiiſſet, legatariis omnibus ipſo iure eſſet obligãdus.§.Hæres, cũ ſimili inſtitu. De obliga.quæ ex quaſi contra.naſcun.idem Prætor æquiſſimum putauit, tranſlato hæreditatis emolumẽto in bonorum contra tabulas poſſeßorem, teſtantis iudiciũ conſeruare circa ea, quæ coniunctis perſonis reliquiſſet. Quòd ſi ſcriptus hæres hæreditatem repudiaſſet, aut inſtitutionis conditionem, quæ in ipſius erat poteſtate, implere noluiſſet, apparebat quidem, teſtamentum iure ciuili irritũ eſſe: ſed tamen hoc Prætori imputandum meritò fuit: uiſum enim eſt, reſpectu bonorum poſſeſſionis contra tabulas, hæredem ſe teſtamento abſtinuiße. Quare & † hic quoq; Prætor emancipatum uoluit, accepta con-* 133
*tra tabulas bonorũ poſſeſſione, exceptis perſonis legata præſtare.l. Filiũ §.fina.infra De bono.poſſeſ.contra tabu.l.4.l. Itẽ à ſubſtituto, infra De lega.præſtan. Ergo † & ſi is, ut edictum fraudaret, cõtra tabulas bono* 134
*rum poſſeſſionem priore loco delatam repudiaſſet, & ad inteſtati cauſã trãſiuiſſet, hoc eſt, ad Vnde liberi bonorum poſſeſſionem, quæ irrito teſtamento deferebatur, Vlpianus in.l. Qui autẽ.§. Hoc edictum, infra Si quis omiſſa cau.teſta.huic calliditati occurrẽdũ putauit: ita enim ſcripſit, †* 135
HOC EDICTVM ETIAM AD CONTRA TABVLAS BONORVM POSSESSIONEM PERTINERE MAGIS DICENDVM EST SCILICET VT QVI ACCIPIENDO CONTRA TABVLAS BONORVM POSSESSIONEM LIBERIS PARENTIBVSQVE LEGATA PRAESTARET SI OMISERIT BONORVN POSSESSIONEM ET AB INTESTATO POSSIDEAT HÆREDITATEM COGATVR EA

PRÆSTARE

PRAESTARE QVAE PRAESTARET SI CONTRA TABVLAS BONORVM POSSESSIONEM ACCIPERET: *quo ſenſu eum.§. acceperunt Iacob. Albe.Rapha.Cuma.imbi. Ego noto, quòd Vlpianus edictũ, Si quis omiſſa cauſa teſtamenti, ad propoſitam ſpeciem illa ratione induxit, quoniam ſcilicet edicti uerba hoc patiebantur: quum bonorum poſſeſſio cõtra tabulas ad teſtamenti cauſam reſpiceret. d.§. Suntautem.* Noua interpretatio.

136 TERTIO *collígo, plæroſq; uulgò errare,† qui doceãt, emãcipatũ, accepta contra tabulas bonorum poßeſſione, teſtamentum, quo præteritus eſt, reſcindere: mox reſciſſo teſtamẽto, ſuccedere ab inteſtato per bonorũ poßeſſionẽ Vnde liberi: quod Cynus tradidit ĩ.l. Certũ, fina.col. C.Vnde legiti. Ange.l. Illud infra De acqui. hære. Paulus Caſtrẽ. in.l.i.ĩ princi.C.De inoffi.teſta.Ias.& Philip.Deci.ĩ Rub. C.Vnde libe. & ueluti inauditã ſententiã defendere, tẽtauit Alcia. Parado.lib. 4.cap.14. ſequutus Philip.quendã Caſſulã in Rubr.De teſta. Nã ſi accepta cõtra tabulas bonorũ poſſeſſione, poteſt nihilominus ex teſtamẽto, quod nõ eſt ruptũ, hæreditas adiri, neceſſariò euĩcitur, in ea ipſa bonorũ* Cõtra Cynũ, Ange. Pau. Caſt. Iaſ. Philip. Deci. Alcia. cũ communi.
137 *poßeſſione emolumẽtũ eſſe ſuccedẽdi: quũ† bonorũ poßeſſio Vnde liberi, ab inteſtato cõpetens induci non poſſit: ne teſtati cauſa cũ inteſtati cauſa concurrat, aduerſus regu.l. Ius noſtrum, & quod inibi Philip. Deci.n. 9. infra De regu. iuris. Hoc probatur in.l. Filium, & in.l. Cùm emancipatus, & in.l. Si in adoptionem.§. Exemplo, infra De bono.poſſeſ.cõtra tabu. & eſt non ſolùm uerius, ſed etiã receptius: quod Bal. apertè ſcripſerit in repe.l. Pater filiũ, col.5. Supra De inofficio.teſta. ſenſerit Bar. in.l.3.§. Si cauſa cognita.n.3. infra De bono.poſſeſ. Pau. Caſtren. in.l. Filio.§. Contra tabulas, ſupra De inoffi.teſta. & ex profeſſo Ioan.Imo. in.l. Si filius qui in poteſtate, col. penul. ſupra hoc titu. & hîc quoq; fina. col. Philip. Corne. in.l. Filiæ dotem.n.fina.C.De colla. & quaſi frequẽtiùs receptum probauerit Alex.n.13. poſt Rapha. Fulgo. in.l. Certum. C.Vnde legiti. Deniq; huius receptæ ſententiæ potuit (ut mihi uidetur) ſufficiens eſſe argumentum, ipſa bonorum poſſeſſionis definitio, de qua*
138 *in.l.3.§. Bonorum, infra De bono.poſſeſ. Siquidem† omnis bonorũ poſſeſſio, quæ ius tribuit, haud dubiè diffinitur: & tamen dicitur eſſe* IVS PERSEQVENDI, RETINENDIQVE PATRIMONII: *ergo bonorũ poßeſſio contra tabulas patrimonij perſequutionem continet, & annexam ſucceſſionem habet.*

*Vnde*

*Vnde ſequitur, quòd licet, ubi † filius teſtamentum patris nullius mo- 139
mẽti eſſe dicit, facti quæſtio ſit, an hoc ipſo, pro hærede gerere uideatur
(poteſt enĩ alia capi coniectura ſecũdùm ea, quæ tradit Salyce. in. l. Suus
hæres. n.2. C. De repudi. hæredita. & Ioan. Imolẽ. in. l. Filio præterito,
col.21. uerſi. Cõtra iſtam, infra titu.) at uerò † in eo, qui contra tabulas 140
bonorum poſſeſſionem agnouit, nulla eſt facti quæſtio: ſiquidem patris
ſucceſſionẽ euidenter agnouit, nec cõiectura alia capi poteſt. Quod Pau.
Cõtra Pau. Caſtrẽ. & Ang. Caſtren. nõ ſatis ĩtellexiſſe uidetur in. d. l. Filio præterito, col.2. nec An
gel. in. d. l. Suus hæres, relatus inibi à Philip. Corne. ante. n.2. quum hæc
quæ diſſimilia ſunt, eiuſdem conditionis eſſe putauerunt. Quare & quum
idem Caſtren. uulgò recepus docuit in. l. Si filius qui in poteſtate. col.2.
ſupra hoc titu. & in. l. Poſthumo nato, col.3. C. De bono. poſſeſſ. con-
tra tabu. † bonorum poſſeſſionem contra tabulas, quæ filio ſuo hæredi 141
datur, idem habere, quod & ius dicendi, nullum eſſe teſtamentum, iure
ciuili conceſſum: eò enim pertinere, ut teſtamentum, nullius momenti
eſſe declaretur, etiam iure prætorio, notandum eſt, ſi bonorum poſſeſſionẽ
cõtra tabulas filius familias acciperet, pro hærede eum geſſiſſe. l. Puberẽ
C. De iure deliberan. Si uerò petijt, ut teſtamentum declaretur eſſe inu-
tile, in re quidem dubia, magis probãdum uideri, geſſiſſe eum pro hærede:
ſed tamen uoluntatis eſſe quæſtionem.*

*QVARTO colligo expeditã rationẽ †. §. fina. l. Ex duobus, infra 142
De uulga. & pupil. ubi habetur, reſciſſo teſtantis iudicio per bonorũ
poſſeſſionem contra tabulas, non reſcindi tabulas pupillares. Cu
ius rei eam eſſe rationem, Bar. & cõmuniter Doctores crediderũt in. d.
. l. Ex duobus. §. fina. quòd † pupillaris ſubſtitutio utilitatem filij im- 143
puberis contineret. l. Ex tribus. C. De inofficio. teſta. l. Si pupillus
paterna, infra De acquiren. hæredita. enimuerò † ea, quæ liberorum
utilitatem habent, conſeruari illis ſolent, ex edicti ſententia De le-
gatis præſtandis. Cui receptæ ſententiæ conſequens prima facie ui-
deretur dicere, ſubſtituto pupillari bonorum poſſeſſionem ſecundùm ta
bulas eſſe neceſſariam, quam † regulariter non poſſet agnoſcere ultra cen- 144
tum dies, argumen. l. 2. §. Planè, eo. titu. Sed & conſequẽs eſſet, pupillarẽ
ſubſtitutum nõ omnibus legata in ſecundis tabulis relicta præſtaturum,
ſed exceptis duntaxat perſonis, argu. l. Filium.. §. fina. infra De lega. præ
ſtan. Præterea ex eadem recepta ratione, illud ſequeretur, quòd ſi hæredi*

*tatem*

*tatem patris, imminente bonorum poſſeſſione cõtra tabulas, ſcriptus hæres repudiaſſet, ſubſtitutio nihilominus pupillo conſeruaretur ex edicto, quod in hac ſpecie locum habere ſolet.l.4.ĩfra De lega.præſtan. Et tamẽ hæc omnia falſa ſunt, quoniã falſa quoq; ratio eſt, ex qua procedũt.*

*Quippe uerius eſt, ſubſtitutionem pupillarem ualere, licet maximè cõtra tabulas patris petita ſit bonorum poſſeſſio: non quidem ſuperiore ratione, ſed magis illa, quòd non idcirco ruptum eſt teſtamentum. Nam ſi hæreditas adita erat, quum accepta fuit bonorum poſſeſſio, apparet, teſtamentum, & eius cõfirmationem iure ciuili durare: quia hæredis aditio nõ reſcinditur, & habet ſubſtitutio pupillaris unde pendeat, quum inteſtatus pater familias nõ deceſſerit. Si uerò ante aditam hæreditatem petita ſit bonorum poſſeſſio, & poſtea adita ſit hæreditas, non minùs confirmatur ea aditione ſubſtitutio pupillaris, quàm exhæredatio, de qua in.l. Filium, infra De bono.poſſeſ.contra tabu. Deniq; licet Prætor effectu & utilitate euacuet teſtamentum patris, quò bonorum poſſeſſorem conſtituat hæredis loco.l. Cùm emancipatus, infra De bono.poſſeſ.contra tabu. ſic nudum tantũmodò hæredis nomẽ ſcripto hæredi relinquat, quod nec aufert nec impedit: hoc tamen propoſitum Prætoris ceſſat circa ſubſtitutum pupillarem, cui non patris hæreditas emancipato quaſi debita conceditur, ſed impuberis, quæ alia eſt. Vnde & pupilli teſtamentum ipſo iure durat: nec effectu, aut utilitate euacuatur, uti Bal. Ange. & Areti. rectè explicarunt in.d.l. Ex duobus.§.fina.* Contra cõmunẽ traditionem.

146 *Ergo † id pupilli teſtamentum ſine Prætoris auxilio cõſeruatur, & legata ex eo omnibus præſtanda ſunt.d.l.Filium.§.fina.infra De lega. præſtã. Nec eſt neceſſaria pupillari ſubſtituto bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas, qui mero iure hæreditatem impuberis adire poſſit ex ſubſti*
147 *tutione. Super uacua † quoq; eſt atq; adeo inepta, illa edicti inductio De legatis Præſtandis: quum ſi ſcriptus hæres paternum teſtamentum,*
148 *hæreditatem repudiando, faciat irritum, ſubſtitutio † quoq; pupillaris fiat irrita, ut eſt auctor Bar.in.l. Et ſi contra tabulas, in fine, infra De uulga. & pupilla. Alex.n.11. Iaſ.n.:. in.d.l. Ex duobus.§.fina. eo titu. Qui minimè aduerterunt, pugnare hanc ſententiam cum edicti inductione De legatis preſtandis, quod Prætor, etiam repudiata hæreditate ex teſtamento, locum habere uoluit.l.3.§.fina. cum.l.ſequen. infra De lega. præſtã. Et quanquàm Raph. Fulgoſ.in.l. Papinianus.§. Sed nec impuberis* Cõtra Bar. Alex. et Iaſ.

*rís.n.4.ſupra De inoffi.teſta.quum animaduerteret, in hac ſpecie ſubſti*
*tutionem pupillarem iure ciuili eſſe irritam, ſubtiliter tentet dicere, ſubſti*
*tutum pupillo ſeruandum fore ex edicto De legatis præſtandis, & iure*
*honorario dandam eidem bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas pupil-*

Cõtra Rapha. Fulg.

*lares, ego † in contraria opinione ſum: quoniam edicti uerba hanc ſpeciem* 149
*non comprehendunt, & Prætoris quoq; ſententia ceſſare uideatur. In-*
*duco ad hoc Vlpiani reſponſum in.l. Filium.§.Omnibus, &.§.Non ſolũ,*
*in princi.infra De lega.præſtan.ubi ſcripſit, † denegandum eſſe perſonæ* 150
*exceptæ, quidquid ex eo edicto conſeruari ſolet, ſi ea perſona contra tabu*
*las bonorum poſſeſſionem petierit. Ergo ſubſtiutio pupillaris, quatenus*
*pupilli utilitatem continet, non cõſeruatur ex edicto: quum utiq; † eius ſub-* 151
*ſtitutionis emolumentum non denegetur pupillo, qui contra tabulas bonorũ*
*poſſeſſionem petijt.l. Et ſi contra tabulas, infra De uulga. & pupilla.*

Noua interpretatio

QVINTO *colligo intellectum † ad.l. Cùm in adoptiuis, in princi.* 152
*C.De adopti.ubi Iuſtinianus ſic ſcribit,* CVM IN ADOPTIVIS FILIIS, QVI FILIIFAMILIAS CONSTITVTI A PATRIBVS IN ADOPTIONEM DANTVR, ANTIQVAE SAPIENTIAE INCIDAT QVAEDAM DVBITATIO, SI OPORTET TALEM FILIVM, QVI PRAETERITVS A NATVRALI PATRE FVERAT, HABERE CONTRA EIVS TESTAMENTVM DE INOFFICIOSO ACTIONEM, QVAM PAPINIANVS QVIDEM NEGAT, PAVLVS AVTEM SINE EFFECTV DERELIQVIT *&c. Accurſius enim & alij uulgò actionem de inofficioſo pro bonorũ poſſeſſione contra tabulas accipiunt, eò quòd præteritis querela non daretur. Sed ego non dubito, quin uerba corrũpi non debeant, & Iuſtinianus idem, quod ſcripſit, ſenſerit. Veteres enim dubitare non potuerunt de bonorũ poſſeſſione contra tabulas, quam non competere, liquidò conſtabat.§. Eadem, inſti. De hæredita.quæ ab inteſta.deferun. de inofficioſi querela dubitabant, quæ præteritis dari ſoleret.l.5.§.1.l. Pater filium, & quod ibi no. ſupra De inoffi. teſta. & Papinianus eam negabat. Iulius autem Paulus eã ſine effectu dereliquit. Sine effectu enim querela inofficioſi uidebatur huius filij, qui*
*ab inteſtato, non quaſi filius, † ſed ex ultima demum parte admitti poßet,* 153
*unde cognati uocaretur.§. Admonẽdi, inſti. De hæredi.quæ ab inteſta.*
*deferũ. quum ſcilicet inofficioſi querela † ius ſuccedendi non habeat, ſed* 154
*rem ſimpliciter ad inteſtati cauſam reducat.l. Poſthumus.§. Siquis ex*

*his*

*his ſupra De inoffi. teſta. enimuerò bonorum poſſeſſio contra tabulas non eſſet ſine effectu: quoniã utiq; ſuceſſionis ius tribueret, re ad inteſtati cau ſam non reducta. l. Non putauit. §. In adoptionẽ, cum ſimi. infra De bono.*
155 *poſſeſ. cõtra tabu. ubi † filius in adoptionem datus, ſi à patre naturali uel ex minima parte hæres eſſet inſtitutus, commiſſo edicto, bonorum poſſeſſionem contra tabulas utiliter accipiebat, & cum aliis liberis ſimul admittebatur. Sic apparet, tex. in. d. l. Cùm in adoptiuis, in bonorũ poſſeſſione contra tabulas nõ poſſe intelligi, ſed in querela: ut etiã rectè accepit Philip. Corne. in. l. Filiam, in princi. C. De collatio.*

*SEXTO & ultimò colligo, quòd in his Scæuolæ ſpeciebus, licet maximè emancipatus nepos feſtinaſſet, & antequàm inſtitutus poſthumus naſceretur, bonorum poſſeſſionem contra tabulas aui intra annum accepiſſet, teſtamento tamen omnimodò locus erat futurus. Nec enim Præ-*
156 *tor emancipato bonorum poſſeſſori integram hæreditatem, ſed † ſemiſſẽ duntaxat concederet: alterum ſemiſſem naſcituro poſthumo reſeruaret, cùm quia ex teſtatoris liberis eſſet, & pro uirili conſeruatur inſtitutio liberorum, accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, ſecundùm edictũ De legatis præſtandis. l. Filium. §. Sed etiam portio, infra De lega. præſtan. Tum etiã quia poſthumus pronepos ex his liberis eſſet, qui præteriti contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipere potuerunt. l. 1. §. Sed & ſi poſthumus, infra De coniungen. cum emãci. libe. eius. l. Si ex duobus, uerſi. Quòd ſi is, infra De bono. poſſeſ. cõtra tabu. l. Si filius qui in poteſtate, infra De colla. bono. l. Is qui in poteſtate, uerſi. Sed ſi ſcriptus, infra De lega. præſtã. Vnde Ias. in. l. Vt liberis. n. 15. C. De colla. rectè obſeruat, accepta quidem contra tabulas bonorum poſſeſſione, regulariter occaſionem dari ſcripto hæredi ad deſtituendum teſtamentum, ſi adeundo, nihil laturus ſit ex hæreditate. l. Filium, infra De bono. poſſeſ. contra tabu. Sed ſi proponatur, eum hæredem ſcriptum eſſe, qui hæreditatis partem uſq; ad uirilem poſſit retinere, tunc accepta contra tabulas poſſeſſione, non eſſe occaſionem deſtituendi teſtamentum. Et eſt reprehenſione dignus Philip. Deci. in eadem. l. Vt liberis. n. 11. qui hæc contradicendi ſtudio negans, corrumpere tentauit tex. in. d. §. Sed ſi ſcriptus, & contra tex. apertum loquutus eſt in. l. Virilis. §. Si adierit, infra De lega. præſtan. Secundùm* Cõtra Philip. Dec.
157 *quod, hic poſthumus pronepos, ubi primùm naſceretur, † neceſſarius ex teſtamento hæres exiſteret: & ſemiſſem, quem emãcipatus pater aufer-*

re non

re non potuit, ipſo iure ſibi quærẽs, teſtamentum quoq; proaui ipſo iure cõ-
firmaret: ex quo libertates ſtatim competerent: tutores ad tutelam conti-
nuò uocarẽtur: exhæredationes ratæ eſſent: pupillares tabulæ eodem etiã
momento confirmatæ exiſterent, iuxta nota. in. l. Si filius qui patri, infra
De uulga. & pupilla. Ergo leuiter profudit Iaſon, quòd in æternum non
procederet hic. §. ſi bonorum poſſeſſio contra tabulas accipi poſſet. Et de
Contra Iaſ. cepti ſunt Charo. Rui. & Fortuni. qui aiebant, ſi contra tabulas bonorũ
Rui. & Al poſſeſſio acciperetur, rem deuolui ad cauſam inteſtati: ut etiam Alcia
cia. tus, qui ſcripſit, accepta bonorum poſſeſſione cõtra tabulas, nepotem in
effectu excludi. Deniq; iuſtiſſimè Rapha. Cuma. hac ratione fertur, no-
Areti. Iaſ. ſtri. §. conceptiones defendiſſe: quãuis Aret. col. 3. & Iaſon. n. 47.
Rui. Ioan. non rectè illius ſententiam referre uideantur. Iam eorumdem Areti. Iaſo.
Crot. calũ Charo. Rui. n. 91. Ioã. Crot. n. 50. annotatio quàm ſit calumnioſa, nemo
nioſa an- non uiderit. Cauſantur enim, mortis & emancipationis caſus non be-
notatio. ne ſecundùm hanc interpretationem comparari, quòd mortuo eo, qui
præcedebat, totum habeat poſthumus: eodem uerò emancipato, non to
tum habeat poſthumus. Siquidem apparet, † iuſtam nihilominus ſimilitu- 158
dinem fore, argumẽ. l. 2. §. Et harum, in fine infra De uerbo. obliga. Nã
quum † Gallus Aquilius ſolum illud curauerit, qua uerborum conceptio 159
ne poſthumus, qui teſtamẽti tempore eſſet alienus, fieri poſſet hæres legi
timus, quaſi non alienus, collata inſtitutione in tẽpus, quo ſuus naſceretur,
has ſpecies ingenioſè ſuppleuit Scæuola: in quibus tametſi contra tabulas
bonorum poſſeſſio acciperetur, pronepos tamen poſthumus agnaſci poſt
mortem proaui ſuus hæres potuit, & hæres fieri ex teſtamento legiti-
mus: quum & alio præterea hærede inſtituto, oporteret huius poſthumi a-
gnatione ruptum iri teſtamentum: fieriq; ea ratione inteſtatum patrem
familias, qui, accepta ab emancipato bonorum contra tabulas poſſeſſiõe,
nondum inteſtatus deceſſiſſet. Nec ullum negotium huic interpretationi fa
ciet Vlpiani reſponſum in. l. Cùm in teſtamento, infra De hære. inſtitu.
affirmantis, nullo caſu poſthumum cum eo, qui præcedebat, ad hæreditatẽ
admitti: quoniam eius ſententia manifeſta eſt, † qui negauerit, inſtituti & 160
ſubſtituti ex teſtamentaria inſtitutione concurſum. Nos autem ex inſtitu-
tione ſolum pronepotem, non uerò eius patrẽ admittimus. Vt interim omit
tamus, quòd ĩ perſona inſtituti filij, & poſthumi nepotis ſubſtituti, potuit
Vlpianus ſecurè, & in uniuerſũ, id affirmare. Nos uerò in præteriti ne-
potis

potis perſona loquimur, ex quo pronepos eſſet īſtitutus iuxta.§.ſuperiorē.

Nec poteſt dici, Scæuolā cauiſſe, ne periculum ex bonorū poſſeſſione contra tabulas teſtamento incurreret: nam caſus apertus in.§.fina. infra hac.l. quem ad hoc Charo. Ruinus.n.93. ſecurus ciet, nihil ad hoc facit. Cōtra Charo.Rui.

161 Licet enim Scæuola † de nepote emancipato loquatur, non tamen eo nomine ſubſtitutionem illius admiſit: ne, accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, rumperetur teſtamentum. Quin potiùs argutè ſenſit, nepotis ſubſtitutionem ſemel ideo receptam, ne iure ciuili teſtamentum rumperet, durare oportere: etiam ſi ad eum ſtatum per emancipationem ueniſſet, ut nec ſuus hæres fieri, nec rumpere teſtamentum poſſet. Quæ uera mihi uidetur eius.§.interpretatio, quāquàm interpretes uariēt. Ad hæc accedit, quòd Scæuola, quum in.§. In omnibus, infra hac.l. ſcripſit, inſtitutionem nepotis & pronepotis ſuorum hæredum nunquam exigēdam, quia poſſent præteriri, manifeſtè oſtendit, nō æſtimare ſe, quòd teſtantis iudicium, accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, reſcinderetur. Facit.l.Filius.§.Maritus, ibi, ET FILIVM EMANCIPATVM, LICET PRAETERIRI POSSIT, infra Ad.l.Corne. De falſ. Nā de que-

162 rela inofficioſi teſtamenti, ineptum eſt dubitare, quæ † nec hoc caſu, quo teſtamentum, præterito ſuo hærede, ualebat, competere potuit.l. Maximū uitium.uerſi. Nam cùm ultimum.C.De libe.præte. Quā legē nō uidetur legiſſe Ioan.Igne. quum in ſubiecta authen. Ex cauſa.n.187.eo titu. temere auſus eſt, uerā & receptam legum interpretationē ſubuertere. Cōtra Ioā. Igne.

163 HODIE tamen † emancipatus præteriri non poteſt: quoniam teſtamentum, eo præterito, nullius erit momenti: & parentis hæreditas ad eundem, ſi ſuperuixerit, ab inteſtato deuoluetur.§. Aliud.§. Siue igitur, in authen. Vt quum de appella.cognoſ.colla.8. Demū Accurſius in authen. De hære. & falcidi.§. Exhæredatos, in uerb. noluit, colla.1. docuit,

164 † teſtamentum, præterito emancipato, tunc demū ualere, quum præteritus fuerit, adiecta una ex XIIII. cauſis, de quibus in.d.authen. Vt quum de appella.cognoſ.§. Cauſas: in qua ſpecie putat, agnoſcendam eſſe ab eo, ſi uelit ſuccedere, bonorum poſſeſſionem contra tabulas. Filio autem, qui fuit in poteſtate, ita præterito, teſtamentum iniuſtum eſſe magis probat: & ita ſe habet communis opinio.

165 Cùm tamen uideretur, † teſtamentum his caſibus præteritionis uitio nō laborare, ſolamq; inofficioſi querelam tam emancipatis liberis, quàm ſuis

hæredibus

*hæredibus ſupereſſe, qui ab ea uerborum conceptione exhæredati, nõ uerò præteriti intelligantur, argumento.l.3. C. De libe. præte. idq́ plures & quidem grauiſſimi auctores non immeritò probauerunt, quos hic ſequutus eſt Areti.n.20. & Ioan.Crot.n.52. Nam ſi teſtator ita concipiat, Titium filium prætereo, quoniam me uerberauit, uix eſt, ut exhæredaſſe illũ non cenſeatur: tametſi quum ita ſcripſerit, Titium filium meum nec inſtituo, nec exhæredo, quoniã &c. uel ita, Titio filio decem lego, quoniã &c. dubitari non debeat, quin filius præteritus magis ſit, quàm exhæredatus, ſecundùm omnium ſententiam, de qua per Bar. in.l.1. in fi. infra Siquis à parẽ. fue. manumiſ. Albe.n.26. Saly. n. 6. in authen. Ex cauſa. C. De libe. præte. Vigli. in §. Emancipatos, in fine, inſti. De exhære. libero.*

*Illud tamen utiliſſimum eſt,† quo caſu ſuus hæres præteritus cũ cauſa fuerit, ideoq́ teſtamentum nullius momenti eſſe iudicetur, ſi tamẽ ſcriptus hæres cauſam teſtamento inſertam ueram eſſe probauerit, ſuum hæredem fore repellendum, ſecundùm Barto. ſententiam in authen. Ex cauſa.n.12. uerſi. Quod eſt uerũ, niſi cauſa. C. De libe. præte. ubi Salyce.n.6. Pau. Caſtren. col.2. Iaſon.n.1. in fi. Curti. Iunior.n.39. in eadem opinione ſunt: in qua etiam fuit Ange. Peruſi. in authen. Non licet.n. fina. C. eo titu. ubi Iacobi. à Sãcto Georgi. admonuit, nõ eſſe in praxi recedendũ ab hac ſententia: & eam probauit hic Lance. Galiau.n.46. At Philip. Corn. in.d. authẽ. Ex cauſa.n. 28. conſiderat, hac opinione admiſſa, receptiſſimã illam oppugnari, qua conſtitutum eſt, in hac ſpecie teſtamentum non ualere. Quod etiã murmurat Curti. Iunior in.d. auth. Nõ licet.n.15. Alex. autem in ea authen. Non licet, col. penul. & fina. receptiorem hãc ſententiam apertè damnat. Quomodò enim (inquit) hæres ex teſtamento nullo hæreditatem poterit adire? aut quaſi hæres cauſam præteritioni inſertam filio opponet, ſi utiq́ filius ipſo iure hæres eſt inteſtato patri, qui teſtamentum non iure fecerit? Sed ego hoc, quod communius placere uideo, ita ſcilicet defendi poſſe arbitror, ſi inducamus.l. Filio præterito, infra titu.i. quã Salyce. ubi ſupra, uidetur induxiſſe. Agnoſco† etenim, & teſtamentũ eſſe nullum, & hæreditatem filio ipſo iure ab inteſtato eſſe delatam: proinde ex teſtamento, quod iure ciuili nullum ſit, concedo hæredem adire hæreditatem iure ciuili non poſſe. Cæterũ ſicuti in.d.l. Filio præterito, omnia hæc accidunt, nihilominus tamen, abſtinente ſe ab inteſtati hæreditate filio, bonorum poſſeſſio ſecundùm tabulas ſcripto hæredi decernitur: ita*

156 (margin, beside "Illud tamen utiliſſimum eſt")

Cõmunis opinio defeſa aduerſus Nouiores.

157 (margin, beside "Agnoſco etenim")

*quoq; in propoſita ſpecie dici poterit, bonorum poſſeſsionē ſecundùm tabu
las ex æquo & bono inducēdā. AEquiſſimū enim uidetur, ab inteſtati
hæreditate remouere inuitū filiū, quem pater, exiſtimans ſe aliquid agere,
inſerta cauſa præterijt, quæ & legitima erat & uera. Vnde ne circūue-
niatur defuncti uoluntas, extra ordinem hoc ita conſtituendum fuit, argu
men.l.Si cui legatum, infra De conditi. & demonſtra. Sic obſeruabitur,* Noua obſeruatio
*hanc eſſe ſingularem quādam ſpeciem, in qua ingratum filium ab inteſtato*
168 *repellit cauſa legitima. Cum alioqui † cauſa, quæ teſtamēto inſerta libe
ros excludit ab inofficioſi querela, eoſdem ab inteſtato uenientes non exclu
dat.l.In harenam.l.Omnimodò.C.De inoffici.teſta.l.fina.C.De ſecū.
nupti.l.Cognatis, īfra Vnde cogna. Tradit Ange.in.l.1.in prīci. ſupra
De inoffi.teſta.cōtra gl.in authē.De nupti.§.Ingratitudinē, in uerb.lu-
crū colla.4.& Ioā.Imo.cōtra gl.ibi in cap.fi.De poſtulā.Alex.col.pe.
Curti.Iuni.n.17.ī.d.authē.Non licet.Are.ī.l.3.§.Filius.2.col.ſupra hoc
titu.Iaſ.in.d.l.In harenā, Ripa.in.l.fi.47.q. C.De reuo.dona.Ioan.de
Garro.in repe.authen.Ex teſtamento.n.40.C.De ſecun.nupti.*

169 *QVAERO tamē, † an hæc hodie locū habeāt, quo caſu emācipa-
tus, inſerta cauſa præteritus, ſolā habet bonorū poſſeſſionē cōtra ta
bulas? Et Alex.ī auth.Ex cauſa, pe.col.C.De libe.præteri.
putat, accepta cōtra tabu.bonorū poſseſsione, rē deuolui ad inteſtati cau
ſā, argumē.tex.in authē. Vt cū de appella.cognoſ.§.Siue igitur, colla.8.
eiusq; ſententiam. Lancelo.Galiau.hic.n.49.probat.*

*Sed mihi magis placet einſdem Alex.ſentētia hic.n.16.& in.l.Filiæ
dotē.n.6.C.De colla.ubi intellexit, ius antiquū durare. In quā ſententiā
cōfuſe inclinauit Iaſ.in.d.authē.Ex cauſa.n.13.exiſtimās, generalibus uer*
170 *bis.d.§.Siue igitur, nō īmutari ius antiquū. Deniq; emācipatus † hodie
intra utilis anni ſpaciū agnoſcere debebit in iudicio bonorū poſſeſſionem
cōtra tabulas, iuxta.l.fin.C.Qui admitti.& gl.nota.ī.l.fi.§.1.in uerb.pe
titione.C.De curato.furio.& ea, quæ tradit Bar.ī.l.3.§.Si cauſa cogni
ta.n.9.infra De bono.poſseſ.reſciſsoq; parētis iudicio, eiuſdē bona acqui
ret, hæredis loco conſtitutus.l.Cū emācipat⁹, infra De bono.poſse.cōtra
tabu.quū ſcilicet ipſe de ſe certus fuerit, cauſā legitimā teſtamento inſer-
tam ſibi non nocere, argumē.nota.ī.l.Cū falſum, infra De acqui.hære.l.
Cū qudā propinquus, īfra De bono.poſſeſ.Vbi autē ī iudicio petitorio,
hoc eſt, in bonorū poſſeſſoria hæreditatis petitione præteritionis cauſa*

plenè tractabitur, nec ab ſcripto hærede probari potuerit, iuxta.l. Omni
modò, uerſi. Si tamen. C. De inoffi. teſta. & in eo authē. Vt cùm de ap
pella. cognoſci. §. Siue igitur. Iudicis partes erunt, declarare, bonorũ poſ
ſeſſionem cõtra tabulas iuſtè ab emãcipato acceptã fuiſſe. Intelligo enĩ,
hæredem ſcriptum hæreditatem ex teſtamento poſſe adire: & ferme om
nia hodie locũ habere, quæ ſupra diximus. Alioqui, uerẽdum eſt, ne ſe-
cundũ Alexãdri ſentẽtiã, longũ ſit, ſcripti hæredis aditionẽ impedire.
Quippe ſi † teſtamẽtũ ſperatur iure ciuili poſſe rũpi ex præteritiõis uitio, 171
hæreditas in ea cauſa eſt, ut ex teſtamento adiri nequeat. l. Si ego, infra
tit. i. l. Suus quoq;, in prin. infra. De hæredi. inſti. Quare cùm Iuſtinian⁹,
† ſecundùm cõmunem interpretationẽ, repellendum ab emolumento bono- 172
rum poſſeſſionis cõtra tabulas emãcipatum ſentiat, ſi ſcriptus hæres cau
ſam legitimã teſtamẽto inſertam, aduerſus eum probauerit, utiq; de eo hæ
rede intellexiſſe uidetur, qui hæreditatem adiuiſſet, & adire potuiſſet.

SECVNDO quæro, † an ſi emãcipatus præteritus ſit, aducta cau 173
ſa, quæ non continetur in authen. Vt cùm de appella. cognoſci. §. Cau-
ſas, teſtamentũ nullius momemi ſit, ut ſine bonorũ poſſeſſione cõtra tabu
las inteſtati parentis bona poſſit uendicare? Et reſpõdendũ eſt, ſi cauſa
teſtõ inſerta ſimilis ſit, aut grauior illis. xiiij. ſingulariter enumeratis
in. d. §. Cauſas, teſtamentũ ualere, & à bonorũ poſſeſſionis emolumento
repellendũ emancipatũ, ſi ſcriptus hæres hanc cauſam probauerit: uel ſi
† parens ipſe in uita, ut hæredẽ exoneraret, eandẽ probauiſſet, iuxta pra 174
xim ab Alex. præceptam conſil. 130. Difficultas huius negotij li. 1. Se-
cũdũ quã † intelligẽda uidetur. L. Parti. 10. tit. 7. Parti. 6. Nã ꝙ ſufficiat, 175
grauiorẽ eſſe cauſam, aut certè ſimilem illis. 14. cõiter receptum eſt, uti
cõſtat ex Alex. in authẽ. Non licet. n. 4. ex Iaſ. n. 5. Curti. Iuni. n. 23. in
authen. Ex cauſa, eo. tit. Frãciſ. Ripa. in repe. l. fin. 41. q. n. 138. C. De re
uocã. dona. Cõtrariã ſententiã prima facie uidetur expreſſiſſe Iuſtinian⁹
in. d. auth. Vt cũ de appel. cognoſ. §. Aliud quoq; capitulũ, illis uerbis,
IDEO NECESSARIVM ESSE PERSPEXIMVS EAS NOMINATIM
PRAESENTI LEGE COMPREHENDERE, VT PRAETER IPSAS NVLLI
LICEAT EX ALIA LEGE INGRATITVDINIS CAVSAS OPPO-
NERE NISI QVAE IN HVIVS CONSTITVTIONIS SERIE CONTINENTVR:
per quẽ tex. Hoſti. in Sũma De teſta. §. Qualiter infirmẽtur, uerſi. Sed
ſi alia, negat, ex ulla alia cauſa remoueri poſſe à parẽtis ſucceſſione filios
quaſi

*quaſi ingratos. Et hanc opinionem ueriorem eſſe, putat Albe. in.d.auth. Ex cauſa.n.19.referens, uidiſſe ſe eam de facto ſeruari: eãq; etiam proba uerunt Marti. Laudẽ in.l.1.§.1.ſupra De iuſti. & iure. & Alex.n.4 Curti. Iunior.n.24.& .25. in authen. Non licet.C.de libe. præteri. Deniq; Viglius in.§.fin..n.penul.inſti. De exhære.libe.illud mirum eſſe ſcribit, quum expreſſe dicat Imperator, præter .XIIII.cauſas enumeratas, nullam aliam poſſe obijci, interpretes tamen, ſimiles grauioresq; cõmuni opinione admiſiſſe.*

*Sed ego, ne recepta ſententia conuinci uideatur textu expreſſo, animaduerto, non hoc Imperatorem dicere, quod Viglius refert, & alij cre* Cõmunis opinio defẽſa aduerſus plurimos.
176 *diderũt. Illud planè dicit, † præter illas quatuordecĩ cauſas, nulli licere, ex alia lege ingratitudinis cauſas opponere. Sic cauſas ãtiquis legibus cõprehenſas remouet, quas proximè ſcripſerat, nõ dignas ſibi eſſe uiſas: licet*
177 *eaſdẽ aliquando comprobaſſet.l.fin.in fi.C. De ſecun.nupti. Proinde † ſi filius ignominioſam uxorem non ex uoluntate patris duxiſſet, dicemus, non idcirco poſſe eum à parẽtis ſucceſſione remoueri cũ Accurſ. & Bar. in.l.3.§. Si emancipatus, infra De bono.poſſeſſ.cõtra tabu. Philip. Dec. in.l. Nuptias.n.12.infra De regul.iuris, et de hoc eſſe tex.expreſſũ.in.d. §. Aliud quoq; capitulũ, quẽ pro hac ſententia inducere uoluit Accurſius in.d.§. Si emãcipatus, & induxit Ioan. Lupus.in repe.c. Per ueſtras §.20.nota.3.n.14. De dona.inter ui. & uxo. Nam quum ex eo.§. Si emancipatus, cõſtet, prædictã cauſam apud Iurecõſultos fuiſſe exhæredatiõe dignã, apparet eandem ab Imperatore Iuſtiniano expreſſim reiectã in.d. §. Aliud quoq; capitulũ. Et conuincitur Bal. qui cõtrarium ſcripſit in.l. Si pater.C. De ſpõſa.clariùs in.l. Ne filiũ.C. De nupti. & Frãciſ. Ri* Cõtra Bal. & Fsanciſ. ſipam.
178 *pa, qui idẽ tentauit in.l.1.col.13.ſupra Solu.matri. Idẽ puto dicendũ, † ſi filius copulauerit amicitiã cum capitalibus inimicis ſui patris: quoniã hæc cauſa legib9 ãtiquis cõprehẽdebatur.l. Liberi.C. De inoff.teſta. Vnde hodie nõ ſufficiet, aduerſus Bal.cõſi.112.lib.5. & Iacob.à Sanct. Georg. in.d.auth. Non licet.n.13. Secũdùm quæ ſi teſtator, inſerta aliqua cauſa, emancipatũ præterierit, uel liberos exhæredauerit, nõ licebit ſcripto hæredi eã liberis aut præteritis aut exhæredatis opponere ex.l. aliqua antiq: quũ omnes cauſæ antiquis legibus comprehenſæ, expreſſim à Iuſtiniano fuerunt reprobatæ: niſi quæ in nouellæ conſtitutiõis ſerie continentur. Cæterum ſi contendat, eam cauſam, quæ teſtamento inſerta eſt, nec legibus* Cõtra Bal. & Iacob. à Sãct.Geor.

T ii *antiquis*

Noua interpretatio.

antiquis cõtinebatur, enumeratis.14.aut grauiorem eſſe, aut certè ſimilẽ, audiẽdus uidetur: nec enim ex alia lege ingratitudinis cauſam opponit, ſed magis ex ipſa Iuſtiniani noua lege, argumẽ.l.Nominis & rei.§. Verbum ex legib9, infra De uerbo.ſignifi.l.Cùm mulier, uerſi.Ita tamẽ, ſupra So lu.matri. Et hoc† ſentire interpretor Legẽ Regiam lib.4.tit.70.§.2.quæ articulũ tractans exhæredationis cum cauſa ſcriptæ, decernit, hæredem, 179
ſi uelit habere hæreditatem ſibi teſtamento relictam, neceſſariò probaturum, ꝙ cauſa ingratitudinis ab exhæredato filio uerè eſt cõmiſſa aduerſus teſtatorem: & præterea ꝙ eiuſmodi cauſa legitima eſt, iuſteꝗ; ſufficiens ad filium exhæredandum: alioquin, ſi utrunq; hoc non probauerit, teſtamẽtum (ait lex) manebit nullum. Ita enim interpretandũ eſt, ut quanꝗ in iudicio de inofficioſo hæres probaturus ſit, cauſam legitimã teſtamento inſertam, uerè cõmiſſam ab ingrato filio: in iudicio tamẽ, quo filius patris teſtamentũ nullius momenti eſſe dicit, eò quòd cauſa teſtamento inſerta non eſt legitima, onus hæredis ſit probare, cauſam eſſe legitimã. Planè cũ ingratitudinis cauſæ euidenter enumeratæ ſint in.d.§.Cauſas, & L.Regia eo. lib.4.tit.72.onus hæredis circa eas cauſas uerſari intelligitur, quas ex legum inſpectione non conſtat eſſe legitimas.

TERTIO quæro, ſi† emãcipatus cauſam aliquã ingratitudinis legitimã aduerſus parentẽ cõmiſerit, eũꝗ; parens, inſerta hac cauſa, teſtamẽto præterire ſe dixerit, poſtea uero arrogatus ab eodẽ parẽte fuerit, uel manifeſto aliquo beneuolentiæ indicio reconciliatus patri probetur, an præteritio adempta uideatur? & Bartolus in.l.3.§.fina.infra De adimen. lega.quanquã dubitãdo quæſtionem propoſuerit, inclinare in hoc uidetur, ut putet, adẽptam eſſe exhæredationẽ, ſi filius iuſtiſſimè exhæredatus poſtea in patris gratiam redierit. Idꝗ; Bartolũ ſenſiſſe, Rapha. Cuma. rectè intellexit in.l.Filio quem pater, ſupra hoc tit. & cum Rapha.Cuma. ſenſit quoꝗ Iaſ.in authen.Non licet.n.fin.C.de libe.præteri. Bartoli opinionem ſequutus. Sed hanc ſententiã improbauit Areti. in.d.l. Filio quẽ pater, & Petrus Gerar.nota.2.adijciẽtes, Bartolũ duntaxat, propoſita hac quæſtiõe, dubitaſſe, nec aliquid decreuiſſe. Iaſon quoq; in.d.l.Filio, quẽ pater.n.10. recedit ab hac ſententia: quã nihilominus agnoſcit fuiſſe Bartoli. Illud admittit, ſi filius, antequam teſtamento exhæredaretur, in parẽtis gratiam rediſſet, tunc non poſſe ab eodem exhæredari, quã diſtinctionẽ probauit Hyero.Cagnol.in repe.l.fina.n.139. C. De pactis, & Rode. 180

Suar.

*Suar.in lect. Legũ Regni fol.76. & Curti. Iunior ĩ.d. authẽ. Non licet, n.3. hæſitans tamẽ, & Bar. ſentẽtiã peruerſe referens. Contra Bart. inducitur tex. ĩ.d.l. Filio quẽ pater, ubi filius emãcipatus fuit exhæredatus, deinde ab eodem patre arrogatus eſt: nec propterea exhæredatio fuit adẽpta. Plane teſtator, qui exhæredatum teſtamẽto filium poſtea arrogauit, conciliare eundẽ per arrogationem uidebatur. Deniq; † non potuit pater nuda uoluntate exhæredationem reuocare: & nouo teſtamento opus erat. l. Hæredes palàm. §. Si quid poſt, ſupra De teſta. §. Ex eo autẽ ſolo, inſti. Quib. mo. teſta. infirmẽ. Sed Frãciſ. Ripa ĩ repe. l. fin. q.61. De reuocã. dona. tẽtat, Barto. ſententiã defẽdere, tãquam exhæredationis cauſa ſublata ſit, uel adẽpta per reconciliationẽ. Ad argumẽtũ (inquit) reſpõdeo, quòd licet exhæredatio nõ poſſit tolli, niſi p aliud teſtamentũ: poteſt tamen ob defectum cauſæ dici nulla. §. Aliud quoq; capitulũ. in. d. authẽ. Vt quum de appella. cognoſ. ſequuta autẽ recõciliatione, exhæredatio remaneret ſine cauſa: ergo nõ ualet. Et hoc reſpectu Bartolus dicit, propter recõciliationẽ, exhæredationẽ adẽptã uideri: Hæc ille. Qui nõ uidit ſe adhuc in eodẽ luto hærere: nec magis poſſe adimi ſine teſtamẽto exhæredationis ſolennitatẽ in expreſſa cauſa conſiſtentẽ, quàm ipſã exhæredationẽ. Nouiſſimè Alcia. in. l. fin. in uerb adhuc, in fi. C. De pactis, Bar. ſententiã ueriorẽ exiſtimat: dũ tamẽ conſtet, patrẽ ingratitudinis cauſã expreſſe remiſiſſe. Ea enĩ (inquit) filio obſtabat, quia exhæredationẽ cõfirmabat: quo impedimẽto ſublato, admittẽdus iure cõmuni erit. Illud Alcia. fatetur, ex ſimplici recõciliatione non uideri prçteritæ exhæredatiõis cauſam abolitam fuiſſe.* 181 Cõtra Frãciſ. Ripam.

*Ego in diuerſa opinione ſum: & ſi ex facto proponeretur hodie quæſtio in exhæredato filio, eius partes libẽter ſuſciperẽ. Licet enim conſtaret, exhæredationem ualere, proinde nocere eam filio, qui non eſſet, nec poſſet uideri præteritus, iuxta. d. l. Filio quem pater, & receptiorem inibi contra Barto. opinionem, agerem tamen de inofficioſo, nomine filij, aduerſus ſcriptum hæredem, qui hæreditatem ex teſtamento adijſſet. Et quum iuſta exhæredandi cauſa teſtamento inſerta, mihi opponeretur, replicarem, cauſam illã & remitti à patre potuiſſe, & remiſſam uideri. Siquidem poteſt † pater remittere filio ingratitudinem ſemel cõmiſſam, nõ ſolũ expreſſe, ſed etiam tacitè, Ang. ĩ. l. fina. col. 1. C. De pactis, & inibi Lãcel. Deci. & Purpu. n.145. cuius remiſſiõis hic effectus eſt, quòd ſi poſtea* Noua opinio. 182

 filius

*filius, ea cauſa adiecta, fuerit exhæredatus, quanquã ipſo iure ualeat exhæredatio, ĩ quæſtiõe tamẽ de inofficioſo uincat filius, uti explicauit Pau. Caſtren. in eadẽ. l. fin. col. pen. uerſi. Vltimò Bar. C. de pactis. Sed & ſi poſt exhæredationem teſtamento ſcriptam, pater filio ingratitudinem remittat,† non perſpicio, cur eidẽ ſentẽtiæ locus non ſit, reiecta Nouiorũ ſuperiore diſtinctione. Nec enĩ de adimenda, aut de infirmanda ipſo iure exhæredatione, aut de uiribus teſtamenti agimus: ſed ut filius replicatione ſe defendat in querela, argumen. tex. in. l. Qui ex liberis. §. Teſtamento, uerſi. Nec quiſquã putauerit, infra De bono poſſeſ. ſecũ. tabu. Videri autem patrem, qui filium ſibi reconciliauit, offenſam animi remiſiſſe, quã nuda uoluntate potuit remittere, argumento tex. confirmarem in. l. In ipſius C. Famili. herciſcũ. ubi ſi dominus teſtamento cauit, ut ſeruus in perpetuis uinculis moraretur, & poſtea offenſam clementia flexam eſſe, indicijs quibuſdam probetur, diſpoſitio teſtamenti, quod durauit, cenſetur eſſe reuocata. Argumento etiã tex. in. d. l. 3. §. fin. infra De adimen. lega. Item omnium auctoritate in. d. l. Filio quem pater, ſcribentiũ, quòd ſi† Rex edicto rebellem cõdemnauit, eumq́ poſtea ad priſtinam gratiam reſtituerit, condẽnationem eſſe remiſſam: quoniam utiq́ potuit Rex nuda uoluntate talia reuocare. Poſtremò Bartoli, cuius ſententia recepta non eſt, æquiſſimo iudicio in hoc uterer, quòd pater filio iniuriam, & exhæredationẽ ſcriptam remittere uiſus eſt. Et quãquàm poteſtas iuris nudam, tacitamq́ patris uoluntatem non ſequatur circa exhæredationem: ideòq́ exhæredatio non ſit adempta, quæ adimi non potuit: attamen ſequetur eãdem patris uolũtatem circa exhæredationis cauſam, & iniuriã, quæ ſine ullo impedimẽto remitti potuit. Sic† Bartoli ſententia hoc ſenſu accepta, utiliſſima erit, & probabilis: à qua non uidetur diſſenſiſſe. Bal. cõſi. 112. n. fina. lib. 5. Quo exẽplo reſponderẽ,† emancipatum adiecta cauſa præteritum, qui poſtea parenti reconciliatus eſt, bonorum poſſeſſionem contra tabulas agnoſcere poſſe in iudicio, & ĩterdicto poſſeſſorio Quorũ bonorũ, & in bonorũ poſſeſſoria hæreditatis petitione uictoriã cõſequuturum aduerſus ſcriptũ hæredem. Sed† & ſufficiens conciliati animi argumentum dicerẽ, eſſe arrogationẽ, ex receptiore Doctorum ſententia in. d. l. Filio quẽ pater: quãuis Cuma. & Caſtrẽ. inibi diuerſis rationibus tentẽt hoc negare. Adijcerẽ, nõ inſubtili cõiectura, poſſe argui in propoſita ſpecie beneuolentiã patris. Nam ſi pater filium quaſi ingratum redigere in poteſtatẽ uoluiſſet, facili*

Nouiorum diſtĩctio reiecta.

183 184 185 186 187

*negotio*

*negotio potuiſſet inuitum utiq;, & ſine Principis auctoritate difficili.l.* Cōiectura nō inſubtilis.
*1. C. De ingra.libe. Quare cùm uolentem Prīcipe auctore arrogauerit, remiſſæ ingratitudinis indiciū manifeſtū præſtitiſſe crederetur, arg.l. Si præteritus, uerſi. Quod ita ītelligendū, infra De bono poſſeſ.cōtra tab.*

188 QVARTO *quæro, † an emancipatus adiecta cauſa præteritus, repelli poſſit ab emolumēto bonorū poſſeſſionis contra tabulas, ſi contra hæredē ſcriptū replicauerit, cauſam quidē præteritionis eſſe uerā, cæterū ſe, poſt cōmiſſam eam cauſam, pœnituiſſe: & idcirco abolita præteritionis cauſa, non eſſe remouendum à parentis ſucceſſione? Et Alex. in.l.1. n.33. ſupra Solu.matri.putat, īgratitudinis cauſam pœnitentia aboleri, ſecundùm ea, quæ Specul. tradidit in tit. Qui filij ſint legiti. §.1.n.16. Sed tamen Specul.in hæreditate loquutus non eſt, ſed in alimentis duntaxat, cùm ſcripſit, patrem poſſe quidem filiæ, quæ luxurioſè uiuat, ali*
189 *menta denegare: † ſed ſi eadē ad frugem melioris uitæ redierit, tunc alimēta eidem præſtaturum. Porrò Areti.in.l.3.§.Filius, col.fi.ſupra hoc tit. dubitat, an circa hæreditatem patris eadem ſententia utendum ſit, quaſi diuerſa ratio uideatur ī exhæredatione. Quod contra Alex.opinionē cōſtantiùs aſſeruit Feli.in cap.Rodulphus.n.6. De reſcri. Ait enī exhæredādi poteſtatem fieri eluſoriam, ſi tam facili negotio poſſint liberi pœnā exhæredationis effugere. In alimentis cōtrà eſſe: quoniam filia non fuit impunita, ſi luxurioſè uixit, quæ interim alimētis paternis caruerit. Alex. nihilominus ſententia receptior eſt, quam Iaſ.probauit in.l.In arenā. col. fi.C.De inoffi.teſta. & in authē. Non licet col.1.C. De libe. præte. & in.l.Filio quem pater. n. 10. ſupra hoc tit. Fabia. in repe. authen. Nouiſſima.n.334.C.De inoffi.teſta. Alcia.in.l.fi.C.De pact. Et affirmauit cōmunē eſſe Cattellia.Cotta in Memorabi. in uerb. Filius familias. Sed & Io.Faber in auth. Sed ſi poſt XXV. ad finē.C.De inoffi.teſt. auctor fuit huius ſententiæ eodem uſus argumento, quo etiam Alex.*

*Ego uerò nō dubitauerim, quin in cauſis, quæ principaliter & directò*
190 *offenſam patris reſpiciunt, nihil faciat pœnitentia filij: nec quidē † ſi grauis conuicij dolore patrē pulſauit: quæ ſecūda eſt exhæredādi cauſa ex.1.4. ut.d.§.Cauſas.et.L.Regia.lib.4.ti.72.§.5. Tradit Curti.Iuni.conſi.148 in princip. Licet enim reuocet conuiciū, & ſuppliciter oret, ut condonare ſibi hanc culpam pater uelit, durare oportet exhæredandi cauſam, ſi pater ſit inexorabilis. Cæterum in cauſis, quæ non principaliter offenſam*

patris reſpiciunt, ſed per quandam conſequentiam: ut puta ſi filia in corpus ſuum peccauerit, in qua ſpecie Specul. Ioan. Fabr. & Alexan. loquuti ſunt, facilius erit recipere, ut pœnitētia crimen aboleatur, ſecũdũ ea, quæ Aretinus diſtinguendo ſcribit in.l.3.§.Filius, col.fina.ſupra hoc titu. & Curti.Iunior in authen. Non licet, col.1.C.De libe.præteri. & Francis.Ripa in repe.l.fina.q.67.C. De reuocan.dona. Sed huiuſmodi traditio adhuc mihi non probatur. Nam & † ſi filia, quæ meretrix facta 191
eſt, redeat poſtea ad frugem melioris uitæ, & matris familias auctoritatem moreſq; præ ſe ferat, exhæredationis cauſam non eſſe abolitã, uerius arbitror. Quum enim filia exhæredari iuſtè poſſit, non tantùm ſi meretrix ſit, aut luxurioſam uitam degere elegerit, ſed † etiam ſi in corpus 192
ſuum ſemel peccauerit, ut innuit Iuſtinianus in.d.§.Cauſas, in fine, & exprimit. Lex Regia lib.4. tit.72.in princi. contumelia patris non abolebitur, & ſi poſtea filia honeſtiſſimè uixerit: ſiquidem offenſam ſatis eſt ſemel fuiſſe conſũmatam, ſecundùm Barto.traditionem in.l.Qui ea mente.
Noua traditio. n.3.infra De furtis. Deniq; non inelegans diſtinctio adhiberi poteſt, ut rurſus in his, quæ non principaliter offenſam patris reſpiciunt, ſed magis ipſius filij, dinſtinguamus cauſas, quæ facto aliquo momentaneo indignationem patris, & legis merentur, ab his, quæ turpem quãdam uitæ profeſſionem requirunt: in illis pœnitẽtia nihil faciat, quoniã offenſa fuit conſũmata: in his † pœnitentia efficiat, ut qui in turpi profeſſione noluit perma 193
nere, dignus exhæredatione nequaquam reputetur. Quæ omnia ita ſentire Iuſtinianus † mihi uidetur in.d.§.Cauſas, quũ ſcribit, SI PRAETER VO 194
LVNTATEM PARENTVM INTER ARENARIOS, VEL MIMOS SESE FILIVS SOCIAVERIT, ET IN HAC PROFESSIONE PERMANSERIT.

QVINTO quæro, † an emãcipatus, qui, poſt commiſſam ingra 195
titudinis cauſam legitimam, monachus effectus eſt, præteriri iuſtè poſſit à parente inſerta cauſa? Et Iuſtinianus ĩ.l. Deo nobis.§.1. C. De epiſco.& cleri. apertè ſentit, ingratitudinis cauſam non aboleri. Vetat enim, ex ea ſola cauſa filiũ à ſucceſſiõe remoueri, quòd religionem fuerit profeſſus: quaſi ex alia cauſa, quæ legitima eſſet, non dubitet, quin excludi à ſucceſſione quaſi ingratus queat. Hoc Accurſ. aſſeruit in authen. De monachis in princi.in uerb. maculam, colla.i. Oldra. Ricar. de Malumb. Albe.n.penul. in.d.l. Deo nobis, & inibi Salyce. in.§.1. n.1. Pau.Caſtren.in.l.Filius familias, fina.uerbis ſupra hoc titu. Alex.n.8.

Iaſ.n.4.

*Iaſ. n. 4. in authen. Non licet. C. De libe. præte.*

*Contrarium uidetur expreſſum in cap. fina. 19. q. 3.* NON LICEAT *(inquit Gratianus ex Nouella)* PARENTIBVS LIBEROS, VEL LIBERIS PARENTES AB HÆREDITATE SVA REPELLERE MONACHOS FACTOS: QVAMVIS DVM LAICI FVERANT, IN CAVSAM INGRATITVDINIS INCIDERVNT. *Et hoc per eum tex. magis probauerunt Iacob. Aret. Cynus. in uerſi. Secundò quæritur in. d. l. Deo nobis. Abbas Panormi. conſi. 27. n. 2. lib. 2. Ludo. Roma. nota. 479. Căpe. in tracta. De dote. i. parte. q. 47. Feli. in. cap. Rodulphus. n. 6. De reſcri. Frăciſ. Ripa. in. l. i. n. 71. ſupra Solu. matri. Chaſſane. in cōſtit. Burgun. in Rub. Des iuſtices. §. 5. n. 103. Guiliel. Gallus in repe. cap. Raynutius, in uerb. in eodem teſtamento relinquens. 2. n. 37. Hyppo. in Rub. infra De fideiuſſo. n. 116.*

*Sed tamen ad id cap. pluribus modis reſponſum eſt ab his, qui Iuſtiniani ſententiam retinere uoluerunt in. d. l. Deo nobis. §. i. Primò ꝙ cap. fina. procedit ſecundùm ius canonicum: at ſententia Imperatoris in. d. §. i. locum ſibi uendicat iure ciuili: & ita diſtinxit Accurſ. in. d. authē. De mona. in princi. Verùm hæc diſtinctio nullo colore defendi poteſt: ſiquidem nouella conſtitutio, quam Gratianus ciet, è iure ciuili magis eſt.* Accurſij opinio reiecta.
196 *Nec † ſi Decretis inſerta legitur, idcirco probandū erit, à Gratiano iuris canonici effectam eſſe, ſecundùm ea, quæ ſcribit glo. in cap. 1. in uerb. tractatus, uerſi. Nō obſtat, De rebus eccle. nō alienă. lib. 6. tradūt Feli. in cap. 2. n. 51. De reſcrip. & Philip. Deci. in authen. Ingreſſi. n. 2. C. De ſacroſan. eccle.*

*Secundò reſponſū eſt diſtinguĕdo, aut cauſa ingratitudinis concernit prĭcipaliter filiū, ut quia erat Arenarius, & tūc ꝑ ingreſſū monaſterij purgatur ingratitudo, quoniă redijt ad frugĕ melioris uitæ: aut cōcernit principaliter ipſum patrem, ut quia eum filius uulnerauit, & tunc huiuſmodi cauſa nō purgatur per ĭgreſſum religionis. Ita diſtinxerunt Guiliel. à Cune. Cynus ĭ additio. Bal. & Pau. Caſtrĕ. in. d. l. Deo nobis. Areti in. l. 3. §. Filius, penulti. col. ſupra hoc tit. Curti. Iunior in authĕ. Non licet col. 2. C. De libe. præteri. & hanc quaſi frequentiùs receptam opinionem*
197 *ſequutus eſt Franciſ. Ripa in repe. l fina. q. 67. C. De reuocă. dona. Sed † tex in Nouella hanc diſtinctionĕ nequaquă uidetur admittere, uti Abbas Panormi. cum iudicio expendit in. d. conſi. 27. n. 2. lib. 2. interpretatus, ea* Diſtinctiō plurimorū repudiata.

*conſtitutione*

*conſtitutione induci, ut omnis ingratitudo abolita uideatur per ingreſſum religionis: idq; nõ tã cõmuni aliqua iuris ratione, quàm ſingulari quodã religionis fauore. Nec dubito quin hæc ꝓpria nouellæ cõſtitutionis fuerit ſententia. Nihil enĩ Iuſtinianus ageret, qui monachiſmi fauorẽ, aut certè ipſũ monachiſmum conſiderat, ſi ad eos duntaxat liberos conſtitutionem referret, qui propter turpem aliquam profeſſionem ſuſceptam, exhæredari potuerunt. Siquidem in his, ne exhæredari iuſtè queant, ſolum illud æſtimatur, quòd in turpi profeſſione non permanſerint. Præterea quum nouella conſtitutio in parentibus quoq; ingratis loquatur, qui exhæredari à liberis iuſta ex cauſa potuerunt, non uidetur toleranda interpretatio, quæ generalia & indefinita uerba legis ad eiuſmodi cauſã reſtringat: quippe inter cauſas quibus liberis permiſſum eſt, parẽtes exhæredare, uix ulla reperitur, quæ parentum uitæ propriam turpitudinem exprimat.*

Gratiãi aduerſus Alciati defenſio.

*Tertiò Andreas Alcia. Parergôn lib. 4. cap. 2;. quoſdam auctores ſequutus, non credidit, Gratianum in hac re teſtem eſſe omni exceptione maiorem: quaſi in monachorũ cauſa ſuſpectus eſſe uideretur. Mouetur eò, quòd in nouella conſtitutione caput hoc nequaquàm inueniatur: & Accurſius in. d. authen. De monachis, ſatis oſtenderit, iure Nouellarũ monachiſmo non deleri ingratitudinẽ. Sed † pro Gratiano aduerſus Alciatũ eiuſdem Accurſij auctoritatẽ adfero in. d. l. Deo nobis. §. 1. in uerb. quaſi ingratũ, ibi. Sed in. Nouella: Itẽ Albe. de Roſa. in ubi. n. 10. qui ſcribit, in Nouellis eſſe expreſſum, quòd tollatur omnis cauſa ingratitudinis per ingreſſum monaſterij. Allegat De monachis & monaſte. §. Non liceat parẽtibus. Sed & inſignis Doctor Salmãticẽſis Didacus Couarruuias in cap. Raynutius in princi. n. 20. De teſta. nouiſſimè ſcripſit, apud Conſtantinum Hermanopulum lib. 5. Epito. titu. 7. extare Iuſtiniani Nouellã 115. titu. Vt cùm De appella. cognoſci. §. Hæc autem diſpoſuimus, ubi ad literam legitur idem, quod Gratianus Decretis inſeruit.* 193

*Ergo ita uidetur reſoluendum, monachiſmo non deleri ingratitudinẽ, ſecundùm iuris communis rationes, & ex ſententia Iuſtiniani in. d. l. Deo nobis. §. 1. Poſtea uerò nouella eiuſdem Imperatoris conſtitutione ſancitũ, ut omnis ingratitudo ea ratione deleatur: poſſitq; monaſteriũ nomine filij exhæredati, querelam inofficioſi teſtamẽti iuſtè perferre: & nomine emãcipati cum cauſa præteriti, emolumentum bonorum poſſeſſionis contra tabulas & perſequi, & retinere: quum ſcripto hæredi non proficiat, &*

cauſa

cauſa exhæredationi, uel præteritioni inſerta, legitima erat & uera. De-
199 niq; hoc, quod monachiſmi fauore ſingulari Iuſtinianus ſanciuit, † ad cleri
catũ in quo minor ratio eſt, induci non debet: quanquàm Hippo. in Rub.
De fideiuſſo. n. 116. ad cap. fina. 19. q. 3. ſimpliciter in clericis intelligat. Cõtra ip H polytum.
200 Ex his licebit expendere, quid olim iudicari debuerit † in ſpecie, quæ
ex facto agitata eſt in Regno Caſtellæ. Filia quædã, inuito patre, clam
in uiri manum conuenerat, & ante quàm cum eo coiret, ingreſſa eſt mona
ſterium: quærebatur, an pater filiam nihilominus poſſet exhæredare, non
obſtante hoc, quòd monacha eſſet effecta. Et ſi res fuiſſet in terminis. l. 3.
§. Si emancipatus, infra De bono. poſſes. contra tab. ut tunc demum poſ-
ſet exhæredari filia, ſi ignominioſo uiro ſine patris uoluntate nupſiſſet,
iuxta antiquas Fori leges, quas allegat, & interpretatur Rode. Suar.
in lect. Legũ Regni fol. 64. cũ ſequen. fortiſſimè defenderetur, monachiſ
mo abolitam uideri ingratitudinem. Nam quum ea ingratitudinis cauſa
dedecus liberorum, & per hoc parentis contineat, propter indiuiduam cõ
ſuetudinem matrimonij cum indigna perſona contracti, induceretur tex.
in. d. authẽ. Vt cũ de appella. cognoſ. §. Cauſas, ubi is, qui inter Mimos,
uel Arenarios, præter uoluntatẽ parentum ſe ſociauerit, & ob id exhære
dari à parente iuſtè potuit, exhæredari amplius ob eam cauſam nequit,
ſi ab eiuſmodi profeſſione receſſerit: quod ita in propoſita ſpecie uerius eſ-
ſe, putauerunt Guiliel. à Cun. & Pau. Caſtren. in d. l. Deo nobis. §. 1.
Cæterum quum nouiſſima Tauri Lex. 49. permittat, exhæredari filiam,
quæ clam, inuito patre, matrimonium contraxerit: nec conſtitutio æſtimet,
digno an indigno uiro mulier nupſerit, talis exhæredandi cauſa patris oſ-
fenſam directò reſpicere intelligitur: unde nec pœnitentia aboleri poteſt,
ſecundùm ea, quæ ſupra oſtendimus. eademq; ratione, nec ingreſſu religi-
onis abolebitur, ſecũdùm Iuſtiniani ſententiã in. d. l. Deo nobis. §. 1. Quod
ita fuiſſe definitũ in Valliſoleti Prætorio celeberrimo, refert Ioã. Lupi.
in. d. l. Tauri. 49. ad finem. Ego noto, iudicatum eſſe contra eiuſdem Iuſti-
niani nouellam conſtitutionem, quæ omnes exhæredationis cauſas ſine
ulla diſtinctione monachis remiſit. Et tamen eo ſcilicet prætextu res iudi-
cata poterit defendi, quòd doctiſſimi Iudices (quales in eo Prætorio eſſe Iudicũ Pinciani Prætorii ſententia excuſata.
ſolent) quum agnoſcerent, ſe legibus Imperatoris minimè teneri, Nouellã
Iuſtiniani Cæſaris potuerunt contẽnere, & immoderatum religionis fauo
rem non admittere.

SEX

SEXTO & ultimò quæro,† ſi emancipatus teſtamento parentis, adiecta legitima cauſa, fuerit præteritus, isq; parēti ſuperuixerit, bonorum autem poſſeſſionem contra tabulas aut repudiauerit, aut intra annu[illegible]a non agnouerit, aut non iure eam accipere potuerit propter ingratitudinem uerè commiſſam: an liberi ex eo, qui præteriti fuerūt, poſſint cōtra eiuſdem teſtamenti tabulas bonorū poſſeſſionē accipere? Quæſtio ex hoc deſcēdit, an in bonorum poſſeſſione cōtra tabulas edicto ſucceſſorio locus ſit? Et cōmuni opinione admiſſum eſt, edicto locum eſſe. Azo, Accurſ. Dynus, Alberi. Bar. in. l. Illud. §. 1. infra De bono. poſſeſ. contra tabu. Accurſ. Rayne. Alber. in. l. Si ex duobus. §. fina. eo titu. Dynus & Alberi. in. l. 3. §. Si emancipatus, eo titu. Barto. n. 2. Alexan. n. fina. Philip. Corne. in fi. Deci. n. 7. in Rub. C. De ſucceſſo. edicto. Ange. Pau. Caſtren. Alex. n. 4. in. l. Si quis poſthumos. §. Si filium exhæredauero, ſupra hoc titu. Areti. in. l. In ſuis, fina. col. ſupra eo. Cuius quidē ſententiæ quatuor argumenta afferuntur. Primum eſt. l. Si is qui, cum ſimili. ſupra De inofficio. teſta. ubi probatur, in querela inofficioſi teſtamenti locum eſſe ſucceſſioni: quo exemplo idem quoq; recipiendum uidetur in cōtra tabulas bonorum poſſeſſione. Secundum argumentum eſt. l. 2. infra De bonis liberto. ubi bonorū poſſeſſio, quæ patrono præterito defertur, ſi ab eo accepta non fuerit, ſequētibus defertur per edictū ſucceſſorium: ergo idem ius uerſari uidetur in bonorum poſſeſſione contra tabulas, quæ liberis præteritis priore loco defertur, ſi diuerſitatis idonea ratio non reddatur. Tertium argumentum eſt, quòd ius dicendi nullū, & contra tabulas bonorum poſſeſſio eādem iuris cenſuram habere uidentur: ſed in iure dicendi nullum ſucceſſio eſt, ſecundùm magis communem opinionem, de qua per Alex. in Rub. n. fina. C. De ſucceſſo. edicto: ergo ſimiliter in bonorum poſſeſſione contra tabulas edicto ſucceſſorio locus fiet. Quartum argumentum eſt tex. qui ueluti expreſſus allegatur, in. l. 3. §. Si emancipatus, infra De bono. poſſeſ. contra tabu. ubi ſi filius emancipatus, ſine patris uoluntate uxorem duxit, & ex eo matrimonio filium ſortitus ſit, deinde hic nepos, patre iam mortuo, ad bonorum poſſeſſionem aui admitti uelit, ad mittēdus eſt ad eam. Igitur delata cōtra tabulas bonorum poſſeſſione filio emācipato, eoq; per mortē excluſo, nepos ex edicto ſucceſſorio admittetur. 201

Contra cōmunem.

Sed hiſce auctoritatibus, & argumentis nequaquam obſtantibus, ego cum Bal. in repe. l. In ſuis, ſupra eo. Fulgoſ. in Rub. C. De ſucceſſ.

edicto

edicto arbitror, Iurecōſultos in diuerſa fuiſſe opinione, qui ſenſerint, in hac bonorum poſſeſſione contra tabulas edicto Prætoris ſucceſſorio locum nō fuiſſe. Moueor argumento tex. in. l. Illud. §. 1. infra De bono. poſſeſ. cōtra tabu. ubi generaliter negatur bonorum poſſeſſio contra tabulas nepoti, qui non eſſet ſuus hæres futurus. Argumēto etiā. §. Emancipatos, inſti. De exhære. libe. ubi eos liberos, qui poſſent admitti ad bonorum contra tabulas poſſeſſionem, Prætor inſtitui, uel exhæredari iubet. Porrò quum ulteriores non iubeat inſtitui uel exhæredari, ſed eos tantùm, qui reſciſſa capitis diminutione ſuorū exemplo admittuntur. l. Sed cùm patrono. §. 1. infra De bono. poſſeſ. intellexiſſe uidetur, eiſdem non eſſe dandam cōtra tabulas bonorum poſſeſſionem.

202 Non obſtat primum argumentum: quoniam † recipiendum quidem uidetur, ut ſi filius rite exhæredatus patri ſuperuixerit, & poſt aditā hæreditatē, non præparata querela deceſſerit, uel querelam repudiatione, aut lapſo quinquēnio, aut re iudicata amiſerit, poſſe nepotem in gradu ſequētē de inofficioſo aui teſtamēto ex propria perſona cōtra hæredē agere: & niſi probetur ingratus, uincere: etiam ſi filius dicatur approbaſſe patris teſtamentum. Quòd ſi filius ante aditam hæreditatē deceſſerit, conſtitit, non eſſe ſucceſſioni locum: quum nondum delata eſſet querela, nec niſi in iure delato poſſit habere locū ſucceſſio. Non audietur igitur nepos ex ſua perſona: ſed ex patris perſona, ſi eius hæres fuerit, audietur: & de exhæredati filij meritis quæretur, nō de meritis nepotis. l. Si is qui, ſupra De inofficio. teſta. l. Si quis Filium. C. eo. titu. reſoluunt Areti. col. 3. Iaſ. col. fina. in. l. In ſuis, ſupra hoc titu. Nec tamen idcirco admittemus, in bonorū poſſeſſione contra tabulas edicto ſucceſſorio locum eſſe. Quoniā conſiderari poteſt, teſtamentum, quo exhæredatio rite facta eſt, ſolenne eſſe, quantumuis obnoxium appareat inofficioſi querelæ. l. Inter cætera, infra hoc titu. §. Emancipatos, inſti. De exhære. libe. proinde quum in querela agatur de parentis officio, qui naturale debitū liberis debuit perſoluere, priore excluſo, non immeritò ſequēs potuit admitti. At ubi præteritus eſt ſuus hæres filius, teſtamentum quaſi non ſolēne infirmatur in princi. inſti. De exhære. libero. planè ſui hæredis exemplo emancipatus præteritus admittitur ad impugnandum parentis iudicium, accepta cōtra tabulas bonorum poſſeſſione. d. §. Emancipatos. Sic tempus quo teſtator moritur, inſpiciendum eſt: quum ſolennitas poſt mortem non inquiratur, nec adhiberi

poſſit,

*poſſit, ſecundùm Bal. in l. Qui ſe patris col. 2. C. Vnde libe. proinde qui mortis tempore proximum locum non tenuit, minimè uidetur poſſe queri de teſtãmẽti ſolennitate: & eadem ratione ad bonorum poſſeſſionẽ cõtra tabulas non uidetur admittendus.*

*Non obſtat ſecundùm argumentum: quoniam reſponderi poteſt, † in bonorum poſſeſſione contra tabulas, quæ patrono datur, locum eſſe edicto ſucceſſorio. d. l. 2. infra De bonis liberto. diuerſum ius uideri in bonorũ poſſeſſione, quæ liberis defertur. Et quũ Decius replicat in Rub. n. 7. C. De ſucceſſo. edicto, liberos teſtatoris non debere deterioris eſſe conditionis, quàm liberos patroni, argumen. nota. in l. Siquis legatum. §. fin. infra Ad l. Corne. De falſ. poteſt dici, rationẽ diuerſitatis eã eſſe, quòd in bonorum poſſeſſione, quæ patrono defertur, non de iure teſtamẽti quæritur, ſed de iure patroni. l. Filio. §. Contra tabulas, ſecundùm ueram interpretationem, ſupra De inofficio. teſta. unde & ius patrono delatum ad ſequentes potuit tranſire. In bonorum autem poſſeſſione cõtra tabulas, quæ liberis datur, de iure teſtamenti ſecundùm Prætoris obſeruationem quæri intelligitur. §. Emãcipatos, inſti. De exhære. libe. Et hanc differentiã obſeruauit Caſtren. in l. i. ad finem. C. De bono. poſſeſ. cõtra tabu. liber. Deniq; bonorum poſſeſſio, quæ patrono præterito contra tabulas liberti cõceditur, nõ abſimilis uidetur querelæ: agitur. n. utrobiq; de debita portione relinquẽda: & adita hæreditate aduerſus hæredẽ ſcriptum agitur. d. l. Illud. §. 1. l. 3. §. Vt patronus, infra De bonis liberto. quum tamen bonorũ poſſeſſio contra tabulas contra ipſum teſtamentum competat.* 203

*Non obſtat tertium argumentum: † quoniam & ſi Alex. in d. Rub. n. fina. C. De ſucceſſo. edicto ſcribat, magis cõmunem eſſe ꝙ in iure dicẽdi nullum fiat ſucceſſioni locus: Curtius tamen Iunior in eadem Rub. n. 16. Alexandro opponit Areti. conſi. 49. Libenter cõtinuiſſem. i. & 2. col. reſoluentem, quòd in iure dicendi nullum non eſt ſucceſſio, ſecundũ cõmunẽ opinionem. Sed & Rode. Suar. in repe. l. Quoniam in prioribus, i. 10. ampliatione fol. 14. aduerſus Rapha. Cuma. Pau. Caſtren. & Alex. in l. Siquis poſthumos. §. Si filium exhæredauero, ſupra hoc titu. ſcribit, communem eſſe opinionem, & melius fundatam, quòd in iure dicendi nullũ ſucceſſio non ſit. Verumtamen animaduerto, quòd ſi filius rite ſit inſtitutus, aut rite exhæredatus, iſq; patri ſuperuixerit, nepos à iure dicendi nullũ ſine dubio repelletur. d. §. Si filium exhæredauerò, cum ſimili. Nec enim* 204

*poteſt*

poteſt eſſe ſucceſſio, ubi idem ius priori delatum non proponitur, ut Pau. Caſtren. aduerſus Bal. obſeruat in.d.§. Si filium exhæredauero. 2. col. Plane Areti.in.d.cõſi.in hac ipſa ſpecie loquutus eſt, quẽ Curti. Iunior non iuſte oppoſuit Alex. Vbi autem filius qui præcedebat, preteritus à patre fuit, ideoq́; potuit eius teſtamentum nullũ dicere, nec dixit, hic apte quæritur, an ſequẽs poſt filium poßit admitti ad idẽ ius filio ſemel delatũ? Et reſpondendum eſt, ſequentem poſſe admitti ex ſucceſſione ſecundum Bal.ſententiã in.l. Infamia, col.fina.C. De Decurio.lib.x. Ange.in.l.1. C.De ſucceſſo.edicto Raph.Cuma.Pau.Caſtrẽ. Areti.col.1. Alex. n.4. Iaſ.n.13.in.d.§. Si filium exhæredauero. Idq́; frequẽtius receptum uidetur, uti Alex.ſcripſit in.d.Rub.n.fin.C.De ſucceſſo.edicto: tametſi Rode.Suar.ubi ſupra contrarium putauerit. Sed hoc ita accipiendũ eſt, quaſi ſucceſſio non tam habeat locum in iure dicendi nullum, quam in hære ditate inteſtati. Inteſtatus enim pater deceſſit, qui, præterito filio, teſtamentum non iure fecit, in princ.inſti.De hæredita.quæ ab inteſta.deferũ. cõiuncto princi.inſti.De exhære.libero. Proinde ſi præteritus filius, cui patris inteſtati hæreditas deferebatur, eam minime uendicauerit, ne pos ex ſucceſſione uidetur admittendus, ſecundum nota in.l. Qui ſe patris. C. Vnde libe.allegabitq́; teſtamẽtum nullius momenti fuiſſe. Sic Alex.in l. Emancipata, fina.uerb.C. Qui admitti, recte præcepit, ſi quæratur, an ius dicẽdi nullum ex aliquo capite tranſmitti queat, in eo eſſe quæſtionem, an hæreditas inteſtati trãſmittatur cum facultate allegandi, quod teſtamentum, præterito filio, nullius momenti fuit. Deniq́; Ange.in.d.l.1.C. De ſucceſſ. edicto cum iudicio docuit, poſſe omnes, quorum interſit, allegare, quod teſtamentum preteritione filij iniuſtum ſit, idq́; non proprie iure edicti ſucceſſorij: ſed quia teſtamentum ipſo iure nullũ eſt: & propterea obſtare non debet his, qui ab inteſtato per ſucceſſionem admitti ſe poſtulant. Et Angeli traditionem retulit Philip.Corn.in Rub.n.2. uerſi. Tu potes dicere. C.De ſucceſſ.edicto, & quidem melius, quam Alex.in.d.§. Si filiũ exhæredauero.n.4.uerſi. Ange.tamẽ. At uero Bal. in repe. l. In ſuis, ſupra hoc titu. in contraria ſententia fuit, arbitratus, eſſe differentiam inter teſtamentum iniuſtum præteritione filij, & teſtamentum iniuſtum ex defectu aliorũ ſolennium. Priore caſu, negat poſſe admitti ad allegationem iniuſti teſtamenti, niſi ipſum filium præteritum, aut eius hæredes: poſteriore caſu, concedit omnes poſſe admitti. Rationẽ differentiæ in eo

eſſe

Cõtra Curti. Iunio.

Cõtra Rode.Suar.

eſſe ait, quod priore caſu teſtamentum eſt nullum ratione præteritionis filij: ideoq; attenditur quod eius intereſt, non quod alterius: poſteriore autẽ caſu, quo alia ſolẽnia defuerunt, nõ cõſideratur intereſſe alterius in particulari: Hæc Bal. Quẽ referebat imbi Ange. De Perigl. ĩ repeti. n. 41. & concilians opiniones reſoluebat, quòd in hac ſpecie, ubi præterito filio, teſtamẽtum initio fuit inutile, ſequens in gradu nepos non poterit principaliter dicere, teſtamentum nullum eſſe: ſed per modum replicationis audietur. Aget enĩ petitione hæreditatis: & ſi de teſtamẽto excipietur, replicabit, id nullius eſſe momenti: quæ conciliatio non eſt iuſta. Nam his quidem omnibus, qui teſtamentum infirmum uelint contendere, optima praxis à noſtri iuris præceptoribus tradita eſt, ut ab hæreditatis petitione incipiãt, iuxta. l. i. C. De ordine cognitio. tradit Bal. ĩ l. Suus hæres, col. 2 ubi & cæteri. C. De repudi. hæredi. Sed utiq; is, qui ĩplorare nõ poſſet, ut teſtamentum nullius momenti cenſeretur, nec quidem in modum replicationis eandem quæſtionem poſſet inducere, argu. l. Nam & poſtea. §. Si minor, ſupra De iureiu. l. Papinian. §. Si filius, ſupra De inofficio. teſta. Et ſi replicando audiretur nepos, implorare etiam principaliter iudicis officium poſſet, iuxta ea, quæ Bar. docet in. l. Quæ ſub conditione. §. fina. in fin. infra De condi. inſtitu. Itaq; probabilius eſt contra Bal. in. d. l. In ſuis, dicere, ſequẽtem, cuius intereſt, poſſe allegare, quòd teſtamentũ nullius momenti ſit. Illud Bal. differentiæ poteſt dari, quoniam, ubi præterito filio teſtamentum iniuſtum eſt, attendi debet quod eius intereſt, non quod alterius, rarò euenturum, ut ſequens admitti per ſucceſſionem queat. Nam ſi ſequens hoc prætextu auditur, quaſi inteſtati hæreditas ſibi per ſucceſſionem delata ſit, neceſſe eſt præſupponere, quòd filius, qui eũ præcedebat, excluſus ſit: atqui ſi hoc ita præſupponitur, teſtamẽtum iure prætorio ualere uidetur, & cauſa inteſtati ceſſare. Certi enĩ iuris eſt, † quòd 205
filius præteritus poteſt approbare teſtamentum patris, bonorumq; poſſeſſionem ſecundùm tabulas ſcripto hæredi inducere, & hac uia ſequentes inteſtati ſucceſſores repellere. l. Filio præterito, ubi omnes hoc ita docẽt, infra tit. i. Reſoluit Alex. in. l. Poſthumo nato. n. 9. C. De bono. poſſeſ. contra tabu. licet. Iaſon. n. 6. Curti. Iunior. n. 12. ĩ Rub. C. De ſucceſſo. edicto contrariũ non rectè ſenſerint. Videtur autem præteritus approbare teſtamentum patris, non ſolùm ſi hoc exprimat, ſed etiam ſi ab inteſtati patris hæreditate abſtinere ſe dixerit, uel XXX. annorum curricula

Contra Ange. De Periglis.

Contra Iaſ. & Curti. Iunio.

ricula labi permiſerit.d.l.Filio præterito, & q̃d ibi Bar.n.28.uerſi. Præterea: quãuis Pau.Caſtr.2.col. Alex.n.4.hoc non pſpiciãt in.d.§.Si filiũ exhæredauero, nec Corneus. in.d.Rubr.n.2.C.De ſucceſ.edicto. Scd̃m quæ, tũc ſequẽs nepos p ſucceſſionẽ admittetur, excluſo filio, quũ præterit⁹ filius nõ eo animo ſe excluſit, ut teſtamentũ approbaret, iuxta ea, quæ Io. Imol.cõtra Angel.inibi reſoluit in.d.l.Filio præterito.col.32.in prin. Quo exẽplo defẽdetur, regulariter in bonorũ poſſeſſiõe cõtra tabulas nõ fuiſſe locũ edicto ſucceſſorio: quũ ſi emãcipat⁹ approbaſſet teſtamẽtũ patris, uel bonorũ poſſeſſionẽ cõtra tabulas omiſiſſet, ſequens õnino excludẽdus eſſet, arg.d.l.Filio præterito. Sed & ſi eo animo pbaretur amiſiſſe poſſeſſionẽ, ne teſtamẽtũ cõprobaret, hic q̃q; magis eſt, ut Prætor edictũ ſucceſſoriũ nõ induxerit. Nec enĩ excluſo filio, nepos teſtamẽtũ aui nulli⁹ momẽti eſſe dicit, quaſi præteritus fuerit: ſed quaſi quilibet poſt filiũ inteſtati ſucceſſor pximus, ad ĩteſtati hæreditatẽ admitti ſe poſtulat. Deniq; licet præterit⁹ filius, qui patri inteſtato hæres ipſo iure extitit, potuerit etiã de latã ſibi cõtra tabulas poſſeſſionẽ agnoſcere, nepos tñ bonorũ dũtaxat poſſeſſionẽ Vnde liberi petere potuit.l.Qui ſe prĩs.C.Vnde libe. Hodie ẽt adire hæreditatẽ aui iure ciuili poterit, ſecundũ nota.in.d.l. Qui ſe prĩs: nõ uerò bonorũ poſſeſſionẽ cõtra tabulas petere. Sic argumẽtũ ſupius, facta cõparatione iuris dicẽdi nullũ et bonorũ poſſeſſionis cõtra tabulas, uulgarẽ opinionẽ oppugnat, uti Caſtrẽ.poſt Fulgoſ.perſtringit in.d.Rub.C.de ſucceſ. edicto. Cõtra Caſtrẽ. Alex. Phili. Cor.

206 Non obſtat ultimũ argumentũ.d.l.3.§.Si emãcipatus: † quoniã Vlpiani uerba hæc ſunt, SI EMANCIPATVS FILIVS VXORE NON EX VOLVNTATE PATRIS DVCTA FILIVM FVERIT SORTITVS DEINDE NEPOS PATRE IAM MORTVO AD BONORVM POSSESSSIONEM AVI VELIT VENIRE, ADMITTENDVS EST AD EAM. NON ENIM PER RESCISSIONEM IS QVI FILIVS IVSTVS EST EFFICITVR NON FILIVS QVVM RESCISSIO QVO MAGIS ADMITTATVR NON QVO MINVS, ADHIBEATVR. NAM ET SI TAM IGNOMINIOSAM DVXERIT VXOREM VT DEDECORI SIT TAM IPSI QVAM PATRI, MVLIEREM TALEM HABERE, DICEMVS EX EA NATVM AD BONORVM POSSESSIONEM AVI ADMITTI QVVM POSSIT AVVS IVRE SVO VTI, EVM QVE EXHAEREDARE. NEC ENIM MINVS IN HOC NEPOTE, IS QVI DE INOFFICIOSO COGNITVRVS EST, MERITA NEPOTIS QVAM PATRIS EIVS DELICTA PERPENDET. Et ita interpretandũ eſt, ut nepos hîc ad bonorũ poſſeſſionẽ cõtra tabulas aui admittatur, non quidẽ ex edicto ſucceſſorio, ſed magis ex prima parte: quũ tpe mortis aui primũ locũ ſucceſſionis tenuerit, eò quòd emãcipatus filius

lius uiuo teſtatore deceſſiſſet. Hæc uериſſima eius. §. interpretatio eſt: quam
Aret. probauit. in. l. In ſuis, col. 4. ſupra hoc ti. et Alex. in. d. §. Si filiũ ex
Cõtra Alexan. hæredauero. n. 5. uerſ. Vel reſpõde. Qui nõ rectè ſupiore uerſi. tẽtauit ĩtel
ligere, nepotẽ inibi fuiſſe auo ſuũ hæredẽ, ideoq́; et ſi filius patri ſupuixiſſet,
cũ eodẽ ſimul admittẽdũ, ex edicto De cõiun. cũ emãci. liberis eius: manife
ſtè enĩ Vlpianus loquitur in nepote, qui ex filio emãcipato fuerat cõceptꝰ,
proinde auo ſuus hæres eſſe nõ potuit. §. Poſthumo, in fi. inſti. De lega. Et
Cõtra Iaſ. ſupiꝰ Iaſonis error fuit in. d. Rub. in fi. C. De ſucceſ. edicto, ſcribẽtis, ſibi
uideri, qđ optimè ꝓbaretur in eo. §. cõis opinio. Ibi enĩ (inqt) filius emãcipa
tus fuerat exhæredatus, eò qđ uxorẽ ignominioſam duxerat: dicit tex. qđ ne
pos, ꝗ nõ debebat ĩſtitui uel exhæredari, cũ pater eũ precederet tpe mortis
aui, admittitur per ſucceſſoriũ edictũ ad cõtra tabulãdũ ex ꝑſona propria.
Nõ uidit Iaſon, ineptũ eſſe ſucceſſoriũ edictũ in bonorũ poſſeſſiõe cõtra
tabulas: niſi ꝓponeretur, eã priori alicui delatã fuiſſe. Planè ſi credidit, fi
liũ emãcipatũ iuſta ex cauſa fuiſſe exhæredatũ, eũq́; patri ſupuixiſſe, ani
maduertere debuit, illud quærẽdũ, an nepos ꝑ ſucceſſ. onẽ admittẽdus eſſet
ad ꝗrelã: quũ bonorũ poſſeſſio cõtra tabulas filio rite exhæredato deferri
nequiuerit. l. Nõ putauit, in princi. infra De bono. poſ. cõtra tab. Quòd ſi
quis unà cũ Accur. & Bar. cõtẽdat, filiũ emãcipatũ in eo. §. nõ deceſſiſſe
uiuo patre ſuo, quũ de eiuſdẽ exhæredatiõe tractetur: huic reſpõdẽdũ eſt,
ea uerba. CVM POSSIT. &c. nõ ad filiũ, ſed ad nepotẽ referẽda. Nã quũ Iure
cõſultus prĩcipio dixiſſet, admitẽdũ ad bonorũ cõtra tabulas aui poſſeſſio
nẽ præteritũ nepotẽ, qui ex emancipato filio iã mortuo cõceptus fuiſſet, ad
iecit, hoc ꝓcedere, etiãſi emãcipatus uiuo patre mortuus ignominioſã uxo
rẽ duxiſſet. Nec enĩ facere ignominiã aui, quominꝰ is nepos, qui præteritus
fuiſſet, ad eã poſſeſſionẽ admitteretur. Satiſq́; eſſe, qđ ꝓpter eã ignominiã
potuerit auus iure ſuo uti, eũq́; nepotẽ exhæredare odio uidelicet patris mor
tui, qui ignominioſã uxorẽ duxerat. Olim nãq́; potuit quis alieno odio nõ in
iuſtè exhæredari: quanꝗ hodie nõ poſſit. l. Si quis ĩ ſuo. §. Legis. C. de inof.
teſt. uti ſubtiliter aduertit Areti. in. d. l. In ſuis, ãtep. col. in prin. ſupra hoc
tit. qui interpretatus eſt, in eo. §. merita nepotis erga auũ efficere potuiſſe,
ne propter delictũ patris rectè exhæredaretur, eamq́; Vlpiani ſententiã
Contra Aret. fuiſſe in uerſi. NEC ENIM MINVS. Quæ ultimi uerſi. interpretatio mihi nõ pro
batur. Siquidẽ Vlpiani mens fuit, oſtendere potiùs, qđ propter delictũ pa
tris potuit exhæredari filiꝰ, quàm quòd delictũ patris potuit aboleri meritis
filij. Deniq́; remoto patris delicto, exhæredatus nepos perferre querelam
inofficioſi

inofficioſi teſtamēti non poſſet ueteri hoc iure, niſi ſe meritum probaßet, & docuiſſet immerētem, qui exhæredaretur. l. 5. §. fina. ſupra De inoffi. teſta. l. Liberi. C. eo. tit. quamquàm hodie contrà ſit conſtitutũ. l. Omnimodò. C. eo. Vbi uerò filius odio patris, ex quo progenitus fuerat, diceretur exhæredatus, idq; ſcriptus hæres oſtēderet, tũc exhæredatus nepos excluderetur: & ſi maximè docuiſſet, ſe non ingratũ. Hoc eſt quod Vlpianus ſenſiße mihi uidetur, quũ ſcripſit, NEC ENIM MINVS IN HOC NEPOTI. &c. Quæ uerba præpoſterè retulit Vigli. in princi. inſti. De inoffi. teſta. n. 7. Noua interpretatio.

Ex his apparet, non eā fuiße Prætoris ſententiā, ut in bonorum poſſeſſione contra tabulas edictum ſucceſſoriũ introduxerit, etiam ſi prior, cui ea poſſeſſio fuiſſet delata, nec expreſſim nec tacitè teſtamētum cōprobaſſet. Nam ſi emancipatus filius teſtamentum patris, quo præteritus fuißet, aut expreſſim aut tacitè comprobaſſet, nullo colore poßet dici, amißam ea ratione contra tabulas bonorũ poſſeßionē ſequenti deferendā, argu. d. l. Filio præterito. Hodie fortaſſis in ꝓpoſita quæſtione dici poterit, edictũ ſucceſſoriũ ad hanc contra tabulas bonorũ poſſeſſionem inducendũ, ut emācipato filio, qui cũ cauſa præteritus fuit, excluſo, liberi eius fauorabiliter admittātur. Noua opinio. Quũ enī hodie cauſa legitima præteritioni adiecta, & ab ſcripto hærede cōtra præteritum probanda, bonorum poßeſſionē cōtra tabulas ſimillimā reddiderit querelæ, non abſurdum erit, exēplo ſucceſſionis, quæ in querela locũ habet, edictum ſucceſſoriũ ad hanc ſpeciē inducere. Quæ cōparatio eò rem ꝑducet, ut quāuis filius emācipatus teſtamentũ patris comprobauerit, nihilominus ſequentes admittantur: ſicuti in querela receptum eſt.

207 EMANCIPATIONIS † etiam & mortis caſus hodie
208 diſſimiles ſunt, nō tātùm iure Prætorio, ſed etiam ciuili: quũ Iuſtinianus, † no-
ua cōſtitutione, emācipatum īuitauerit ad inteſtati parentis hæreditatem,
quaſi iure ciuili non incognitũ. l. Meminimus. C. De legiti. hæredi. quod &
receptius eſt, et uerius. Licet enī Ioā. Crot. n. 53. Charo. Rui. n. 64. Lāce.
Gali n. 41. Fortu. n. 141. negent, hoc Iuſtinianum ſenſiße, magis tamē eſt, ut
209 hæc illius fuerit ſentētia. Nā † & ſubtiliore tractatu habito, id quod Præ-
tor circa emācipatũ inuenerat, cũ perfectiſſima definitione diſpoſuit, eaq;
diſpoſitiōe, leges ciuiles uoluit āpliari. Deniq; cũ Prætor emācipatũ filiũ
ſine ulla diminutione uocaret in patris ſucceſſionē, Imꝑator aũt Anaſtaſiꝰ
fratrē emancipatũ conſtituiſſet fratri ſuccedere ciuili iure, cum aliqua ta-
mē diminutione. l. Ne lucrum. C. De curato. furio. emancipati uerò filius

*iure ciuili patruo ſuo non ſuccederet, qui noua Anaſtaſii conſtitutione cõprehenſus non eſſet, Iuſtinianus, ut Anaſtaſij legem iuſto incremento perfectam redderet, omnes haſce perſonas iure legitimo, & ſine ulla diminutioue ſuccedere uoluit. Planè hoc de emancipatis filijs ſanxiſſe belliſſimum credidit. Secundùm quæ, uerum eſt, emancipatum ab inteſtato iure legitimo ſuccedere, ut etiam probari uidetur in authen. De hære. ab inteſta. uenië. §. 1. & §. Nullam uerò, colla. 4. Non tamen ſui hæredis iura habet, quũ non ſit in poteſtate. l. Lege Cornelia, in fi. ſupra De teſta. & ſimilitudo ſui hæredis, de qua in. d. l. Meminimus, eò pertinet, ut ſuus & emãcipatus, utriq; iure ciuili, utriq; ſine ulla diminutione ſuccedant. Nã & idẽ Princeps. in. §. Cæterùm, inſti. De legiti. agna. ſucceſ. ſcribit, õnes agnatos ſiue maſculos ſiue fœminas ad ſimilitudinẽ ſuorum inuicẽ ad ſucceſſionem uocatos. l. XII. tabularum: & tamen manifeſtum eſt, ſimilitudinẽ ad omnes effectus perduci non potuiſſe. Igitur in emancipato filio aditio neceſſaria eſt, qui nec ſuus hæres ſit, nec ſui hæredis iura habeat. l. In ſuis, infra De ſuis & legiti. hære. l. Quemadmodũ, ſupra De inoffi. teſta. Bonorum autem poſſeſſio Vnde liberi, non eſt ei neceſſaria, ut olim erat: quũ utiq; iure ciuili, hæreditatem patris inteſtati adire, nuda uoluntate poſſit. Vnde & ſi ante aditam hæreditatem uita deceſſerit, † hæreditatem, quã* 211
*ipſo iure non quæſiuit, tranſmittere in ſucceſſores non poterit, ut ſui hæredes poſſunt. l. apud hoſtes. C. de ſuis & legi. hære. l. Ventre, ubi hoc ita receptum eſt, infra De acqui. hære. licet Ioã. Crot. hic. n. 51. contrariũ tẽtet defendere. Et pudendus error fuit Angel. de Vbal. in repe. l. Qui ſe patris. n. 5. C. Vnde libe. ſcribentis, emãcipatum hodie eſſe ſuum hæredẽ, & de hoc eſſe tex. in. §. Emancipati, in fine, inſti. De hæredita. quæ ab inteſta. deferun. & ibi Ange. in apoſtilla, quam manu propria conſcripſit: quũ tamen uerba & ſentẽtia Imperatoris nihil in eo. §. noui conſtituentis, apertiſſimè ad ſuum hæredem, nõ uerò ad emancipatũ referuntur.*

Cõtra Ang. de Vbal.

*EX qua Iuſtiniani noua cõſtitutione primùm colligo, quòd licet antea nepos & ſequentes liberi in ſui hæredis locum ſuccederent, ſi præcedẽs perſona emãcipatione, ſui hæredis locũ amiſiſſet, ut hic, & §. Videndũ, ĩfra hac. l. l. Poſthumorũ, ĩfra tit. 1. §. Sui autẽ hæredes, inſti. De hære. quali. & diffe. §. Ita demũ, inſti. De hæredita. quæ ab ĩteſta. deferũ. hodie tamẽ (ut ego interpretor) † nepos nõ efficitur ſuus hæres auo: & ſi pater,* 212
*qui eum antecedit, emancipatione de patris poteſtate exeat. Nam quum olim*

*olim Prætor emancipatum ad ſimilitudinem ſui hæredis admitteret, non idcirco euenire potuit, ut conceptus ex eo nepos, qui in poteſtate aui mã-*
213 *ſiſſet, eidẽ ſuus hæres nõ eſſet. Siquidem † Lex ciuilis ſola hæredẽ facit, non Prætor. §. Quos autem, inſti. De bono. poſſeſſio. Planè is, qui in poteſtate fuerat, ſolus iure ciuili hæres erat, & ſolus ſuus hæres. §. Emancipati, inſti. De hæredita. quæ ab inteſta deferun. At poſtquàm Iuſtinianus eiſdẽ uerbis, quibus & Prætor, ſed utiq; maiore poteſtate, emancipatum ad ſimilitudinẽ ſui hæredis uocauit. d. l. Meminimus, hæredem eum fecit, qui antea hæres non erat. Sic oportuit, nepotem in poteſtate aui retentum nõ eſſe ei ſuũ hæredem: quem ſcilicet emancipatus filius iure ciuili an-*
214 *tecedat. Deniq; † ſui hæredis propriũ ſit, uiuo parẽte, quodãmodo dominũ exiſtimari, & in hæreditate inteſtati primũ eſſe ſucceſſorẽ. l. In ſuis, ſupra hoc ti. §. Sui autẽ, uerſi. Sed ſui, inſti. De hære. quali. & diffe. Quod Alcia. perſpexiſſe non uidetur Parado. lib. 3. cap. 10. in fine.* Contra Alcia.

*Vnde quæſtionis eſt: ſi emancipatus filius inteſtati patris hæreditatẽ ſibi delatam repudiet, an nepos, qui in aui morientis fuit poteſtate, ad hanc hæreditatem quaſi ſuus hæres admittatur. Et ex Bal. ſententia in. l. Qui ſe patris. n. 15. uerſ. Item dubitatur. C. Vnde libe. colligi uideretur, eum quaſi ſuum hæredem admittendum. Certè Pau. Caſtr. inibi. n. 7. & in. l. Vẽtre præterito. n. 4. uerſi. Sed quid ſi ſtatutum, infra De acqui. hæredi. Baldũ ſentire exiſtimat, & ipſe probat, quód ſi filius qui præcedebat, & ſuus hæres erat, repudiare poſſit hæreditatem per ſtatutum, ueluti extraneꝰ, ut poſt repudiationẽ, nec nudũ quidẽ ſui hæredis nomẽ apud eũ remaneat: tunc nepos poſſit auo quaſi ſuus ſuccedere: eiuſq; hæreditatẽ nõ aditam in quoſcũq; ſucceſſores trãſmittat. Quod ꝑfectò euidẽtiore ratione in propoſita quæſtione dicetur. in qua filius, ne quidẽ anteq; repudiaret, ſuus hæres fuit, quũ emãcipatus eſſet. Sed et Matth. Mattha. in tracta. De ſucceſſ. ab inteſta. ĩ pri. n. 9. apertè ſcribit, quód licet hodie filiꝰ emãcipatus poſſit ab inteſtato iure ciuili ſuccedere, & per cõſequens nepotẽ ex ſe conceptũ in totũ excludat, ſi tamẽ is hæreditatẽ patris ĩteſtati delatã ſibi repudiet, tunc nepos ad eandẽ hæreditatem admittetur, ut ſuus & neceſſarius hæres. Et hoc caſu putat, incorrectũ tex. ĩ d. §. Ita domũ, cũ ſimi. inſti. De hære. quæ ab inteſta. deferũ. Hoc & Guiliel. Gallus neminẽ allegãs, ſecurè docuit in repe. cap. Raynutius, ĩ uerb. Et uxorẽ noĩe Adelaſiã. deciſ. 5. n. 52* Cõtra Matthe. Mattha. & Guiliel. Gallũ.
215 *Ego uerò in contraria opinione ſum: qui exiſtimẽ, † nepotẽ in hac ſpecie*

 *non poſſe*

non poſſe effici auo ſuum hæredem, & eſſe ei aditionẽ hæreditatis auitæ neceſſariam. Atio qui nec hæreditatem aui quæret ipſo iure: nec eam in hæredes tranſmittere poterit ratione ſuitatis. Nam primùm Bal. in.d.l. Qui ſe patris, non ſenſit, nepotem auo ſuum hæredem futurũ, ſi pater, qui præcedebat, quaſi extraneus repudiaſſet: ſed illud dumtaxat, nepotẽ iure ciuili admittendum, uti Alex. inibi. n. 14. & Iaſ. n. 46. aduerſus Pau. Caſtren. annotarunt. Et ſi nepos, præcedente patre, nunquã uiuo auo quaſi dominus bonorum eius fuit, ceſſante dominij continuatione, nõ uidetur eidẽ ſuus hæres futurus, ut argumentamur Curti. Iunior. n. 49. Sebaſti. Sap. n. 40. in. d. l. Qui ſe patris. Item difficile uidetur, nepotem, quem in hæreditate inteſtati præuenit pater, auo ſuum hæredem fore, argumẽto l. Scripto, infra Vnde libe. eò maximè quòd pater ad ſimilitudinẽ ſui hæredis, iure ciuili admiſſus, d. l. Meminimus, obſtare nepoti quaſi ſuus ĩtelligitur, uti ex uerbis Bar. hic. n. 8. uerſi. Si ergo quãtũ, deduxiſſe uidetur Alex. in. d. l. Qui ſe patris. n. 13. in fine. Præterea iuris ciuilis regula eſt, † eũ ab inteſtato quaſi ſuum hæredem poſſe ſuccedere, cui ante eum alij non eſt delata hæreditas. l. Si quis filio, uerſi. Ab inteſtato, infra tit. 1. Quum igitur patri emancipato prius iure ciuili delata fuerit hæreditas, conſtãter negabitur, eam poſtea nepoti ipſo iure quærẽdã quaſi ſuo. Nec enim multum referre arbitror, quòd hæreditas patri delata proponitur, qui ſuus hæres non eſſet: ſatis namq; eſt, quod delata ei fuerit, ſecundùm Vlpiani traditionem in. d. uerſi. Ab inteſtato, uti ſubtiliter in alia ſpecie obſeruarũt Raph. Cuma. ante. n. 2. & Aret. 1. col. uerſi. Sed contra, in. l. Si filius hæres ſupra hoc tit. inducentes ſimili modo tex. in. d. l. Si quis filio. 216

SECVNDO colligo † cum Bar. hic. n. 3. aduerſus Accurſi. idẽ ius uerſari, ſi nepotes & liberi deinceps in poteſtate relĩcti, cõtra teſtamentũ agere intendãt: nec enim audiri debẽt. Quippe ſatis eſt, quòd parẽs erga eũ, qui præcedebat, emancipatũ ſolẽniter teſtatus ſit, argu. l. Si quis poſthumos. §. Si filiũ exhæredauero, cũ ſimili ſupra hoc tit. Et hoc Bar. pluribus argumentis comprobat: cuius ſententia receptiſſima eſt. Hinc. n. fi. † obſeruat, eiſdẽ liberis, qui in poteſtate ſint, nec inſtitutis nec exhæredatis, poſſe parentẽ intra pubertatis annos facere teſtamẽtũ, iuxta. l. 2. infra De uulga. & pupil. quũ præteriri rectè queant, præcedẽte eos emãcipato patre, & in alterius poteſtatem recaſuri non ſint, qui mortuo teſtatore, in cuius erant poteſtate, ſui iuris efficiantur. Quod ante Bar. obſeruaſſe 217 218

*uaſſe fertur Rayne.in tracta.ſubſti.in mate.pupilla.ut per Iaſ.hic.n.fin.*

219 *Equidem reor ſimili exẽplo, idem & circa tutelas dici poſſe, † ut eiſdem liberis parens tutorem dare queat. §. Permiſſum, inſtitu. De tutel. Sic apparebit, regulam Iurecõſulti in.l. Quo tutela.§. Nemo poteſt, in-* Noua obſeruatio. *fra De regu.iu.hodie non ualere.* NEMO *(inquit)* POTEST TVTOREM DARE NISI EI QVEM IN SVIS HAEREDIBVS TEMPORE MORTIS HABVERIT. *Obtinuit regula, antequàm emãcipatus iure ciuili ad parentis inteſtati ſucceſsionem eſſet admiſſus. Sed poſtquàm, eo ita admiſſo, effectum eſt, ut liberi in poteſtate manentes, & morte parentis ſui iuris facti, eidem ſui hæredes non exiſterent, interpretandum eſt, ceſſare cũ ſententia Iureconſulti, uerba quoq; ipſius regulæ: quæ obſeruatio eſt noua.*

220 *Illud eleganter notari poteſt, † ſi filius emãcipetur, deinde ſeſe in arrogationem dederit, nepotem in poteſtate aui retentum, qui iura ſui hæredis non idcirco nactus eſt, quòd pater de poteſtate exijt, in iura ſui hæredis tunc ſuccedere, quum primùm emancipatus pater ſe ſe in arrogatio-*
221 *nem dedit. Conſtat enim, † emancipatum, qui ſe in arrogationem dedit, & in eo ſtatu fuit per id tẽpus, quo pater naturalis moriebatur, nõ admitti ad eiuſdem patris bona quaſi filium iure Prætorio. Siquidem Prætor huiuſmodi filio pollicitus non eſt bonorum poſſeſsionem Vnde liberi ab inteſtato. Nec ſi teſtamẽto naturalis patris præteritus fuiſſet, ad bonorum poſſeſsionem contra tabulas eum uocauit: ſed ſolum modò permiſit, ab inteſtato accipere bonorum poſſeſsionem, Vnde cognati. §. At hi. §. Minus §. Eadem. §. Admonendi, inſti. De hæredita. quæ ab inteſta. deferũ. Ergo nec Imperator, qui in.d.l. Memnimus, exẽplo iuris Prætorij emancipatũ inteſtati legitimum hæredem fecit, poteſt uideri, hũc filiũ ad legitimam parentis hæreditatem quaſi filium inuitaſſe. Sic eueniet, ut qui obſtabat nepoti ex ſe concepto, antequàm ſe in arrogationem daret, obſtare deſinat, ubi ſe in arrogationẽ dedit: quòd incipiat tũc nepos ĩ poteſtate aui retentꝰ primum locũ in ſucceſſione eius obtinere, & per hoc ſuus hæres fieri. Contrarium ſcribit Matth. Mattha. in tracta. De ſucceſſio. ab inteſta. in princi.n.2. Ait enĩ, ſublata differẽtia emancipationis et patriæ poteſtatis, hunc filium, qui ſeſe dedit in arrogationem, iure ciuili ad bona patris naturalis inteſtati admittendũ fore quaſi filiũ. Ange. etiã Aret.* Cõtra Matthe. Math. & Angel. Aret. *in.§.i.in fi. inſti. De acquiſi. per arroga. motus ea ratiõe, quòd hodie ſublata ſit differentia agnationis & cognationis. Ego nihilominus à priore*

ſententia non diſcedo, quam Bal. expreſſim cõprobauit in l. Cùm in adoptiuis. §. Quæ in filio. C. De adoptio. Philip. Corn. in l. Si emancipati. n. 10. C. De colla. Non obſtat, quòd hodie ſublata ſit differentia emancipationis & patriæ poteſtatis: quoniam reſpondetur, emancipatum in propoſita ſpecie non propterea excludi, quòd in patris naturalis poteſtate non ſit: ſed quòd poſt emancipationem, ad alienam familiã ſeſe tranſtulit. Item non obſtat, quòd ſublata eſt hodie differentia agnationis & cognationis: quoniam hoc argumentum, illud tantũmodò poteſt euicere, † huiuſmodi filium, qui quaſi filius non admittitur, poſſe poſt omnes 222
liberos admitti iure agnationis, qui olim ſolo cognationis iure per Prætorem uocaretur.

TERTIO colligo, † edicto De cõiungen. cũ emancipato liberis 223
eius, hodie iã locum præcluſum: quod receptius eſt, ſecũdũ omnes hic. In contraria opinione dicitur fuiſſe Iacob. Aret. in authen. In ſucceſſione. C. De ſuis & legi. hære. Bal. in. §. Item adoptiuos, inſti. De hæredit. quæ ab inteſt. deferun. Et hos ſequuti ſunt hic Ioan. Crot. n. 53. Charo. Rui. n. 94. Fortu. n. 141. Mouentur eo argumẽto, quòd credũt, etiã hodie non eſſe admiſſum iure ciuili emãcipatum, ad inteſtati patris hæreditatẽ: quaſi duret etiam nũc ius Prætoris antiquum. Sed quum conſtare omnimodò debeat, emancipatum hodie iure ciuili ſuccedere, ſecundùm ea, quæ ſupra oſtẽdimus, ſubtilius eſt Rapha. Cuma. argumentum hic. n. 5. Tentat enim dicere, edictum De coniũgendis. &c. etiam hodie durare. Nam & ſi agnoſcat, emancipatum hodie iure ciuili admitti ab inteſtato, ad ſimilitudinem ſui hæredis. d. l. Meminimus, non tamen abſurdũ putat, ſi & hodie ius nouum ciuile ſic interpretemur, quemadmodum & ius antiquũ Prætoris: qui etiam emancipatum ad ſimilitudinem ſui hæredis admiſit, reſciſſa capitis diminutiõe. l. Sed cùm patrono. §. 1. infra De bono. poſſeſ. & ita emancipati ſucceſſionem temperauit, ut cum eo coniungerentur liberi eius. Andreas quoq; Alcia. Parado. lib. 3. cap. x. in fine, retenta communi opinione, quòd emancipatus iure ciuili ſuccedat, argumentatur, nepotẽ nõ excludi. Nam cũ ſuus hæres ſit, & emancipatus ad ſimilitudinẽ ſui hæredis admittatur, nihil uetat, utrumq; ex æquis partibus ad ſucceſſionẽ uocari. Nam licet (inquit) iure ciuili ſecũdùm receptam ſententiã, emãcipati ad ſimilitudinẽ ſuorum hæredum ſuccedant, nõ idcirco probandũ eſt, nepotem, qui in poteſtate permanſit, ſuum hæredem eſſe nõ poſſe.

Mihi

Mihi autem recepta ſentẽtia magis placet. Nã in primis contra Alciatũ ꝓbari debet, nepotẽ ſuũ hæredẽ non eſſe, quẽ iure ciuili emancipatus pater antecedat, iuxta ea, quæ ſupra diximus. Vnde & ſubtile Raph. Cuma. argumentum diſſoluitur: nec enim hodie ratio eadem eſt, interpretandi ius nouum ciuile, quæ olim fuit, interpretandi ius Prætoris antiquũ. Quippe quum ciuilis ratio totam parentis hæreditatem liberis ſuis hæredibus addiceret, ratio autem naturalis dictaret, emãcipatũ filium, excluſis nepotibus, in aſſem admittendũ, Prætor iuſtiſſime edixit De coniungendis cũ emancipato liberis eius: ne emãcipatus ſolus ueniret: nec rurſus nepotes iure poteſtatis obijcerentur patri ſuo. l. 1. §. Hoc edictũ, infra
224 De coniungen. cũ emancip. libe. eius. Deniq; † concurrente hinc atq; inde contraria ratione, hæreditas in ſemiſſes diuiſa eſt: ſicuti & aliàs in. l. Si pater familias, ſecundùm literam reſtitutam, infra De hære. inſti. §. fi. inſti. De uulga. ſubſtitu. Cæterum hodie Lex ciuilis, quæ emancipatum filium ad ſui hæredis ſimilitudinem admiſit, illud etiam nouauit, quòd non permiſit, nepotem auo ſuum hæredẽ eſſe, quem pater iure ciuili hæres fa
225 ctus, in ſucceſſione inteſtati præcedat. Quare † quum iam non detur rationum concurſus, nec quidem hæreditas in ſemiſſes diuidetur: ſed emancipatus in totum erit admittendus. Et hac planè ratione, edictum De coniungendis cum emancipato liberis eius ceſſare hodie dicetur, quòd eius edicti ratio ceſſauerit, pugnantibus hodie pro emancipato naturali ſimul & ciuili ratione.

Cõmuniſ opinio defẽſa aduerſus Rapha. Cuma. & Nouiores.

226 QVARTO colligo, † uideri hodie non eſſe regulariter locũ edicto De collatione bonorum: quo cautum eſt, ut emancipati, qui iure prætorio per bonorum poſſeſſionem ad hæreditatem cum ſuis hæredibus admitterentur, bona conferrent. l. 1. infra De colla. bono. Et Alex. in. l. Si emancipati. n. 11. C. De collatio. hanc quæſtionem nullius momenti eſſe credidit: quoniam (inquit) aduentitia non conferuntur. l. fin. C. de colla. profectitia uerò ab emancipatis & à ſuis hæredibus cõferenda ſunt. Quòd autem ſimplicem donationem emancipati conferunt, quã
227 filiusfamilias conferre non ſolet, † non ex eo uenit, quòd ſublata ſit differentia emancipationis & patriæ poteſtatis, ſed magis ex eo, quòd donatio facta filiofamilias relicti uim capit, quippe quæ initio nõ cõſtiterit: ſic quaſi relictũ non confertur. Ego quæſtionem magni momenti, & uti-
228 liſſimam eſſe deprehendo. Nam † Prætoris edictum De collatione bono-

Contra Alex.

rum

rum manſit illæſum in fructibus aduentitiorum, quos emancipatus ſuo hæ
redi conferre debuit, quatenus locupletior factus eſſet, eò quòd ſi in pote
ſtate manſiſſet, hos fructus patri quæſiturus eſſet, uti idem Alex.n.2.
& Iaſ.n.3. poſt alios reſoluunt in l.fi.C. De colla. Ergo uidendum eſt, an
ea recepta ſentẽtia, qua iuſtè creditum eſt, edicto Prætoris nihil eſſe de-
rogatum circa fructus aduentitiorum per.d.l.fin.C. De colla. hodie pro
cedat, poſtquàm emancipatus iam non iure Prætorio, ſed ciuili ſucceſſor
parentis efficitur? Et Bar. in l. Pater filium.n.5. infra De colla. dotis,
affirmat, emancipatum debere aduentitiorum fructus ſuis fratribus con-
ferre, ſi eadẽ collatiõis ratio hodie uigeat, quæ olim erat. Illud, quod præ
cipuum erat, non explicuit, utrum hodie eadẽ ratio eſſet, quæ olim fuerat.

Noua edictí ratio De collatione bono.

Mihi uidetur, † collationis rationem, quam nemo (quòd equidem ſciã) 229
ad hunc modum reddidit, illam fuiſſe. Nam quum prætor emancipatum
ad parentis ſucceſſionem admitteret, quaſi emancipatus nõ eſſet, reſciſſa
uidelicet capitis diminutione. l. Sed cùm patrono. §. 1. infra de bono. poſſeſ.
æquiſſimũ eidem uiſum eſt inducere, ut qui cũ ſuis hæredibus ſimul admit-
teretur, perinde atq; ſi in poteſtate manſiſſet, idem omnia eis conferret,
quæ, ſi in poteſtate patris eſſet, illi quæſiturus fuiſſet. Sic caſtrenſia non
conferebat. l. 1. §. Nec caſtrenſe, infra De colla. bono. nec aduentitia:
poſtquàm cœperunt quoad proprietatem nõ acquiri patribus familias iure
poteſtatis. l. fina. C. De colla. Quia & ſi reſciſſio Prætoris inducta eſt,
quò magis emancipatus, non quò minùs admitteretur. l. 3. §. Si emancipa
tus, infra De bono. poſſeſſ. contra tabu. uerum eſt, ex reſciſſione capitis
diminutionis induci non poſſe, quòd liberi excludantur. Sed tamen induci
oportuit, ut certo modo admitterentur ex ui neceſſariæ cuiuſdã conſe-
quẽtiæ, uel ſimilitudinis, argumento l. Cùm ex oratione, ſupra De excu-
ſa. tuto. l. Pro hærede. §. Papinianus, uerſi. Quo facto, infra De acqui.
hæredi. l. 1. §. Nepos ab auo, infra Si quis à paren. fue. manum. Quæ † 230
ratio, & ſi qua alia reddi poteſt, durare hodie uidetur: quum & ius ciuile
emancipatum ad eandem ſui hæredis ſimilitudinem uocauerit. d. l. Memini
mus: & hic adaptari poſſit argumentatio Rapha. Cuma. n. 9. circa edi-
ctum De coniungen. cum emanci. libe. eius. ut eadem ratio ſit interpretan
di ius ciuile, quæ fuit interpretandi ius Prætorium. Quòd ſi Prætor ſuis
hæredibus fecit iniuriã, dum emancipatos ad partem ſucceſſionis admit-
tit, non minùs hodie ius ciuile confirmauit iniuriam: dum etiam uult, quòd
ſui hæredes

*ſui hæredes in totum non ſuccedant, ſed emancipatus in partem ſit cohæres. Et hoc ita non inſubtiliter conſiderauit. Philip. Corn. in. d. l. Si emãcipati. n. 11. qui inclinat in hoc, ut putet, durare hodie collationis rationem. Idq; fortiter defendi poteſt: quod uidelicet auctoritate etiam Accurſij confirmari uideatur in. d. l. Si emancipati, in uerb. uenientem, negantis, ſublatam hodie differentiam emancipationis & patriæ poteſtatis quoad collationem, licet ſublata ſit quoad ſucceſſionem. Et tamen frequẽtiùs probari uideo, emancipatum hodie nihil collaturum, eò quòd iure ciuili admitti cœperit, uti opinantur Rycardus & Albe. n. 6. ſentitq; Bar. in fi. & exprimit Bal. 4. oppoſi. in. d. l. Si emancipati, ubi & Ludo. Roma. in eadem ſententia fuit relatus à Philip. Corn. n. 10. Salyce. etiã in. l. Vt liberis in fi. ſecundùm gl. quam inibi emendat. C. eo.*

231 *QVINTO colligo, † quod & ſi hodie per bonorum poſſeſſionem uenire malit emancipatus, nihilomagis edictis ſuperioribus locus erit: quum utiq; iure ciuili admitti potuit. Induco ad hoc tex. notabilem in. l. Is qui in poteſtate, in princi. infra De lega. præſtan. ubi is qui iure ciuili potuit hæreditatem inteſtati obtinere, & per bonorum poſſeſſionem contra tabulas uenire maluit, non idcirco legata coniunctis perſonis præſtare debuit: quãuis maxime exceptis perſonis legata præſtari ſolerent ex edicto De legatis præſtandis. Qua ratione idem dicendum puto in fructibus aduentitiorum: ſi modò probanda ſit ſupior illa ſententia. Nec enim emancipatus eos hæredi ſuo conferet, quãuis bonorum poſſeßionem acceperit: quum & iure ciuili adire hæreditatem potuerit.*

*His conſequens eſt, ut nec hoc caſu cõiungendi ſint emancipato liberi eius ex edicto, aduerſus Bar. ſententiam in. l. i. ad finem, infra De coniungen. cum emãcipa. libe. eius ubi ſcripſit, edictum illud etiam hodie durare, ſi emancipatus uiã iuris Prætorij eligat. Quod cum Bar. Bal. probauit in repe. l. In ſuis, col. 3. 1. 7. oppoſi. ſupra hoc titu. Ang. de Perigl. in repe. n. 52. Ang. etiã Peruſ. in. l. Si proponas, ſupra De inofficio. teſta. Ioã. de Plat. in. §. Sui autem, in fine inſti. De hære. quali. & diffe. Pau. Caſtrẽ. hic. n. 11. & Iaſ. poſteriore lect. n. 54. Ioan. Crot. n. 53. Sed horum omnium ſententia improbanda eſt cum Alex. poſt alios in. l. fina. cola. fin. infra hoc titu. & Areti. conſi. 129. n. 21. quem Iaſ. ubi ſupra æquiuocare dicit, nec rectè: quoniam Are. conſtanter opinatur, non eſſe ueram Barto. ſententiã. Quam equidem fortiſſimo argumento condemnandam arbitror. d.* Cõtra Bar. & alios.

*l. Is qui in*

*l. Is qui in poteſtate.*

*SEXTO & ultimò colligo, † quòd emancipatus, quem rite pater teſtamento exhæredauit, querelam hodie inofficioſi teſtamenti poterit exercere, intra quinquēnium à die aditæ hæreditatis, iuxta regulā l. Scimꝰ. §. Illud præterea. C. De inoffi. teſta. neq; excludetur eò quòd bonorū poſſeſſionem intra ānum non agnouerit. Nam & ſi demus, ſecundū receptam ſentētiam, fuiſſe olim neceſſariam emācipato bonorum poſſeſſionē gratia litis agnoſcendæ, ea tamen poſſeſſio ſuperfluere hodie uidetur: quū emancipatus iure ciuili admittatur. Hoc Salyce. recte probat in l. Certū n. fina. C. Vnde legiti. Pau. Caſtren. in l. 2. n. 3. C. De inofficio. teſta. Et tentat idem dicere Curti. Iunior in authen. Ex cauſa. n. 43. C. De libe. præte. ubi Bar. n. 12. poteſt hoc uideri ſenſiſſe: dum emancipatum ſuo hæredi æquiparat. Sed & Iaſ. ī additi. ad Chriſtopho. in §. Sed hæc quidem, inſti. De exhære. libe. hoc idem tentat per tex. inibi: qui tamen non facit. Contrarium uulgò receptum eſt, ut etiam hodie neceſſaria ſit emancipato talis bonorum poſſeſſio, uti poſt alios ſcribit Aug. de Perigl. in repe. l. In ſuis. n. 52. ſupra hoc tieu. & reſoluit Iaſ. ī d. l. 2. n. 8. C. De inoffi. teſta. Alex. n. 8. Philip. Corn. in fi. in d. l. Certum. C. Vnde legiti. Idem Corn. in authen. Ex cauſa. n. 30. C. De libe. præte. & Lance. Galiau. hic. n. 49.* 201

Cōtra communem. *Sed tamen ſuperior ſententia multò probabilior mihi uidetur, ut non ſit neceſſaria emancipato talis bonorum poſſeſſio: idq; argumento tex. in l. Papinianus. §. Quarta autem, in fi. ſupra De inoffi. teſta. Vbi emācipatus filius ad inofficioſi teſtamenti querelam admittitur, ſine ulla bonorum poſſeſſione gratia litis agnoſcendæ: non alia ratione, ſecundùm Ange. inibi, quàm quòd is emācipatus hæres fuerat inſtitutus: ſic iure ciuili non erat incognitus. Quā Ange. rationem Iaſ. ſequitur ī d. l. Certum. n. 7. Igitur euidentiore ratione, idem hodie dicemus in emācipato exhæredato: quū olim emancipatus filius, ſi eſſet à patre inſtitutus, admitteretur iure ciuili quaſi extraneus. §. Cæterum, inſti. De hære. quali. & diffe. hodie iure ciuili admittatur ab inteſtato quaſi filius. Moueor etiā argumēto tex. in l. Pater filium, cum l. ſequen. ſupra De inoffi. teſta. ubi pater ad querelā uocatur, & de inofficioſo teſtamento emācipati filij poteſt queri, ſine ulla bonorū poſſeſſione: fortaſſis quia contracta fiducia dabat, ut ad legitimā filij hæreditatem admitteretur. §. fina. ſecundùm uulgarē interpretationē*

*inſti.*

inſti.De legiti.agna.ſucceſſio.Ergo quũ hodie emancipatus ad legitimã patris hæreditatem admittatur, conſequens erit dicere, admittendum eũ ad inofficioſi querelam ſine tali bonorum poſſeſſione.Denique aut hoc ſẽſu reſponſa illa Iureconſultorũ accipienda ſunt:aut certe per ea dicendũ eſt, nec olim quidem talẽ bonorũ poſſeſſionem fuiſſe emãcipato neceſſariã,eo quod emãcipatus eſſet,cũ Viglio in.§.Tam autem,inſti.De inoffi.teſta.

Illud notandum eſt,licet probaretur, & olim & hodie eam bonorũ poſ-
233 ſeſſionem emancipato exhæredato neceſſariam eſſe:† nullatenus tamen recipiendum fore, ut coniunctis perſonis emancipatus legata præſtare debuerit. In quo articulo Iaſ. & Philip. Deci. contraria ſenſerunt. Iaſon enim in.l.1.col.2.C.De bono. poſſeſsio.contra tabu. edictum De legatis præſtandis noue induxit ad emãcipatum,qui,inofficioſi teſtamẽti perlata querela, ab inteſtato per bonorum poſſeſſionem Vnde liberi ſucceſſiſſet. Nam quum is beneficio Prætorio ad querelam iuris ciuilis admitteretur, uiſum eſt Iaſoni, edictum De legatis præſtandis in hac quoque ſpecie locũ habuiſſe,eadem æquitate & ratione. Scribit tamen, hoc non eſſe tactum: & cari penderem (inquit) inuenire auctoritatẽ Doctoris in hoc. Sed Philip. Deci.inibi.n.8. quibuſdam argumentis nititur contrarium defendere. Ego uero nõ dubito, quin edictum nequeat induci, & nullis perſonis legata fuerint præſtanda.Conſidero enim, quod perlata querela, teſtamentũ reſciditur, & abinteſtato ſucceditur:proinde nõ eadẽ ratio eſt, quæ fuit, ubi emancipatus,accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, nõ omnino ab inteſtato ſuccedebat, ut annotaſſe uidentur Odofre. Cynus oppo.3. & Albe.in.l.i.C.De bono.poſſeſ.cõtra tabu.Facit argutũ illud Vlpiani reſponſum in.l. Qui autem. §. Hoc edictum, infra Si quis omiſſa cauſa teſta.coniuncto.§. Sunt autem, inſti.De bono. poſſeſ. Præterea conſidero, Prætorem quidem, quum edixit de legatis præſtãdis, eius propoſiti fuiſſe, ut ſine iniuria certarum perſonarum, bonorum poſſeſſionem cõtra tabulas teſtamenti daret.l. Si emancipato, infra De lega.præſtan.ſed Cõtra Iaſ.
234 † utique non minus reſpexiſſe ad ipſum teſtatoris iudicium, quod reſcindi, iniquũ erat, quatenus ex eo coniũctæ perſonæ ueniebãt.l.1.ibi, EX IVDICIO
235 EIVS, infra De lega.præſtan.coniuncto. §. Hoc autem.l.3.eo titu. ubi † cum iniuria parentum, & liberorũ quibus legata per ſeruos quærerentur, concedit Prætor bonorum poſſeſſionem contra tabulas, eo quod liberi parenteſque eo caſu, ex iudicio teſtantis non uenirent.l. Qui liberis.§. Hæc

uerba,

uerba, infra De uulga. & pupilla. Ergo quum † perlata inofficioſi que- 236
rela, teſtantis iudicium quaſi furioſi damnaretur. l. 2. l. Titia, ſupra De inofficio. teſta. non eſt, quod Prætor conſeruari tale iudicium curauerit. Faciunt quæ ſcribit Alex. quũ Rapha. Cuma. refert in. l. Ex duobus. n. fina. ĩfra De uulga. & pupil. Deniq; quòd Iaſ. auctoritatem Doctoris non inuenerit, qui rem attingeret, nec Decius attulerit, miror: quoniam Accurſius in. l. Maximum uitium, in uerb. totius ſubſtantiæ. C. De libe. præteri. euidenter ſcripſit, emancipatum nullis perſonis legata debuiſſe, teſtamento per querelam reſciſſo. Et quanquàm hæc quæſtio emolumentũ habere non uideatur, quoniam hodie legata debentur omnibus, rupto per inofficioſi querelam teſtamento, authen. Ex cauſa. C. De libe. præte. ni-
hilominus utiliſſima eſt: ſi uel proponamus, † aliquem ex liberis, uel paren- 237
tibus, cui legitimam portionem teſtator non deberet, inſtitutum: emancipatum autem fuiſſe exhæredatum. Nam ſi emancipatus, tollendæ dubitationis gratia, præmittat bonorum poſſeſſionem, & obtineat in querela, Iudex uerò perſuaſum habeat, talem bonorum poſſeſſionem gratia litis agnoſcendæ neceſſariam eſſe emancipato, deceptus auctoritate uulgaris opinionis: introducetur quæſtio circa edictũ De legatis præſtãdis, ut ſi Iaſ. ſententia uera ſit, defendatur hæres inſtitutus, pro portione, quæ emancipato non ſit debita. Sin autẽ Decij, & noſtra opinio uerior eſt, emancipatus inteſtato patri in aſſem ſuccedat: quũ. d. authen. Ex cauſa, inſtitutiones non conſeruet.

NOVISSIME tractari oportet, an emancipato, quibuſdam caſibus, neceſſaria hodie ſit antiqua Prætoris bonorum poſſeſſio: nam conſequens erit, edicta quoq; ſuperiora eiſdem caſibus durare. Et in ſequẽtibus ſpeciebus memini, emancipato uiſam eſſe neceſſariam bonorum poſſeſſionem.

Prima eſt, † quũ emancipatus, moriente eo, de cuius bonis agitur, pri 832
mum locum non tenebat. Hic etenim priore repudiante inteſtati patris hæreditatem, admitti iure ciuili non poteſt: ſed tantũmodò datum eſt ei ſuccedere per bonorum poſſeſſionẽ Vnde liberi, Singulare fuit Cyni placitum in. l. Qui ſe patris, col. antepe. uerſi. Nec obſtat. C. Vnde lib. quod Iaſ. hic. n. 53. & in. l. Si emancipati, in fine. C. De collatio. ſcribit, eſſe memorabile, nec apud alium auctorem ſe idem legiſſe. Sed & Hiſpanus Doctor Didacus de Segura ĩ repe. l. Cohæredi. §. Cũ filiæ. 4. col. ĩfra

De uulga

*De uulga. & pupilla. eâdem opinione ſimpliciter probaſſe uidetur. Mihi autem non ſatis probatur, argumē. d. l. Meminimus. C. De legiti. hæred. et tex. in auth. De hæredi. ab inteſta. uenie. §. Si quis igitur, colla. 9. Deniq; melius erit dicere, omnes emancipatos liberos iure ciuili eſſe admiſſos, uti aduerſus Cynum Salyce. putauit. in. d. l. Qui ſe patris. n. 21.* Cōtra Cynū, & alios cum Saly.

*SEcunda ſpecies eſt non uulgaris, quū parens emancipatum per ignorantiam præterijt, iuxta. l. Si inſtituta. §. fina. cum. l. ſequen. ſupra De inofficio. teſta. Tunc enim quia præteritio nō habuit iniuriā, teſtamētum ualet ipſo iure: & neceſſarium eſt emancipato præterito beneficium bonorum poſſeſſionis contra tabulas, ſecundùm Ange. Peruſi. ſententiā in. l. Sicut certi. C. De milita. teſta. quam Pau. Caſtrē. inibi probat. 2. col. & nixus eſt defendere Philip. Deci. n. 16. cum ſequen. contra Alexandrum. n. 4. Iaſ. n. 7. qui exiſtimarunt, teſtamentum hoc caſu nullius eſſe momenti.*
239 *Sed non dubito, † quin Alexandri ſententia uerior ſit: cuius argumenta ſatis urgent, nec iuſtè à Decio diſſoluuntur.*

*Certè Lege Regia opinionem Alex. probari intelligo lib. 4. tit. 70.*
240 *§. penul. coniuncto. §. præcedenti. Siquidē † manifeſta eſt legis ſentētia, quòd teſtamentum nullius momenti ſit per omnia, quū auus, ſine filiis decedēs liberos præterijt, quos mortuos eſſe, falſo rumore perlato, crediderat. Et tamen oportet intelligere, nepotes & cæteros deinceps non fuiſſe in*
241 *aui teſtatoris poteſtate: quū † ſecundùm ius, huius Regni moribus introductum, filius contracto matrimonio, quaſi emancipatione, ſui iuris efficiatur, lib. 1. tit. 67. §. 4. Sic eueniat, ut regulariter nepos in aui poteſtate nō*
242 *naſcatur, ſed in patris, quo mortuo, ſui iuris efficitur. Vt mirū ſit, † quòd alibi Regia Lex. lib. 12. ti. 67. Do Iuiz dos orfāos. §. 6. ſignificauerit, auū eſſe legitimū adminiſtratorem bonorum nepotis, ratione poteſtatis, & uſus fructus: quum auus non uideatur, uſumfructum habere poſſe, nec legitimam adminiſtrationem bonorum eius, quem in poteſtate non habeat.* Lex Regia an nō iuſtè fuerit compoſita.

243 *TErtia ſpecies eſt, † quum emancipatus, legitima cauſa inſerta, fuerit ſub conditione exhæredatus. Nam ſi mortuo parēte cōditio adhuc pendeat, aduerſus omnium ſententias puto, defendi poſſe, q̃ hic emancipatus ad parentis ſucceſſionem peruenire nequeat ſine bonorum poſſeſſione contra tabulas, quæ ei in hac ſpecie utiliſſima eſt & neceſſaria, iuxta. l. Sub conditione, infra De bono. poſſeſ. contra tabu. Teſtamentū enim ualere, illa ratione demōſtratur, quòd exhæredationis formæ à Iuſtiniano intro-* Noua contra omniū ſententiam opinio.

*ano introductæ ſatiſfactū eſt, adiecta legitima cauſa. Porrò quemadmo
dum olim in hac ſpecie bonorum poſſeſſio contra tabulas neceſſaria fuit
emancipato, ſic & hodie erit: quum † emancipationis & patriæ poteſta* 244
*tis differentia ſublata non ſit, ubi de impugnando teſtamento agitur, ſecū
dùm tradita ab Accurſio in authen. De hæredi. & falci. §. Exhæreda
tos, colla. i. & in l. Si emancipati. C. De colla. Demq; licet teſtamentum
nullius momenti cenſeri debeat, ſi ſuus hæres aliquis ita exhæredatus pro
ponatur. l. 3. §. Purè, ſupra hoc titu. coniuncta. l. Maximū uitium. C. De
libe. præteri. in emancipato diuerſum ius obſeruabitur: quoniam exhære-
datio conditionalis uitioſa apud Iureconſultos non fuit, ſecundùm ea, quæ
ſupra oſtēdimus. Tametſi † lex Parti. 3. in fi. titu. 7. Parti. 6. omnium ex* 245
*æquo liberorum exhæredationem, ab initio uitioſam decernat, ueterum in-
terpretum opinionem ſequuta.*

*QVinta & ultima ſpecies eſt uulgaris illa, quum emancipatus,
adiecta legitima cauſa, teſtamento parentis præteritus fuit. Hic
enim ſolam contra tabulas bonorum poſſeſſionē emancipato dan
dam eſſe, auctoritate Accurſij in d. §. Exhæredatos, receptū eſt. Quo
caſu non dubito, † quin aduentitiorum fructus conferre debeat ſuo hæredi,* 246
*ſecundùm edictum De collatione bonorum ex Bald. ſententia in l. Si
emancipati. 4. oppoſi. C. De collatio. Et legata etiam præſtare tene-
atur exceptis perſonis, ſecundùm edictum De legatis præſtandis:
quod in hac ſpecie propriè locum habet. Sed † an edictum De coniun-* 247
*gendis cum emancipato liberis eius, ad hanc ſpeciem poſſit induci, quæ
ſtionis eſt. Et Alex. in l. fina. col. fina. infra hoc titu. reſoluit, induci edi
ctum, ſi proponatur, emancipati præteriti filium, qui in aui manſit poteſta
te, ab eodem auo hæredem inſtitutum fuiſſe: hic etenim emancipatum, qui,
inſerta legitima cauſa, præteritus fuit, in ſemiſſem, dūtaxat admittēdū.
Diuerſum ius eſſe, ſi proponatur nepotem fuiſſe præteritum: quoniā tūc
emancipatus, accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, in aſſem admit
tetur: nepos autem præteritus omnimodò excludetur.*

*Sed tamen quamuis Alex. ſententiam ueluti receptam referat hîc*
Contra receptam ſententiam. *Lance. Galiau. n. 48. in fine, ego conſtituo, † edictum De coniungendis* 248
*cum emanci. libe. eius nullatenus induci poſſe: & ſi maximè nepos in pote-
ſtate aui retentus, ab eo ſit hæres inſtitutus. Nam ſi is nec ab inteſtato hò
die, nec contra teſtamētum admittendus eſt, nec hodie ſuus hæres auo ſit,
ut olim*

*ut olim erat, quis non dicat edicti rationem, & per hoc, ipſum edictum*
*ceſſare? Itaq; inſtitutio nepotis ex ea parte defendi nõ poteſt. Quam ni*
249 *hilominùs ipſe ex alia edicti parte tueor, hoc eſt, † ex edicto De legatis*
*præſtãdis. Conſidero enim, accepta per emancipatum contra tabulas bo*
*norum poſſeſſione, liberorum inſtitutionem conſeruari: ſiue liberi ſui hære*
*des ſint, ſiue non ſint: ſiue præteriti bonorum poſſeſſionem contra tabulas*
*accipere potuerunt, ſiue non potuerũt, uti probatur in. l. i. l. Filium. §. Sed*
*etiã portio, infra De lega. præſtan. Ergo dicetur, edictum in propoſita*
*ſpecie durare: quum edicti quoq; ratio duret. Siquidem Prætoris iniuria*
*eſt, quòd per bonorum poſſeſſionem contra tabulas reſcinditur teſtantis*
*iudicium: quod utiq; alia uia expugnari nequiret. Qua ratione & libero-*
*rum & parentum inſtitutio ſuſtineri per edictum debet: quæ per authen*
*Ex cauſa. C. De libe. præteri. ſuſtineri non poteſt. Intelligo autem ſu-*
250 *ſtineri, † nõ uſq; ad ſemiſſem, ſecundùm ius antiquum: ſed ita ut legitimã*
251 *portionem emãcipatus auferat: quæ † in Hiſpaniæ Regnis pluſquàm di*
*midium bonorum patris continet. Sic nãq; hodie decreto edictũ temperã-*
*dum eſt, argumen. l. Saluius, infra De lega. præſtan. Deniq; Rapha.*
*Fulgo. in. l. 1. C. De bono. poſſeſ. cõtra tabu. nepotis inſtitutionem, de qua*
*quærimus, cum iudicio putauit, ex ſolo edicto De lega. præſtan. poſſe cõ*
*ſeruari. Nec me in contrarium trahit Alex. auctoritas in authẽ. Ex cau*
*ſa, pen. col. uerſi. Dic primò. C. De libe. præteri. Nam quũ aduerſùs*
*Fulgo. argumentatur, accepta contra tabulas bonorum poſſeſſione, hæ-*
*reditatẽ ab inteſtato ad proximos inteſtati ſucceſſores deuolui, argu. tex.*
*in authen. Vt quum de appella. cognoſci. §. Siue igitur, colla. 8. ſic euenire*
*ut ad emancipatum ſolum tota hæreditas deferatur. Reſpondeo: hoc*
*eodem argumento Lancelo. Galiau. hîc. n. 48. in fine, dubitaſſe, an non poſ*
*ſet defendi inſtitutio nepotis ex edicto De coniungẽ. cũ emanci. libe. eius:*
*ſed tamen magis eſſe, ut in hac ſpecie inteſtatus nõ fiat pater familiâs: quũ*
*bonorum poſſeſſio contra tabulas cauſam habeat teſtamenti: nec mera ſit*
*inteſtati ſucceſſio ſecundùm ea, quæ aliâs oſtendimus.*

*EX his apparet, pleraq; hodie non obtinere, quæ Scæuola in hoc uerſi.*
*ſenſit. Nam primùm, quod præſuppoſuit ſecundùm priorem concepti-*
*onem præcedentis. §. nepotem ſuum hæredem præteriri potuiſſe, & præ*
*teritum fuiſſe, hodie recipi non poteſt. Nec hodie caſus emancipationis a-*
*ptari poterit nepoti ſuo hæredi: quemadmodum hoc tempore non potuit*

*aptari filio.l. Maximum uitium. C. De libe. præte. §. Sed hæc quidẽ uetuſtas, inſti. De exhære. libe. Deniq; antiquata eſt etiam eiuſdem Scæuolæ ſententia in. §. In omnibus, in fine, infra hac. l.*

*Item quod intellexit, ſecundùm poſteriorem conceptionem. §. Præcedẽtis, nepotem emancipatum præteriri omnino potuiſſe, hodie non procedit. Nam ſi filium & nepotem habeas, & uiuo filio nepotem emancipaueris: deinde filius, uiuo te moriatur, nepos qui locum filij tenere incipiet, rũpet ipſo iure teſtamentum, quo eum preterij ſti: licet hoc tempore ſolam haberet contra tabulas bonorum poſſeſſionem, iuxta receptam gl. ſententiam in. d. authen. De here. & falci. §. Exhæredatos colla.*

*Præterea quod non potuit dubitare, teſtamentum agnatione pronepotis poſthumi rumpendum fuiſſe, ſi is nec inſtitutus eſſet, nec exhæredatus, hodie locum non habet. Siquidẽ, præcedente emancipato, liberi ex eo, tametſi retenti fuerint in poteſtate, inſtituendi non ſunt nec exhæredãdi, ſecundùm receptiſſimã Bar. ſententiã hic, de qua ſupra. Poſtremò quod ſignificauit, poſthumi pronepotis inſtitutionem in hac ſpecie procedere, quaſi non alieni: qui utiq; ſuus naſceretur. §. Poſthumi quoq;, uerſi. Eſt autem, inſti. De lega. quanquàm, obſeruato naſcendi tempore, alienus poſthumus uideretur. l. penul. infra De lega. 1. hodie defendi nõ poteſt. Nã † huius quidem poſthumi hodie iure ciuili ualebit inſtitutio, inducta uidelicet Iuſtiniani noua Sãctione, quæ alienos omnino poſthumos inſtitui hæredes permiſit ĩ princi. inſti. De bono. poſſeſ. Enimuero hũc hodie poſthumum proauo eſſe extraneũ, illa ratione demonſtratur, quòd ei ſuus hæres non naſcitur, ſecundùm ea quæ ſupra diximus.* 252

*Deniq; ſpecies huius. §. quæ minorem emendationem hodie paſſa uidetur, illa eſt, ſi iuxta præcedẽtis. §. Poſteriorẽ cõceptionẽ ponas, teſtamẽto parentis filiũ inſtitutũ: nepotẽ autẽ ex eo cũ cauſa legitima præteritum fuiſſe, et pronepotẽ poſthumũ nepotis filiũ hæredẽ factũ. Nã ſi nepos ab auo emãcipetur, deĩde filius mortẽ obierit, mox teſtator uita deceſſerit, & tũc demũ pronepos poſthumus natus fuerit, dicemus, nepotẽ emãcipatũ poſſe bonorũ poſſeſſionẽ cõtra tabu. auiti teſtamẽti accipere: nec ob id teſtamentariã ſucceſſionẽ ĩtercidere: quũ inſtitutio pronepotis cõſeruanda ſit ex edicto De legatis præſtãdis. Quĩmmo bellè obſeruabitur, pronepotẽ poſthumũ, licet abauo alienus ſit, qui ei ſuus hæres minimè naſcatur, † ex teſtamẽto tamẽ neceſſariũ illi hæredem futurũ, ut etiã hæreditatẽ, ſibi ipſo iure quæſitã* 253

Bella obſeruatio.

*iure quæſitam, in quoſcunq; ſucceſſores tranſmittat, quum moriente pro auo conceptus, in ea cauſa fuerit ut in eius poteſtate naſceretur, ideoq; proaui uoluntatem inſtitutus ſequi debeat, cui pater emancipatus, qui præteritus fuit, in hac ſpecie obſtare non uideatur, argumen. l. penul. ſupra De curato. furio. l. Qui in aliena. §. Interdũ, infra De acqui. hære-di. l. Filius patroni, infra De bonis liber. l. fina. infra De condi. inſtit. l. Si filius hæres, ſupra hoc titu. l. Scripto, infra Vnde libe.*

# Summaria quartæ partis.

1 VElleiæ Legis duo capita fuerunt.

2 Intellect⁹. §. Nũc de Lege Velleia. l. Gallus. ff. De libe. & poſthu.

3 Velleia Lege, non tantùm de inſtitutione, ſed de exhæredatione etiam poſthumorum expreſſim cautum eſt.

4 Intellectus. l. 3. §. Poſthumos, verſi. vnde etiam. ff. De iniuſto rupto.

5 Poſthumo præterito, teſtamentum initio conſiſtit.

6 Poſthumi, quorum agnatione teſtamẽtum rumpi potuit, exhæredari ante hęredis inſtitutionem vtiliter potuerunt.

7 Intellectus. §. Etiam ſi parẽte. l. Gallus. ff. De libe. & poſthu.

8 Succeſſio nõ eſt in ſuis hæredibus, mortuo parente, cui ſemel hæredes ipſo iure extiterunt.

9 Succeſſio eſt in ſuis hæredibus, viuo parente.

10 Viuens, licet hæreditatem non habeat, ſuum hæredem habet.

11 Suus hæres, qua ratione, viuo parente, quodam modo dominus exiſtimatur, eadem ſuus hæres dici potuit.

12 Intellectus. l. 2. §. Sed ſi eos. ff. De vulga. & pupilla.

13 Subſtitutio pupillaris facta extraneo, non valet ab initio quaſi pupillaris.

14 Subſtitutio pupillaris facta nepotibus, per Legẽ Velleiã rite ĩſtitutis aut exhæredatis, valet ab initio quaſi pupillaris.

15 Subſtitutio pupillaris facta nepotibus, quos pater præcedit, irrita fit tempore mortis, ſi hi reciderĩt ĩ patris poteſtatẽ.

16 Subſtitutio vulgaris exhæredatis fieri non poteſt: ſed pupillaris poteſt.

17 Subſtitutio reciproca facta duobus impuberibus in poteſtate conſtitutis, quorum alter teſtatori ſuus hæres non erat, continet ab initio vulgares & pupillares ſubſtitutiones.

18 Intellectus. l. Cùm in adoptiuis. §. Quę in filio. C. De adoptio.

19 Adoptiuus filius, etiã hodie nouo iure, tranſit in penitus extranei patris adoptiui poteſtatem, ſi eum auus in adoptionem dederit, cui ſuus hæres, præcedẽte patre, nõ potuit exiſtere.

20 Intellectus. l. Scripto. ff. Vnde libe.

21 Agnatus patri filius eſt, & nepos ex filio ſuſceptus.

22 Agnatus eſt, præteritum à verbo agnaſcor, quam ſignificationem habeat.

23 Intellectus. l. 2. §. Sed ſi extraneum. ff. De vulga. & pupilla.

24 Subſtitutio pupillaris ex ĩteruallo poſt principale teſtamentum fieri rectè poteſt, adhibita ex ĩtegro ſolennitate.

25 Exhæredatio in extraneo inepta confirmare teſtamentum non poteſt.

26 Suitas non tollitur in filio, ſi nepotes ex eo ſubſtituantur eidem, ſecundùm Legis Velleiæ conſilium.
27 Suitas an tollatur in filio, ſi nepotes ex eo iã nati ſimpliciter eidẽ ſubſtituãtur.
28. Intellectus. l. Si filius hæres. ff. De libe. & poſthu.
29 Intellectus. l. fina. verſi. Altera. ff. De condi. inſtitu.
30 Hæres extraneus incertus an hæreditas ſibi delata ſit, eam acquirere nõ poteſt.
31 Suis hæredibus & incertis, & ignorantibus hæreditas defertur, ſimul & per legem acquiritur.
32 Velleia Lex poſthumorum prioris capitis loco, liberos iam natos eſſe cẽſuit, qui viuo parente, in ſui hæredis locum ſuccederent.
33 Velleia Lex quid nouè induxerit.
34 Nepotes iam nati, de quibus Lex Velleia poſteriore capite egit, ſine vlla dubitatione inſtitui iure potuerunt, etiam ſi loco poſthumorum eſſe viderentur.
35 Inſtitutio penitus extranei, teſtamentũ confirmat, & ſi is poſtea teſtatoris facto, eidem ſuus hæres eſſe coeperit.
36 Velleia Lex nepotes prioris & poſterioris capitis, nominatim exhæredari voluit.
37 Intellectus. l. 2. C. De libe. præteri.
38 Intellectus. l. Maximum vitium. C. De libe. præteri.
39 Nepotes iam nati, qui inſtituendi ſunt, vel exhęredãdi per. L. Velleiam, debẽt, adiecta legitima cauſa, exhęredari: alioqui quaſi non ritè exhæredati teſtamentum ſuccedendo rumpent.
40 Exhæredatio eorum, qui de inofficioſo queri poſſunt, quo caſu nõ debeat fieri, adiecta legitima cauſa.
41 Poſthumi nepotes & poſthuma filia, non potuerunt inſtitui ſub omni conditione.
42 Nepotes iam nati per Legẽ Velleiam inſtituendi, purè, aut ſub conditione, quæ in eorum poteſtate eſſet, inſtitui debuerunt, ad filij exemplum.
43 Intellectus. l. Sed & ſi in conditione. §. Nepotes. ff. de hære. inſtitu.
44 Nepotes poſterioris capitis Legis Velleiæ, ſub conditione exhæredati, nõ rũpent ſucceſſione auitum teſtamentũ, ſi quo tempore ſucceſſerunt, conditio iam extitiſſet.
45 Poſthumi & nepotes, qui loco poſthumorum ſunt, inſtituti ſub conditione, quæ non erat in eorum poteſtate, agnaſcendo, & ſuccedendo non rumpebant, ſi conditio antea extitiſſet.
46 Poſthumi, & nepotes, qui loco poſthumorum ſunt, ſub conditione inſtituti, ſi defecta iam conditione agnaſcantur, vel ſuccedant, parentis teſtamẽtum ipſo iure rumpent, etiam hodie.
47 Legitimæ portioni onus adſcriptũ non habetur initio atq; ſi ſcriptum non eſſet.
48 Intellectus. l. Quoniam in prioribus, in fine. C. De inoffi. teſta.
49 Teſtamentum, quod ſucceſſione præteriti nepotis ruptum eſt, ex bono & æquo confirmabitur, ſi nepos, viuo teſtatore, decedat.
50 Intellectus. §. Etiam ſi parente, in fi. l. Gallus. ff. De libe. & poſthu.

*Hi* ENIM CASVS, ET OMNES EX QVIBVS SVVS HAERES POST MORTEM SCILICET AVI NASCERETVR, NON PERTINENT AD LEGEM VELLEIAM[d].

1 VELLEIAM. *Huius legis † duo capita fuere. Alterũ, qđ ſpectaret nondum natos teſtamenti tempore. Alterum, quod ad eos pertineret, qui iam nati eſſent, cùm parens teſtabatur.*

*PRIORE capite prouiſum eſt, ut qui uiuo parente ſui hæredes naſcerētur, inſtituti non rũperent, his uerbis:* QVI TESTAMENTVM FACIET, IS OMNIS VIRILIS SEXVS, QVI EI SVVS HAERES FVTVRVS ERIT, *&c.*

2 *Quæ uerba † prima facie deſignare uidebantur eos poſthumos, qui, in ſpecto teſtamenti tempore, ſui hæredes naſcerentur: quum ſcilicet auus, ſublato iam de medio filio, conceptum ex eo nepotem hæredem inſtitueret. Sed quanquàm uerba ita concepta eſſent, legis tamen ſententia, à qua non omnino uerba diſſident, fuit, omnes generaliter poſthumos comprehendere, qui ſui hæredes naſcerentur. Igitur ſiue teſtamenti tempore filius non præcederet, ſiue præcederet, inſtitutio poſthumi, qui ſuus naſceretur, iure facta uidebatur. Nec enim neceſſe fuit, teſtamenti tempus reſpicere: quum naſcendi tempus ſatis eſſet obſeruari. §. Nunc de Lege Velleia, infra hac. l. ubi Aret. 1. col. in fine, utilitatem huius capitis explicat, & Alcia. Parado. lib. 2. cap. 19. in princi.*

3 *Nec tantùm Lex Velleia † de inſtitutione poſthumorũ egit, ſed de exhæredatione etiam. Prohibuit enim, ne rumperent, ſiue inſtituti eſſent, ſiue nominatim exhæredati. l. 3. §. Poſthumos, infra tit. 1. ubi Vlpianus ait, & eos, qui poſt teſtamentum factum in uita naſcerentur, ita demum per Legem Velleiam rumpere teſtamentum prohiberi, ſi nominatim eſſent exhæredati.*

4 *Vnde idem Vlpianus † in. d. l. 3. §. Poſthumos, ita collegit:* VNDE ET ANTE HAEREDIS INSTITVTIONEM VEL INTER MEDIAS HAEREDVM INSTITVTIONES VEL INTER GRADVS EXHAEREDARI POSSVNT. NAM DIVVS MARCVS DECREVIT IDEM IN POSTHVMO QVOD IN FILIO SERVANDVM. NEC RATIO DIVERSITATIS REDDI POTEST.

*Quæ collectio obſcura eſt, ut non immeritò Accurſius penul. ſcholio la-
borauerit. Quid eſt enim, quod Iureconſulto tam grãde negotium fecit,
ut uideatur non neceſſarijs argumentis uſus eſſe in re clara, dum & Diui.
Marci Decretum allegat, & eius auctoritatem ratione confirmat? Ego
nouè interpretor, ortam eſſe quæſtionem ex iuris antiqui regula, qua cõ-
ſtitutum erat, non ualere, quæ ante hæredis inſtitutionem ſcriberentur. §.
Ante hæredis, inſti. De lega. Porrò quum excepta eſſet reſcripto Diui
2 Traiani exhæredatio filij nominatim facta. l. 1. infra De hære. inſtit. quia
uidelicet ſolenne faceret teſtamentum patris, alioqui inutile, ſecùndum ea,
quæ in ſuperiore parte oſtendimus: in poſthumo dubitari potuit, an ſimiliter
quacunq; teſtamenti parte exhæredari utiliter poſſet, exemplo iam nati fi
lij. An uerò exhæredari ante hæredis inſtitutionem non poſſet: quum† 5
poſthumo præterito, nihilominus teſtamentum initio conſiſtat: ſiquidem fi
lius iniuſtum facit: poſthumus rumpit. d. l. 3. §. Ex his. Diuus tamen Mar
cus decreuit,† idem quod in filio, ſeruandũ eſſe in poſthumo: nec ſine ratiõe. 6
Nam ſi idcirco receptum eſt, poſſe ante hæredis inſtitutionem filium no
minatim exhæredari, quòd ea exhæredatio ad teſtamenti ſolennia perti-
neat, idem quoq; in poſthumo fuit admittẽdum: quum inter cætera, quæ ad
ordinanda teſtamenta neceſſariò deſiderantur, principale ius eſſet, de po
ſthumis, & his, qui loco poſthumorum ſunt, hæredibus inſtituendis, uel
exhæredandis: ne præteritis illis, rumperetur teſtamentum. l. Inter cæte
ra, in princi. ſecundùm ueram interpretationẽ, infra hoc tit. Sic iuſtiſſimè
coniungitur uerſic. ille,* VNDE ET ANTE, *principio. d. l. 3. Nam quum in prin
cipio ſcriptum eſſet, poſthumos nominatim exhæredandos, ne agnaſcendo
rũperent, in tẽpore collegit Vlpianus, poſſe propterea, & ante hæredis
inſtitutionẽ, & quacunq; teſtamenti parte utiliter exhæredari. Quaſi hi,
qui nominatĩ exhæredari nõ debuerũt, ut putà filia, & nepos ſui hæredes,
exhæredari nequirent ante hæredis inſtitutionẽ: quòd ea exhæredatio ad
ſolẽnia teſtamẽti non pertineret, quia poſſent præteriri, ut aliâs diximus.*

POSTERIORE *capite Lex Velleia egit de nepotibus iam
natis, quos pater præcederet, teſtamenti tempore. Hi etenim uiuo auo
per ſucceſſionem fieri potuerunt ſui hæredes, ſi filius, qui eos antecede
bat, ſuus hæres eſſe deſijſſet. Idemq; in ulterioribus ius erat: quia uerba ita
concepta ſunt,* SI QVIS EX SVIS HAEREDIBVS SVVS HAE-
RES ESSE DESIERIT. *&c.* † *Quibus uerbis continebantur omnes
ſui*

ſui hæredes, non tantùm filius, aut nepos. Præterea continebantur omnes caſus, quib9 is, qui ſuus hæres erat, potuit ſuus hæres eſſe deſinere. §. Etiã
8 ſi parente, infra hac. l. Vnde colligitur, quòd licet in ſuis hæredibus † non ſit ſucceſſio. l. 1. §. Sciẽdũ, infra De ſuis & legiti. hære. hoc ita intelligẽdũ eſt, mortuo parẽte, & delata iam hæreditate, quæ ſuo hæredi ſemel ipſo
9 iure quæſita ad ſequentem tranſire non poteſt: ſed † uiuo parente in ſuis
10 hæredibus ſucceſſio eſt. Nam & ſi † uiuens hæreditatem non habeat. l. 1.
11 cũ ſimi. infra Pro hærede, ſuum hæredem habet: & † uiuo parenti quis ſuus hæres dicitur illa eadem ratione, qua in uita eius quaſi dominus rerũ exiſtimatur. l. In ſuis, ſupra hoc titu. Quod ita tradit Bar. in. d. §. Etiam ſi parente. n. 2. Soci. in. l. Si filius qui patri. n. 16. infra De uulga. & pupil. Philip. Corn. in. l. 3. n. 14. C. De iure delibe. tametſi Accurſ. in. §. Sui. in uerb. deſierit, inſti. De hære. quali. & diffe. & Curti. Iuni. in. l. fina. n. 8. C. Vnde libe. hoc non rectè tractauerint. Cõtra Accurſ. & Curti. Iunio.

12 EX hac poſteriore parte deduxit Vlpian9 † in. l. 2. §. Sed ſi eos, infra De uulga & pupilla. ita demũ poſſe quem teſtamentũ facere nepotibus, quos pater præcederet, ſi hæredes inſtituti eſſent, uel exhæredati: ita etenim per legem Velleiam ſuccedendo non rumpere teſtamentum. Nam ſi principale teſtamentum ſucceſſione rumperetur, pupillare etiam euaneſceret. Ex quo tex. Alex. inibi. n. 11. & plæriq; omnes in. l. Cohæredi. §. Cùm filiæ, eo. tit. argumẽtum collegerunt pro Bar. ſententia in. d. l. 2. dicẽtis, quòd licet teſtamenti tempore, deſit aliquid ex his, quæ ad faciendam pupillarem ſubſtitutionem neceſſariò deſiderantur, ſatis fore, ſi poſtea id interueniat mortis tempore. In propoſita enim ſpecie, ſi teſtamẽti tempus attendas, nepos in eo ſtatu erat, ut in patris, qui eum præcedebat, poteſtatem recaſurus eſſet: & tamen quia mortis tẽpore ſui iuris inuenitur, ſubſtitutio pupillaris ualet. Quæ inductio diſplicere meritò debet: quia in Cõtra Alexã. & alios.
13 Bar. ſententia † non ualet ab initio pupillaris ſubſtitutio facta extraneo,
14 quaſi pupillaris. Vbi † uerò auus nepotibus inſtitutis uel exhæredatis ſecundùm legem Velleiam, teſtamentũ ordinauit, ualet utiq; ab initio quaſi pupillare teſtamẽtum. Nam & in poteſtate eius impuberes fuerũt, et Lex diuinare non potuit, nepotes in patris poteſtatem recaſuros: quum pater, qui eos antecederet, multis modis liberari potuerit à patria poteſtate, uiuo patre. Verius itaq; eſt, talem pupillarẽ ſubſtitutionẽ nepotibus factã initio planè ualere, quaſi pupillarẽ: quãquàm † poſſit irrita fieri, ſi nepotes in

*patris poteſtatẽ recidant, argu. gl. in uerb. facere, et quod inibi Saly. n. 4 in. l. In teſtamẽto. 1. C. De teſta. mili. Idq́; ſubtiliter euincitur ex. d. §. Sed ſi eos, ubi exhæredatis ſecundũ Legẽ Velleiã nepotibus, põt auus facere ſubſtitutionẽ pupillarẽ, quæ effectum ſortitur, ſi uiuo auo, in ſui hæredis locũ ſuccedendo, poſtea eiuſdẽ aui morte ſui iuris efficiãtur. Ergo oportet dicere, ſubſtitutionẽ initio ualuiſſe quaſi pupillarẽ, quæ † quaſi uulgaris* 16 *non potuit in exhæredatis ualere: quia utiq; ſi nullo iure principio conſiſteret, ex poſtfacto utilitatem habere non poſſet, ſecundùm traditionẽ Bar. in. d. l. 2. n. 8. Vnde utiliter infertur, quòd † ſi auus impuberem nepotem,* 17 *quem in poteſtate haberet ex filio ſuo hærede, inſtitueret iuxta conſilium Legis Velleiæ: eiq́; cohęredẽ adijceret alterum impuberẽ filiũ, cui planè facere potuit ſubſtitutionem pupillarem: amboſq́; impuberes ita inſtitutos inuicem ſubſtitueret, non ſolùm in reciproca hac ſubſtitutione cõtinerentur uulgares, ſed pupillares quoq́; ſubſtitutiones: quũ duplex ſubſtitutio in utriusq́; perſona locũ habere potuerit. l. Iam hoc iure. l. Lucius, infra De uulga. & pupilla. In qua re animaduerto, lapſum errore Philip. Corn. contrà ſenſiſſe in. l. In teſtamento. 1. n. 2. C. De teſta. mili.*

Cõtra Philip. Corn.

*Hinc etiam Iuſtinianus † in. l. Cùm in adoptiuis. §. Quæ in filio. C.* 18 *De adoptio. mirabiliter ſanciuit (quanquàm interpretes diſsimulaſſe uideantur) ut nepotes, qui in locũ ſui hæredis, ſui hæredes ſuccederẽt, ab alijs ſeparentur, qui non ſucceſſerint. Conſtituit enim, † nepotes, qui ſecundùm* 19 *Legem Velleiã inſtituendi non ſunt, nec exhæredandi, quoniã uiuo auo, in patris locum non ſucceſſerunt, ſi ab auo in adoptionem dati eſſent, futuros in adoptiui patris poteſtate, & ab eo inſtituendos eſſe, uel exhæredandos, ſecundùm ius antiquum. Cæterùm ſi uiuo auo, in patris locum ſucceſſerunt, tunc in patris adoptiui poteſtate non futuros: & ſeruandũ eſſe in hac ſpecie ius nouum in adoptionibus conſtitutum. Quæ Iuſtiniani Sanctio (ut liberè promam quod ſentio) nõ ſatis iuſtè cõpoſita uidetur. Idq́; ex ipſius conſtitutionis ratione licebit expendere, cuius uerba ſunt:* QVAE IN FILIO DIXIMVS IN ADOPTIONEM A PATRE DATO, HAEC ET IN FILIA ET IN NEPOTE ET NEPTE ET DEINCEPS PERSONIS VTRIVSQVE SEXVS IN SACRIS PATRIS CONSTITVTIS EXTENDIMVS. SI TAMEN TEMPORE MORTIS AVI SVI PARENTES EOS VEL EAS NON ANTECEDANT. SI ENIM PATRES EOS ANTECEDANT, VBI NEC IMPONITVR NECESSITAS AVO

Iuſtiniani Sãctio. nõ ſatis iuſtè cõpoſita.

ALIQVID

ALIQVID NEPOTI VEL NEPTI RELINQVERE, MANEANT OMNIA IVRA ADOPTIVA EI INTACTA. HAEC ENIM OMNIS SANCTIO DE FILIO ET FILIA ET NEPOTE ET NEPTE ET DEINCEPS PERSONIS IN SACRIS CONSTITVTIS INTRODVCTA EST, VBI DVBITABATVR QVID STATVENDVM ESSET QVASI DVOBVS PARTIBVS EI VNO EX NATVRA, ALTERO EX LEGE IMPOSITIS. *Quum igitur manifeſta ſit huius legis ſententia & ratio, eaq; ex ſequenti §. confirmetur, ubi cùm homo ſui iuris conſtitutus in arrogationem ſe dederit, omnia iura patris adoptiui habet intacta, & ſuus hæres ſit arrogatori: eò quòd non habuit patrem, in cuius eßet poteſtate, & cui poßet ſuus hæres exiſtere: uideamus, cur non meliùs conſtituendum fuit, nepotem in adoptionem datum ab auo, qui eum haberet in poteſtate, filio præcedēte, in eiuſdē aui poteſtate nihilominus manſurū, nec tranſire in extranei patris adoptiui poteſtatē, ſecūdùm ius nouum. Quòd ſi tempore mortis aui, pater de medio ſublatus eſſet, nepotem auo ſuum hæredem futurum. Sin autē ſublatus non fuiſſet, & nepos, præcedēte filio, ſuus hæres auo nō potuiſſet exiſtere, tunc nepotē in patris ſui poteſtatē recidere, ſecūdùm ius ordinariū, & ei eſſe ſuū hæredē. Sic ratio introducēdi ius nouū, in hac quoq; ſpecie locum habere uidebatur: quū hic uel auus, uel pater naturalis maneat, ad quē reſpiciat adoptiuus. Et hoc (uti mea fert opinio) iuſtiùs foret, quā quod eſt cōſtitutum adiecta ratione parū efficaci. Nam & ſcrupuloſitas quædā abſurda incurrere uidetur: ut quū auus nepotē ex precedente filio in adoptionem extraneo dederit, dubitetur, utrum continuò in adoptiui patris tranſeat poteſtatem: & ſi filius, qui præcedebat, de medio ſublatus ſit, hoc facto, qui erat in adoptiui patris poteſtate, ad aui poteſtatē inuſitato more redeat: an uerò econtrario non tranſeat ſtatim in adoptiui patris poteſtatem, ſed maneat in aui naturalis poteſtate: ut ſi poſtea auitæ mortis tempore præcedatur adhuc à patre naturali, tunc demum incipiat eſſe in patris adoptiui poteſtate.*

20 *Hinc etiam infero, obſcurum Pomponij reſponſum † in l. Scripto infra Vnde libe. poſſe meliore ſenſu accipi, quàm hactenus fuerit acceptū. Eius uerba ſunt:* SCRIPTO HAEREDE DELIBERANTE FILIVS EXHAEREDATVS MORTEM OBIIT ATQVE ITA SCRIPTVS HAERES OMISERAT HAEREDITATEM. NEPOS EX ILLO FILIO SVSCEPTVS AVO SVVS HAERES ERIT NEC PATER VIDEBITVR OBSTITISSE CVIVS POST MORTEM LEGITIMA DEFERTVR HAEREDITAS. NEC Noua interpretatio.

DICI

DICI POTEST HAEREDEM NON SVVM NEPOTEM FORE QVOD
PROXIMVM GRADVM NVNQVAM TENVERIT QVVM ET IPSE FVERIT IN PO
TESTATE NEQVAE PATER EVM IN HAC SVCCESSIONE PRAEVENERIT
ALIOQVIN SI NON SVVS HAERES EST QVO IVRE HAERES ERIT QVI
SINE DVBIO NON EST AGNATVS? *ille enim uerſi.* ALIOQVIN. *&c. Ac-*
*curſium implicat in uerb. agnatus, & diſtorquet Iuniorē Curti. in. l. Qui*
*ſe patris. n. 5. C. Vnde libe. qui exiſtimat, Iureconſulti eam eſſe ſenten-*
*tiam, ut qui non admittitur quaſi ſuus, non poſſit admitti quaſi agnatus, eò*
*quòd Lex. XII. tabularum non cognouerit deſcendentes, niſi tanquam*
Cōtra Curti. Iunio. *ſuos: & eos duntaxat quaſi agnatos cognouerit, qui uenirent ex trāſuerſo.*
*Sed Pomponij uerba huic interpretationi euidenter repugnāt. Neque enī*
*negat, eum quaſi agnatum admittendum: quin potiùs aſſerit, eum ſine du-*
*bio agnatū non eſſe. Quare Alcia. lib. Parergôn. 3. cap. 2x. nō iniuria quæ-*
*ſtus eſt, Pōponij uerba mira caullatione à Doctoribus inuerti. Et inter*
Cōtra Alcia. *pretatur planè, nepotem non eſſe agnatum auo: ſicuti nec filius patri agna-*
*tus eſt. l. Filius, infra De ſuis & legi. hære. Sed † tamen Vlpianus in* 21
*d. l. Filius, ſcripſiſſe magis uidetur, filium patri agnatum proximum eſſe:*
*& ita habent emēdatiores Codices. Facit. l. Iuriſcōſultus. §. i. infra De*
*gradi. ubi proximi ex agnatis ſui dicuntur, & l. Si cohæredi. §. fina. infra*
*Quis ordo in bono poſſeſ. ſerue. ubi filius, tāquam agnatus, ad patris bono-*
*rum poſſeſſionem admittitur. Sed & ſi ea ratione uteremur, qua Alcia.*
*negat, filium patri agnatum proximum eſſe, quòd uidelicet non iuxta, ſed*
*adeo ipſi patri natus ſit, conſequens erit dicere (quod Alciatus nō aduer-*
*tit) nepotem auo agnatum eſſe. Ego igitur ex Lege Velleia opinor, eum*
*tex. poſſe explicari, ut illis uerbis,* QVI SINE DVBIO NON EST AGNATVS
*minimè negauerit Pomponius, nepotem auo per uirilem ſexum eſſe coniun-*
*ctum, illi uſq; agnatum fore: ſed magis † à uerbo, agnaſcor, alio ſenſu præ-* 22
*teritum formauerit, agnatus eſt. Nam quū propoſuiſſet, filium exhæreda-*
*tum, qui patri ſuperuixerat, mortuum eſſe, & deinde ſcriptum hæredem*
*omiſiſſe hæreditatem, reſpondit, nepotem ex filio ſuſceptum, qui & ipſe in*
*aui fuerat poteſtate, eidem auo ab inteſtato ſuum hæredem futurum: quā*
*ſentētiam ubi argumentis confirmauit, ſubiecit,* ALIOQVIN SI NON SVVS
HAERES EST, *inteſtato ſcilicet,* QVO IVRE HAERES ERIT QVI SINE DVBIO
NON EST AGNATVS? *id eſt, qui ſine dubio teſtamētū aui nō potuit agnaſcē-*
*do rumpere, quod utiq; rupiſſet, ſi agnatus eſſet. Hoc in eadē ſpecie idē*

*Pōpo-*

Pōponius poſt Iulianum ſcripſerat, uti Iulius Paulus refert in. l. Si quis poſthumos. §. Si filiū exhæredauero, ſupra hoc ti. dicēs, nō eſſe locū Legi Velleiæ, et ſi maximè ꝓponeretur, exhæredatū filiū, q præcedebat, āte aditā hæreditatē deceſſiſſe. Facit. l. Si quis filiū. C. De inoffi. teſta. Denique breuibus illis uerbis, QVI SINE DVBIO. &c. ſignificauit, teſtamētū aui nō eſſe ruptū agnatiōe ſui hæredis: quod ſtatī plenius tractauit colligēdo in uerſi. Cæterùm, & in uerſi. Quare. Eodem ferme ſenſu apud Ciceronē legitur in Oratione pro. A. Cecīna, HOC NON POTEST, CVI FILIVS AGNATVS SIT, EIVS TESTAMENTVM NON ESSE RVPTVM, IVDICA. Planè Lex Velleia teſtamentum rumpi uoluit à nepote, qui, ſuccedendo, nouus hæres auo agnatus eſſet. l. Poſthumorum, ibi, QVASI AGNATIONE, infra titu. 1. §. Poſthumorum, inſti. De exhære. libe. Et ſine ulla improprietatis nota Tertyllianus in. l. Si filius familias. 1. in. fine, infra De milita. teſta. ita ſcribit, SED SI VIVO AVO NASCATVR POSTHVMVS, HIC NON RVMPET CONTINVO PATRIS TESTAMENTVM: SED SI SVPER VIXERIT POST AVI MORTEM VIVO ADHVC PATRE, RVMPET, QVOD NOVVS ILLI NVNC PRIMVM HAERES AGNASCATVR.

EST tamen & quando ſine impedimento Legis Velleiæ teſtamentum ſucceſſione rumpatur ab eo, qui nominatī exhæredatus inuenitur: qđ
23 † Vlpianus ſignificauit in. l. 2. §. Sed ſi extraneum, infra De uulga. & pupilla. Nam quum ſcripſiſſet, nepotes per Legem Velleiam inſtitutos, aut exhæredatos ſuccedendo non rumpere: ſic teſtamentum, quod eis impuberibus auus feciſſet, æquè non rumpi, ſubiunxit, procedere quoque pupillarē ſubſtitutionem, ſi quis extraneum impuberē hæredem faceret: filium autē, quem in poteſtate habuiſſet, hæredem inſtituiſſet, aut nominatim exhæredaſſet: deinde inſtitutum impuberem extraneū in locum nepotis ex eo filio adoptaſſet, uel arrogaſſet. Nā ſi iam adoptato ſecūdas tabulas faceret,
24 adhibita integra ſolennitate, quæ exigitur, † ubi poſt primas tabulas ſecundæ fiunt ex interuallo. l. Si quis eum. §. fina. eo titu. defuncto filio, qui pater uidebatur, nepotis adoptiui ſucceſſione non rumpetur teſtamentum: cùm is uel quaſi extraneus in eo teſtamento deprehenderetur inſtitutus, iuxta. l. Filio quem pater, §. 1. ſuper hoc titu. Intellexit profectò, ſi propoſita eadē ſpecie, impubes exhæredatus nominatim fuiſſet, ſecundas tabulas non procedere, quæ, rupto principali teſtamento, conſiſtere nequirent. Rumperetur autem principale teſtamentum ſucceſſione adoptiui nepotis, qui per Legem

*Legẽ Velleiam non uideretur prohibitꝰ rũpere: quoniã† extranei inepta* 25
*exhæredatio teſtamentũ confirmare non poſſet. l. Non putauit. §. Siquis emancipatum, infra De bono. poſſeſ. contra tabu. Et ita Vlpiani ſententiam rectè explicauit Bal. in princi. inſti. De pupilla. ſubſti. cui Alex. conſenſit in. d. l. 2. n. 11. Sic apparet, improbari debere nouam interpretationem Lancelo. Poli. in tracta. De pupilla. ſubſtitu. n. 25. Ioan. Coraſij in. l. Quanuis, col. 2. C. De impube. & alijs ſubſti. Stepha. in Necyomãtia iuris, cap. 13. qui tentarunt, in eo. §. intelligere, quòd tempore principalis teſtamẽti, impubes iam erat adoptatus, & per hoc in adoptiui patris poteſtate conſtitutus: ſic extraneus dicebatur ratione ſanguinis: nec aduerterunt, ſi hoc ita eſſet, iam per Legem Velleiam ſatis futurum, ſi impubes uel inſtitutus eſſet, uel exhæredatus. Quare cùm ſe Vlpianus ad ſolam inſtitutionem retulit, intellexit, impuberem, quo tempore inſtitutus eſt, omnino fuiſſe extraneum, non ſolùm ratione ſanguinis, ſed etiam poteſtatis: proinde teſtamentum ſola inſtitutione contra ſucceſſionem potuiſſe confirmari.*

Cõtra Lancel. Poli. Ioan. Coraſ. et Stepha.

*His conſequens uidetur eſſe, quòd quum Lege Velleia prouiſum ſit, nepotes filio ſubſtituantur, † non impediatur ſui hæredis ius in filio, cui* 26
*nepos ita ſubſtituatur. Et hoc planè uerum eſt, ſi nepos proponatur ſubſtitutus eſſe in caſum, quo filius, ſuus hæres eſſe deſinat, ſecundùm Bar. traditionem hîc. n. 5. & in. l. i. n. 50. infra De uulga. & pupil. Facit eiuſdem doctrina in. l. Si filius qui patri. n. 4. eod. titu. tametſi, dato extraneo ſubſtituto, poſſit recipi, ſuitatem tolli datione ſubſtituti uulgaris, iuxta ea quæ latè notan. in. l. Si filius hæres, ſupra hoc titu. Quid ergo † ſi* 27
*parens inſtituto filio nepotem iam natum ſimpliciter ſubſtituat, id eſt, non expreſſa conditione, ſi filius meus, me uiuo, morietur, uel aliâs ſuus hæres eſſe deſinat? Et poteſt defendi, nec quidem hoc caſu uideri ſublatam ſuitatem in filio: quaſi teſtator hîc quoq; ſequutus intelligatur conſilium Legis Velleiæ, argumen. l. Poſthumorum, cum ſimili. infra titu. 1. Hoc gl. & Bart. uoluerunt in. §. Quidam rectè, ſupra hac. l. licet Pau. Caſtrenſ. inibi. n. 4. diſtinguat, & Iaſ. in. d. l. Si filius hæres. n. 28. Quorum ſententiæ qualequale argumentum poteſt accedere ex. d. l. Si filius hæres: ubi † ſenſiſſe uidetur Affricanus, filium inſtitu-* 28
*tum, cui pater nepotem ex eo ſimpliciter ſubſtituerat, ex teſtamento ſuum hæredem defuncto patri extiturum fuiſſe: niſi acquiſitio hæreditatis*

eſſet

*eſſet impedita, eò quòd teſtamẽtum rumpi potuit, ſi poſthumus præteritus*
*naſceretur, quo uenter matris plenus erat, ſecundùm ueriſſimam eius reſ-*
*ponſi interpretationem à Chriſtophoro Caſtellio. Rapha. Cuma. Pau.*
*Caſtrẽ. Areti. col. 3. Iaſ. n. 8. comprobatam. Item poteſt huius opinionis*
*argumentũ colligi, ex arguto Papiniani reſponſo in. l. fina. uerſi. Altera*
29 *uerò ſpecies, infra De conditio. inſtitu. ubi † pater filium ſub conditione,* Noua interpretatio.
*quæ erat in eius poteſtate, inſtituiſſe proponitur: & eidem nepotes ex eo*
*ſimpliciter ſubſtituiſſe: nihilominùs tamen potuit filius patri ex teſtamẽto*
*ſuus hæres exiſtere. Nam quum talis conditio adiecta eſt: ſi Titio decem*
*dederit, nec quidem moriente filio, qui nunquàm dedit, hæreditas nepotibus*
*ex ſubſtitutiõe defertur. Huiuſq; rei illa ratio redditur: quòd adhuc moriẽ*
*te filio, potuit ex teſtamento patris hæreditas acquiri, ſi ipſius nomine con*
*ditio per alium impleretur. Atqui morienti nõ potuit hæreditas quæri per*
*aditionem: quum nec ſine uoluntate adire quiſquam poſſit: nec morientis*
*ulla ſit uoluntas, ſecundùm nota. in. l. fin. infra Quando dies lega. cedat.*
*Ergo neceſſariò euicitur, ſine aditione hæreditatẽ ipſo iure moriẽti filio,*
*quaſi ſuo hæredi potuiſſe quæri, non obſtante uulgari ſubſtitutione. Nec* Contra
*ualet quod contra hanc inductionem ſcribit Areti. in. d. l. Si filius hæres* Aret.
*n. 4. uerſi. Si tamen. Tentat enim dicere, moriẽte filio, deferri hæreditatẽ*
*ſubſtitutis nepotibus, eò quòd moriens filius hæreditatem adire nõ potuit:*
*& erat aditio neceſſaria, quia ſuitas ſublata uidebatur per dationem ſub*
*ſtituti uulgaris. Idcirco tamen nepotes eo momento admitti negat: quoniã*
*& ſi hæreditas tunc temporis cœpiſſet eiſdem ex ſubſtitutione deferri, ne*
*quaquàm ſcire potuerunt eam ſibi delatam: quòd homo moriendi hoc in cer*
30 *tum momẽtum intellectu aſſequi nequeat. Proinde † nepotes incerti, an hæ*
*reditas ſibi delata eſſet, non potuerunt (inquit) illo momẽto eam adire. l.*
*Is qui hæres, in fine. l. Hæres inſtitutus, infra De acqui. hæred. Sed cõtra*
*Are. Socinus replicat in repe. l. 1. n. 47. uerſi. Decimo ſexto, infra De*
*uulga. & pupill. 1. & opponit eandẽ. l. fina. uerſi. Nam ſuperior: ubi ſi filius*
*inſtitutus fuit ſub conditione, ſi Alexandriam iret, nec iuit, nepotes ex*
*ſubſtitutione admittuntur ad aui hæreditatẽ, moriẽte filio. Nec attẽditur*
*quòd illo momento incerti erant, an ſibi hæreditas eſſet delata. Et ſanè*
*Soci. aduerſùs Areti. apertè debuiſſet docere, hæreditatem in. d. l. fina.*
*nepotibus deferri, ſimul & acquiri ignorantibus, & incertis, an eſſet de-*
*lata: quum utiq; auo ſui hæredes ex ſubſtitutione exiſterent, argu. d. l. Si fi*
*lius*

lius hæres, & l. Qui in aliena. §. Interdum, cum ſimili. infra De acqui. hæ redi. ut & Bar. & communiter Docto. accipiunt. d. l. fina. Planè ſcitum eſt, † in ſuis hæredibus ſufficere, quòd lex certa ſit per rerum naturam, & ſi homo ſit incertus. l. Cùm quidam. §. Suum hæredem, infra De acqui. hæ redi. Itaq; quum ueriſſimum ſit, filium in ea ſpecie ſuum hæredem patri ex teſtamento potuiſſe exiſtere, impleta conditione, non malè dicetur, id faciliùs admittendum fuiſſe, quòd nepotes ex eo ſecundũ Legis Velleiæ conſiliũ ſubſtituti dicebantur. Quanquàm Philip. Corn. circa eandem. l. fina. alia, & quidem arguta ratione ſe explicet in repe. l. 3. n. 12. in fine. C. De iure delibe. De qua per Iaſ. in. d. l. Si filius hæres. n. 44. 31

ILLVD CIRCA VNVM ET ALTERVM caput Legis Velleiæ promiſcuè obſeruandum eſt, quòd ſicuti priore capite Lex Velleia īſtitui iuſſit, uel exhæredari poſthumos, qui uiuo teſtatore naſcerentur: ita etiam † ad eorundem poſthumorum ſimilitudinem iuſſit inſtitui, uel exhæredari nepotes iam natos: ne præteriti quaſi agnaſcēdo rumperent. Deniq; loco poſthumorum eos eſſe cenſuit, qui uiuo teſtatore ſuccedendo, quaſi agnaſcendo potuerunt fieri ſui hæredes. l. Poſthumorũ loco, infra titu. 1. §. Poſthumorum, inſti. De exhære. libe. 32

EX QVA prioris & poſterioris capitis ſimilitudine, primũ colligo, poſſe intelligi, † quid nouè induxerit Lex Velleia poſteriore hac parte: SIQVIS EX SVIS HAEREDIBVS, &c. Nam ueterum reiectis ſententijs, Alciatus Parado. lib. 3. cap. 19. opinatur, Lege Velleia inductum eſſe, ut nepotes auo, ſuccedendo in locum prioris, fierent ſui hæredes: & eiuſdem aui teſtamentũ præteriti rũperent: cùm ſolus filius, Lege XII. tabularum, ſui hæredis iura haberet. Tentat etiã dicere, nepotes, quos Gallus Aquilius inſtitui induxit, nec quum naſcerentur, ita ſuos hæredes fuiſſe, ut eis præteritis, teſtamentum rumperetur. Quæ ſententia Nouioribus meritò diſplicuit, 33

Lælius igitur Taurel. in enarratione Legis Velleiæ ſcribit, nepotes ſubducto filio de medio, etiam ante Legem Velleiã in ſui hæredis ius ſucceſſiſſe. Sed quũ aui teſtamentum non rumperent, ſed ius quoddã accreſcendi haberent, de quo in princi. inſti. De exhære. lib. l. Maximum uitium C. De libe. præte. Lex Velleia (inquit) ſucceſſionē abſolutè fieri uoluit in ius ſui hæredis illud plenum & efficax. Vnde & uoluit ruptum iri teſtamentum, niſi ſuccedentes ipſi aut inſtituti eſſent, aut exhæredati: non quidē

inter

*inter cæteros, ut olim, ſed ad ſimilitudinẽ poſthumorum: Hæc ille. Cuius traditio non omnino ſatiſfacere uidetur. Nam & poſt Legem Velleiã, nepos in locũ filij ſuccedẽdo, in plenũ illud & efficax ius ſui hæredis non ſucceßit: ut qui præteriri potuerit, ſi auus, poſtquã facta eſſet ſucceſſio, teſtaretur. Quin & ſi pronepos in nepotis ſui hæredis locũ ſuccederet, teſtamentũ proaui ſuccedendo rumpebat, ſecundùm Legem Velleiam, §. Etiam ſi parente, infra hac. l. Et tamen ius ſui hæredis, in cuius locum is pronepos ſucceßit, nec plenum erat, nec efficax: quum is nepos nec inſti tuendus eſſet, nec exhæredãdus. §. In omnibus cum, ſimili. infra hac. l.* Lælii Taurelli traditio ïpfecta.

*Probabiliùs itaq; dicetur, ſuccedendi modum Lege Velleia inductũ eſſe, ut ſiquis ex ſuis hæredibus ſuus hæres eſſe deſijſſet, liberi eius, & cæteri in locum ſuorum hæredum ſui hæredes quaſi agnaſcendo ſuccederent. Nam quum antea poſthumi nepotes ſui hæredes agnaſcendo rumperent: quòd omnium poſthumorum una, & melior, quàm iam natorum, cõ ditio eſſet. §. Poſthumi, inſti. De exhære. libe. nepotes iam nati, & ſi in locum ſui hæredis ſuccederent, non ideo rumpebant. Vnde nec hæredes inſtitui debuerunt, aut exhæredari, licet maximè ſui eſſent hæredes. Lex igitur Velleia hiſce nepotibus, & cæteris liberis poſthumorum iura communicauit: ut & poſthumorum loco eßent, & quaſi agnaſcendo ſuccederent, & quaſi agnaſcendo rumperent. d. l. Poſthumorum, infra titu. 1. §. Poſthumorũ, inſti. De exhære. libero. ubi hoc Viglius probat. Qui tamẽ illud non rectè uidetur ſcribere, ex hac poſthumorum comparatione euenisse, ut inſtitui poſſe nõ uiderentur, quaſi poſthumi alieni, inſpecto teſta menti tempore. Nam & ſi de his potuit dubitari, qui nondum nati eßent*

34 *§. Nunc de Lege Velleia, infra hac. l. † nec minimus quidem dubitandi color eſſe potuit in his, qui quum iam nati eſſent, neq; nulli, neq; incerti uideri potuerunt. Quare Lex Velleia, quæ induxit, ut poſſent hi nepotes quaſi poſthumi agnaſcendo rumpere, eadem uoluit, eos inſtitui, aut exhæredari ad ſimilitudinem poſthumorum: & ita ritè inſtitutos uel exhæredatos rumpere prohibuit. l. Si quis filium. C. De inofficio. teſta. l. Poſthumorum, infra titu. i. §. Poſthumorũ, inſti. De exhære. libe. l. 3. §. 1. infra titu. i. l. 2. C. De libe. præte. Vnde & Scæuola in. §. Ille caſus, infra hac. l. ſcribit:* POSTERIORE CAPITE NON PERMITTIT INSTITVI SED VETAT RVMPI, NEVE OB ID MINVS RATVM SIT QVOD SVCCEDIT

*Nam haud quaquàm arridet quod nonnulli tradiderunt in. §. Etiam ſi*

Vigliinoua opinio probabilior.

Cõtra Viglium.

*parente*

parente, & in.§. Ille caſus, infra hac.l. uideri hos nepotes etiam purè inſtitutos, aui teſtamẽtum rupturos: quòd quaſi extranei eſſent inſtituti, ideſt, eo tempore, quo nõdum eſſent ſui hæredes. Quippe receptum ſemper fuiſſe uidetur, ut † inſtitutio eius etiã qui penitus eſſet extraneus, teſtamẽto 35
ſufficeret: ſiue is per ſucceſſionẽ poſtea ſuus hæres factus eßet, iuxta.l. Filio quem pater.§.1. ſupra hoc titu. ſiue facto ipſius teſtatoris, qui eũ arrogauit.l. penul. infra titu.1. Quanquàm in hoc manifeſtus ſit error Areti.in.l. Filius à patre.§. Filius familiâs, in fine, ſupra hoc titu. quem & Iaſ. inibi uidetur ſequutus. Putauerunt, arrogatione filij teſtamentum rũpi: & ſi is, quum extraneus eſſet, inſtitutus eo teſtamento fuißet, contra caſum expreſſum in .d.l. penul.

Cõtra Areti.&Iaſ.

SECVNDO ex eadem ſimilitudine colligo: quòd † quẽadmodum 36
nepotes poſthumi, qui in uita naſcerentur, exhæredari nominatim debuerunt: nec exhæredatio eorum facta inter cæteros quidquàm ualeret.l.3. §. Poſthumi, infra titu.1.§. Poſthumi, inſti. De exhære. libero. ſic & nepotes poſterioris capitis, qui loco poſthumorum ſunt, exhæredari nominatĩ debuerunt. Hoc uerbis Iuſtiniani ſatis apertè ſignificatur in.§. Poſthumorum, in fi. inſti. De exhære. libe. IDQVE LEGE VELLEIA (inquit) PROVISVM EST, IN QVA SIMILIS EXHAEREDATIONIS MODVS AD SIMILITVDINEM POSTHVMORVM DEMONSTRATVR. Et eſt manifeſtè expreſſum in.l. Si hæreditas.§. fina. ſupra De teſta. tute.

Ergo errore lapſi ſunt Accurſ. Bal. & cæteri interpretes in.l.2.C. De libe. præte. qui exiſtimarunt, hos nepotes exhæredari inter cæteros potuiße. Nec perſpexerunt, † Alexandrum Imperatorem in ea.l.2. contradicere, quum ita ſcripſit: SI AVVS TVVS QVI PATREM TVVM ET NOVERCAM ÆQVIS PORTIONIBVS HÆREDES INSTITVIT QVVM TE QVOQVE HABERET IN POTESTATE, TESTAMENTO NOMINATIM NON EXHÆREDAVIT, MORTVO PATRE TVO VIVO AVO SINE IMPEDIMENTO LEGIS VELLEIAE EI SVCCEDENDO IN PATRIS TVI LOCVM RVPISTI AVI TVI TESTAMENTVM, ET AD TE HAEREDITAS EIVS TOTA PERTINVIT. Accurſius inibi & alij interpretantur, eum tex. intelligendum ſecũdùm ius nouum: quaſi per Legẽ Velleiam ſufficeret exhæredatio inter cæteros. Quod falſũ eſt: et Imperator Alex. id reſcripſit, quod eo tempore ſecundùm Legem Velleiã obtinebat. Neq; refragatur Iuſtiniani cõſtitutio † in.l. Maximũ 37 38

Noua iterpretatio.

uitium

*uitium.C.De libe.præte.quæ Accurſium, & alios decepit.Nam & ſi
in ea referatur, potuiſſe nepotes, etiam poſt Legem Velleiam, inter cæ-
teros exhæredari:id ſine dubio accipiẽdum eſt, in nepotibus teſtamenti tẽ
pore ſuis hæredibus. Hi etenim, quum omnimodò poſſent præteriri, exhæ
redari quoq; poterant inter cæteros: ne præteriti haberent ius accreſcen
di ciuile, ſecundùm ea quæ aliàs oſtendimus.*

*Vnde etiam uidetur, nullo colore defendi poſſe, quod ex Bal. ſentẽtia
docet Iaſ. in authẽ. Non licet, col. 4. uerſi. Tertiò mirabiliter. C. De libe.
præte. ubi ait, nepotes, qui inſtituendi ſunt, uel exhæredandi ſecundùm Le
gis Velleiæ conſilium, poſſe exhæredari, non inſerta cauſa. Diuerſum
ius eſse, ſi teneant primum locum teſtamenti tempore: tunc enim exhære
dationem eorum non ualere, niſi cauſa legitima inſeratur, iuxta authen.
Non licet. Quæ ſententia quotidiana eſſet, & utiliſſima: ſed non dubito
quin ſuperiore argumẽto infirmetur. Siquidem tam ſolennis debet eſse ex
hæredatio nepotum, qui per Legem Velleiam inſtituendi ſunt, uel exhæ-
redandi, quàm filij aut aliorum liberorum, qui teſtamenti tempore primum*
39 *locum obtineant. Nepos † ergo nominatim ab auo exhæredatus, nulla legi
tima cauſa inſerta, eius teſtamentum rumpet ipſo iure, ſi uiuo eo, in patris
ſui locum ſucceſſerit ſine impedimento Legis Velleiæ, argumento. d. l. 2.
C. De libe. præte. & l. fina. C. eo. tit. coniuncta authen. Non licet. Idq;
in iudicijs obtinere debet, quod magis probat Curti. Iunior in. d. authen.
Non licet, uerſi. fina. tametſi Iaſonis errore ipſe quoq; labatur, dũ non
uidẽt, Baldi ſententiã aliam eſſe, & quæ meritò probari debeat. Quip
pe Bal. in l. Pater filiũ. n. 5. uerſi. Extra oppono, ſupra De inoffi. teſta.*
40 *& in repe. l. In ſuis col. 12. uerſi. Eſt alia præteritio, eleganter dixit, † ne
potes, quos neq; per Legem Velleiam, neq; per aliam iuris partem inſti-
tuere, uel exhæredare neceſse eſt, poſſe non adiecta cauſa exhæredari: ut
putà ſi quis filium exhæredẽ faciat, inſerta legitima cauſa, iſq; patri ſuper
uixerit, conſtitui nepotem ex eo præteritum non eſse rupturum aui teſta-
mentum: ut qui præteriri potuerit. l. Si quis poſthumos. §. Si filium exhære
dauero, cum ſimili. ſupra hoc titu. Sed tamen quia obtinuit, ſucceſſionem
eſse in querela inofficioſi teſtamenti. l. Si is qui, cũ ſimili. ſupra De inof-
fi. teſta. poterit nepos etiam omnino præteritus inofficioſum aui teſtamen
tum dicere, ſi qui antecedebat eũ pater, à querela ſit excluſus. Ad hanc
igitur ſpeciem non inducitur. d. authen. Non licet: quia ſiue nepos præte-*

Bal. ſentẽ. nõ rectè intellecta ab Iaſ. & Cur. Iuni.

*ritus fuiſſet, ſiue uitioſè exhæredatus, ſola ei ſuperfuit querela. Hoc ita Bal. uoluit, quem rectè intellexit Alex. in d. authen. Non licet. n. 5. & Idem Iaſ. in l. In ſuis. n. pe. & fina. ſupra hoc titu.*

TERTIO *colligo, quòd † ſicuti nepotes prioris capitis inſtitui debuerunt purè, aut ſub facili conditione, argumen. l. Cùm poſthumus, ſupra hoc titu §. Poſthumi, uerſi. Et in eo, inſti. De exhære. libe. facit. l. Poſthuma, ſupra hoc titu. ubi poſthuma ſub conditione hæres inſtituta, ſi pendente conditione naſcatur, rũpit patris teſtamentum: cui poſthumæ cõparatur iuſtiſſimè nepos poſthumus, argu. tex. in princi. uerſi. Sed non ita, inſti. De exhære. libe. l. Maximum uitiũ. C. De libe. præte. l. Certum. §. Filia, infra titu. 1. ſic etiam † nepotes poſterioris capitis, qui loco poſthumorum erant, purè inſtitui debuerunt, aut ſub conditione, quæ in eorum eſſet poteſtate. Quod etiam confirmatur argumento tex. in l. Poſthumorum, infra titu. 1. §. Poſthumorum, inſti. De exhære. libe. ubi Caius & Iuſtinianus ſcribunt, quòd auus, ſicuti ipſum filium hæredem inſtituere, aut exhæredare nominatim debuit, ita nepotem iam natum ex filio, neceſſe eſt ei uel hæredem inſtituere, uel exhæredare. Quo loco ſignificaſſe uidentur, eandẽ formã inſtitutionis & exhæredationis requiri in nepote, quæ & in filio requeritur. Nam quemadmodũ exhæredationis formam nominatim faciendæ non expreſſerunt in nepote, ſatis habentes, quòd illa ſimilitudine utebantur: ſic etiã interpretãdũ eſt, circa inſtitutionem idẽ eos ſenſiſſe: ut ſicuti neceſſe eſt teſtatori, filiũ purè, aut ſub facili conditione hæredem inſtituere, uel nominatim exhæredare, ita & nepotẽ.* 41 42

Noua iterpretatio.

*Contrarium ſcribere uidetur Vlpianus in l. Sed ſi in conditione. §. Nepotes, infra De hære. inſti. in hæc uerba:* NEPOTES AVTEM ET DEINCEPS CAETERI LIBERI QVI EX LEGE VELLEIA INSTITVTI NON RVMPVNT TESTAMENTVM, SVB OMNI CONDITIONE INSTITVI POSSVNT, ET SI REDIGANTVR AD FILII CONDITIONEN. *Et hoc plures auctores ex eo. §. Collegerunt. Et nouiſſimè Lælius Taurel. in Legis Velleiæ enarratione laborat circa eius. §. interpretationem, exiſtimãs Lege Velleia inductũ eſſe, ut nepotes ſub omni cõditione poſſẽt inſtitui.*

Noua opinio.

*Ego † in noua opinione ſum. Et conſtanter arbitror, Vlpianum non ita ſcriptum reliquiſſe:* ET SI REDIGANTVR. *Sed magis ita:* SI REDIGANTVR: *Præceptores uerò noſtri iuris, et Typographi crediderũt eſſe impoſſibile, ſi nepotes ideo ſub omni cõditione inſtitui poſſẽt, quòd* 43

*redacti*

redacti eſſent ad filij conditionem: quum filij cõditio ea ſit, ut ſub omni cõditione inſtitui nequeat. Itaq; deterruit eos conditionis figura, adeò ut cõpulerit, Vlpiani ſententiam peruertere, addita particula: ET, quæ delẽda eſt uel in ipſis Pãdectis Florentinis. Vlpianus enim ſcripſit: SI REDIGANTVR AD FILII CONDITIONEM: ut & Accurſius in eo.§. legit. Qui tamen cõmuni errore ductus accepit: SI: pro Quãuis. Deniq; aduerſus Accurſium & omnes hactenus interpr ætor, eam eſſe reſpondendi, non uerò dubitandi rationem: quaſi Vlpianus ſenſerit, nepotes antequàm redigantur ad filij conditionem, id eſt, ãtequàm in patris locũ ſuccedant, inſtituendos eſſe à teſtatore auo per Legem Velleiam purè, aut ſub facili cõditione ad filij exemplum, uel poſthumorum ſimilitudinẽ, uti ſupra argumentati ſumus: ſic demum ex Lege Velleia rite inſtitutos non rumpere teſtamentum. Eoſdem tamen, ſi redigerentur ad filij conditionem, id eſt, ſi in filij locum ſuccedentes primum ſui hæredis locũ tenere cœpiſſent, ſub omni conditione inſtitui potuiſſe. Nam ſi poſteaquàm in filij locum ſucceſſerunt, potuit eos auus omnimodò præterire: multò magis potuit & ſub omni conditione hæredes inſtituere, ſecundùm ea quæ ſuperiore parte docuimus. Hic uerus illius.§. Senſus eſt. Error emẽdandus in Pandectis Florẽtinis.

QVARTO colligo, quòd ſicuti poſthumi prioris capitis exhæredati ſub cõditione non rũpebant teſtamentũ, ſi cõditio antequàm naſcerẽtur extitiſſet.l.1.§. Si ſub cõditione, infra De uentre

44 in poſſeſ. mittẽ. ita quoq; apud ões ſine dubio obtinere debet, ut † eodem iure utamur in nepotibus poſterioris capitis. Deniq; ſi hodie auus nepotẽ iam natũ, quem pater præcederet, ſub conditione exhæredet, ſi nauis ex Aſia uenerit, adiecta uidelicet legitima cauſa, & is nepos uiuo auo locũ filij tenere ĩcipiat, rũpit eius teſtamentũ ipſo iure, ſi pendẽte cõditione ſucceſſerit: nõ rũpet, ſi iã quũ ſucceſſit, exhæredationis cõditio extiterat, id eſt, nauis ex Aſia uenerat: nec ratio diuerſitatis reddi poteſt.

Et hoc præcipuè eſt notabile: quoniã prima facie uideretur, eã exhæredationẽ ꝓ nõ ſcripta habendã eſſe, quia cõditionalis, & per hoc uitioſa appareret, ſecundũ ea quæ Accur. & omnes tradunt in.l.3.§. Purè, ſupra hoc titu. & argumen.l. Sub conditione, infra De bono. poſſeſ. cõtra tabu. & per.l. Parti.3. in fine titu.7. Parti.6.

45 QVINTO colligo, quòd ſicuti † poſthumi prioris capitis inſtituti ſub condtione, ſi nauis ex Aſia uenerit, non rumperent teſtamẽ

*tum agnaſcendo, ſi quo tempore naſcerentur, iam nauis ex Aſia ue-
niſſet.l.Cùm poſthumus, ſupra hoc tit. ſic & nepotes poſterioris capitis,
qui non ſub omni conditione inſtitui poſſunt, ſi inſtituantur ſub conditione,
quæ in eorum poteſtate non ſit, & antequàm in ſui hæredis locum ſucce-
dant, cōditio extiterit, ſimili modo non rūpent quaſi purè inſtituti. Qua
eadem ratione dicēdū eſt, ſi cōditio deficiat, antequàm poſthumus naſca-
tur, uel antequàm nepos in locum ſui hæredis ſuccedat, perinde teſtamen
tū rumpi agnatione, uel ſucceſſione ſui hæredis, atq; ſi præteriti fuiſſent.*

*Sic utiliter colligemus, † hiſce caſibus teſtamentum nullius momenti* 46
*futurum etiam hodie: nec ut ualeat, poſſe ei ſuccurri per. l. Quoniam in
prioribus.l. Scimus.§.Cùm autem.C.De inoffi.teſta. Nam & ſi maxi
mè admittenda ſit illa ſentētia, qua conſtitutum eſt, teſtamenta quæ olim
erant iniuſta, inſtituto filio ſub non facili conditione, ualere hodie per eas
leges, idemq́; in ruptis teſtamentis admittendum ſit, ut hodie non rūpan-
tur: hoc tamen procedere debet, quibus caſibus conditio ſuſpendit inſtitu-
tionem eius, cui legitima portio debetur. Proinde ſi poſthumus ſub condi
tione hæres inſtitutus, pendente cōditione naſceretur: aut nepos iā natus
ſuccedendo ſuus hæres auo agnaſceretur: quia continuò eis legitima por-
tio deberi inciperet, continuò quoq; induceretur. l. Quoniam in prioribus
&.§.Cùm autem.l.Scimus.C. De inoffi.teſta. ſic teſtamentum nō rum
peretur. Sed ubi iā defecta cōditione, poſthumus natus eſſe proponitur:
aut nepos iam natus ſimiliter poſt defectam conditionem, ſucceſſiſſe dici
tur, uiuo auo, in locum patris ſui: tunc quaſi omnino præteriti, uidentur
rupturi parentis teſtamētū: quū dici nō poſſit, cōditionē, antequā defeciſ
ſet, remotā uideri de legitima portione. Generaliter enim probandū eſt, †* 47
*onus legitimæ portioni iniunctū, nō haberi ab initio pro nō ſcripto.l.Cū
patronus, ubi hoc ſubtiliter Bal. colligit, īfra De lega.ij. tametſi poſtea*
Interpretatio nō uulgaris. *† agnoſcente legitimā portionē illo, cui ea debebatur, ita res procedat, ac* 48
*ſi onus teſtamēto ſcriptū nō fuiſſet. d.l.Quoniā in prioribus in fine. Sed
& nemo dubitauerit, tractari nō poſſe, an remoueatur onus ſeu conditio,
antequàm legitima portio deberi incipiat. Planè antequàm poſthumus na
ſceretur: antequā nepos in locū filij ſuccederet, nequaq; eis legitima por
tio debebatur. Ergo ſi ſuus hæres poſt defectā inſtitutionis conditionē a-
gnaſcatur, oportet etiā hodie ruptū iri teſtamētū: quoniā utiq; ſerū eſt,
remouere conditionē, quæ iam pridē defecerat. Facit qđ Bal. & deinde
alij*

alij ſcripſerũt ĩ.d.l.Cùm poſthumus:dũ allegãt. d.l.Quoniã in prioribus.

SEXTO & ultimò colligo, quòd ſicuti poſthumo præterito, qui uiuo teſtatore natus eſt, teſtamentum ſtatim rumpitur, & tamen iure prætorio confirmatur, ſi modò idem poſthumus uiuo teſtatore decedat. l.
49 Poſthumus, in princi.infra titu.ı.ita quoq; reſpondendũ eſt † in hoc poſterioris capitis nepote, qui loco poſthumi ſit. Deniq; per eandem æquitatis rationem inducemus, ut ſi aui teſtamentũ ſucceſſione ruperit, mox uiuo adhuc teſtatore moriatur, bonorũ poſſeſ. ſecundùm tabulas ſcriptis hæredibus danda ſit. Contrariũ ſcribit Areti.in.§.Etiã ſi parẽte, in ultimo nota.infra hac.l.motus lege & ratione. Lege: per tex.inibi, quẽ ſic planè intelligit. Ratione: quoniam in maiore culpa fuit teſtator, qui nepotẽ iã natũ præteriuit, quã qui naſcituri poſthumi nullã mẽtionẽ fecit. Sed & Iaſ. in.d.§.Etiã ſi parẽte, ĩ pri.ſubtilẽ hãc Aret.opinionẽ uidetur approbaſſe.

Ego eã penitus reſpuẽdã exiſtimo, ſuperiore ſimilitudinis ratione motus: & quòd Areti.argumẽta deprehẽdo nullius eſſe momẽti. Nam quũ in teſtatore prætereunte naſciturũ minorẽ culpã conſiderat, totius ueteris prudẽtiæ placitis repugnat. Omnes etenim Iureconſulti, omnes Cæſares uſq; ad nouiſſimã Iuſtiniani conſtitutionẽ, cũ maiore teſtamẽti periculo intellexerunt poſthumos præteriri, quàm iã natos: & erãt poſthumorũ fortiora iura ad rumpenda teſtamenta, quã eorũ qui iam nati eſſent, uti abundè ſupra oſtendimus. Sed nec tex.ĩ.d.§.Etiã ſi parẽte, probare poteſt quod Cõtra Areti.& Iaſ.
50 Aret.opinatur: quoniã † referri debet ad ius ciuile: nec excludit inibi Scæuola prætoriã bonorũ poſſeſ. de qua in.d.l.Poſthumus, ut cõmuniter receptũ eſt. Sed & aduerſùs Aretini ſubtilitates, idẽ mihi fortiſſimo argumẽto cõprobatur. Indubitati enĩ iuris eſt, quòd ubi iã nat⁹ filius præterit⁹ eſt, & is uiuo teſtatore decedit, bonorũ poſſeſſio ſecundũ tabulas inſtituto hæredi datur: ſi modò rẽ ab inteſtato auferre poterat.d.l.Poſthum⁹, uerſi.Idẽ & circa. Ergo quũ in.d.§.Etiã ſi parẽte, inſtitutus ſit teſtãtis pronepos, qui præteritus potuit rũpere proaui teſtamentũ, & rẽ ab ĩteſtato auferre: euincitur, bonorũ poſſeſſionẽ ſecundùm tabulas ei dandã eſſe, quam non poſſit uideri Scæuola eidem negaſſe.

EX his apparet, eos caſus quos in hoc.§. proponit Scæuola, nõ pertinere ad Legẽ Velleiã. Nã ſi eı⁹ Legis capita ad nepotes ptinuerũt, qui uiuo teſtatore naſcerentur, et ad eos qui uiuo teſtatore, quaſi agnaſcẽdo, in ius ſui hæredis ſuccederẽt: manifeſtũ eſt inſtitutionẽ nepotis et pronepotis

*qui poſt mortem teſtantis natus eſſet, nihil habere commune cum uerbis Legis Velleiæ.*

# Summaria quintæ partis.

1 INTELLECTVS. huius §. Et quid ſi tantùm.

2. Subſtitutio non ſolùm fideicõmiſſaria, ſed etiã directa extenditur ad caſum expreſſo ſimilem.

3. Voluntas teſtantis totum facit in conditionibus.

4. Intellectus. l. Pater Seuerinam. ff. De cõdi. & demonſtra.

5. Intellectus. l. Qui hæredi. ff. De condi. & demonſtra.

6. Dominus qui per ſeruũ hæres efficitur, non dicitur uenire ex defuncti iudicio.

7. Serui legatum eſt, nõ domini, quum ſeruo alieno legatum proponitur.

8. Legatarius non eſt, cui implẽdæ conditionis gratia dandum eſt.

9. Facti quæ ſunt, ad dominum non tranſeunt.

10. Modus in dando conſiſtens, impleri debet in perſona domini: licet cõditio dãdi ſeruo, in ſerui, non in domini perſona debeat impleri.

11. Legatarius eſt, cui implendi modi gratia dandum eſt.

12 Adiecto ad ſolutionem nullum ius quæritur.

13. Conditio dandi ſeruo, impletur dando ipſius ſerui domino ex ſerui voluntate.

14. Intellectus. l. Mæuius. ff. De condi. & demõſtra.

15. Fiſcus an poſſit auferre datum, implẽdæ conditionis gratia, ei qui capere non potuerat.

16. Hæres, qui vt pareret cõditioni, nũmos tradidit, poteſt eos uẽdicare, ſi dominiũ in accipientem non tranſtulit.

17. Conditionis implendæ gratia dandum ei, qui capere non poteſt, ipſi tradẽdum eſt, nõ ſeruo eius, etiam ſi ipſe cõſentiat.

18. Legatũ relictũ ei, qui capere non poteſt, nec quidem ipſi tradendum eſt.

19. Incertis perſonis legari non poterat: ſed eiſdẽ dãdũ erat cauſa cõditionis ĩplẽdæ.

20. Cõditiones deriſoriæ nõ ſunt implẽdæ.

21. Cõditio ſi pecuniam in mare deiecerit, vtrùm implenda ſit.

22. Intellectus. l. ſi fundus. ff. De condi. & demonſtra.

23. Conditio dandi furioſo, non impletur ipſi furioſo dando.

24. Cõditio dandi pupillo furioſoúe impletur perfectè, ſi is cui ſub ea cõditione relictum eſt, tutori vel curatori dederit.

25. Conditio implenda in perſona pupilli, habetur pro impleta, ſi per tutorem ſteterit quominùs impleretur.

26. Debitor pupilli, vel furioſi liberatur ipſo iure, ſi tutori vel curatori ſoluerit: etiam ſi pecunia cõuerſa non ſit in vtilitatem pupilli vel furioſi.

27. Extraordinarij auxilij ratio non habetur antequàm imploretur.

28. Intellect9. l. Ait Prætor. §. 1. uerſicu. Et ideo, &. §. Permittitur. ff. De mino.

29. Intellectus. l. Si ſeruus decẽ, in fine. ff. De ſolutio.

30. Intellectus. l. Stichum. §. Vſumfructũ. ff. De ſolutio.

31. Adiecto ad ſolutionem pupillo poteſt promiſſor rectè ſoluere ſine tutoris auctoritate.

32. Adiecto ad ſolutionem pupillo, promiſſor non liberatur, ſoluendo tutori ipſius pupilli.

33. Intellectus. l. Is qui in poteſtate. §. fin. ff. De lega. præſtan.

34 Mortis cauſa capio ex teſtamento nõ pendet.

Conditio

35. Conditionis implendæ gratia dandum Titio, utrùm transferatur ad filium legitimum hæredem patris, qui eiuſdem teſtamento præteritus, legatum ſoluere ipſi legatario tenetur.

36. Conditionis implendæ gratia dādum, ex voluntate teſtantis accipitur.

37. Intellectus. l. In conditionibus. § Si patronus. ff. De condi. & demōſtra.

38. Conditio ſi hæres erit, porrigitur ad bonorum poſſeſſorem.

39. Intellectus. l. Ex facto. §. fina. ff. Ad Senatuſconſ. Trebel.

40. Patronus īſtitutus ex minore portiōe quàm dimidia, bonorum poſſeſſionē contra tabulas liberti accipiebat.

41. Intellectus. l. Lucius. ff. De condi. & demonſtra.

42. Filiationis probatio facilis eſt ei, qui eſt in ea quaſi poſſeſſione.

43. Filius ſuus hæres potuit inſtitui ſub cōditione probandi illud, cuius probatio difficilis non eſſet.

44. Voluntas teſtantis offendi non debet quò actus ſubſtineatur.

45. Præſumptio. l. Miles. §. Defuncto. ff. Ad Legem Iul. De adulte. iuris duntaxat eſt.

46. Intellectus. l. fina. C. De his qui ueni. æta. impetra.

47. Minor xxv annis, & ſi ueniam ætatis impetrauit, nō poterit alienare ſine decreto res immobiles, & quæ ſeruando ſeruari poſſunt.

48. Minor. xxv. annis, qui veniam ætatis impetrauit, vtrùm poſſit in integrum reſtitui, ſi cum decreto res ſoli, & quæ ſeruādo ſeruari poterant rite alienauit.

49. Aetatis incertum tempus legatum facit conditionale.

50. Intellectus. l. Cùm pater. §. Curatoris, & quod ibi Bar. ff. De lega. ij.

51. Legitima ætas. xxv. annorū unde dicta.

52. Intellectus. l. Fideicōmiſſum. ff. De cōdi. & demonſtra.

53. Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, nec de adoptiuis, nec de arrogatis intelligi debet.

54. Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, de adoptiuis intelligitur, quos ipſe teſtator adoptaſſet.

55. Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, de adoptiuis intelligitur, quos teſtator ſciebat iam adoptatos.

56. Adoptiuos liberos dicimus, non minùs quàm filios.

57. Intellectus. l. Ex facto. §. Siquis rogatus. 1. ff. Ad Senatus conſul. Trebel.

58. Naturalis filius an faciat deficere conditionem.

59. Naturales æquè veniunt liberorum appellatione, ſi de nouo lucro agatur, atq; ſi quæſito conſeruando: nec intereſt cōditio affirmatiuè, an negatiuè fuerit cōcepta.

60. Naturalis filius dicitur, qui conceptus fuit in figura matrimonij, uel concubinatus.

61. Concubinatus figura diſtat à figura matrimonij.

62. Naturalis, qui cum legitimis pariter ſuccedit, ſubſtitutū indiſtinctè excludit.

63. Coniectura uoluntatis circa liberos naturales, potiùs capienda eſt ex teſtātis, quam ex hæredis perſona.

64. Filius ſuſceptus ex ſerua aliena, vtrùm naturalis dici queat.

65. Naturalis filius hominis uulgaris, indiſtictè ſubſtitutū excludit ī hoc Regno.

66. Naturalis hodie eiſdem caſibus ſubſtitutum excludit, quibus & olim excludebat.

67. Naturalis filius in ſeruitute conceptus, non magis apud Iureconſultos ſubſtitutū excluſit, quā alius quiuis naturalis.

68. Intellectus princi. inſti. De ſerui. cogna.

69. Rubr. inſti. De ſerui. cogna. cōmentitia eſt & per errorem conſcripta.

70. Intellectus. l. Cùm pater. §. Volo. ff. De lega. 2.

71. Naturalis ſubſtitum excludit, ſi teſtator aliqua teſtamenti parte, fauorabilē illius mentionem fecit.

72. Libertis legatum relictum, debetur & eis, qui poſt teſtamentum coeperunt eſſe liberti.

73. Intellectus. l. Lucius. ij. §. fi. ff. De lega. ij.

74. Intellectus. l. fina. ff. De iure. delibe.

75. Filiorum appellatio tã naturalis eſt, quã liberorum.
76 Intellectus. l. Generaliter. §. Cùm autẽ, C. De inſti. & ſubſti.
77. Cõditio, ſi ſine liberis deceſſerit, expreſſa, vtrùm differat ab ea, quæ quaſi dicta ta, nec ſcripta, pro expreſſa habetur.
78. Naturalis, utrùm regulariter ſubſtitutũ excludat, etiã remota cõiectura: an tunc demũ quũ cõiectura aliqua hoc ſuaſerit.
79. Intellectus. l. Ex facto. §. Siquis rogatus. 1. ibi, ex dignitate. ff. Ad Senatuſcõſ. Trebel.
80. Intellectus. l. Fideicõmiſſæ. §. Si cui ita ff. De lega. 3.
81. Conditionem non deficere, & exiſtere conditionem, diuerſa ſunt.
82. Fideicõmiſſum alicui relictum, ſub conditione, ſi morte patris, ſui iuris efficeretur, non debetur ei emancipato, niſi tempore mortis paternæ.
83 Fideicõmiſſũ alicui relictum ſi morte patris, ſui iuris effectus fuiſſet, non incipit ei deberi, quãuis patris deportatione, ſui iuris factus ſit.
84. Intellectus. l. Si ita liberis. ff. Quãdo dies lega. cedat, & l. Mulier. ff. Ad Senatus conſ. Trebel.
85. Fideicõmiſſũ maternæ hæreditatis, non incipit deberi filio à patre, qui poſt mortem ſuam rogatus ei erat reſtituere, & ſi filium emancipaſſet.
86. Intellect⁹. l. Cũ filio famiâs. ff. De lega. 1
87. Intellectus. l. Patrem. ff. Quæ in fraud credito.
88. Fideicõmſſũ eccleſiæ relictũ à filio, ſi is bona ludendo diſſiparet, utrùm debeatur eccleſiæ, ſi filius nõ ludendo, ſed mercando diſſipauit.
89. Poenam à conditione, uoluntas teſtatoris ſeparat.
90. Vſũfructum patri quærẽdũ iure patriæ poteſtatis, non poteſt mater prohibere: niſi in eo, quod ultra legitimã portionẽ filio reliquerit.
91. Legitimæ portionis vſum fructum, patri iure poteſtatis quærendum, nõ poteſt mater prohibere: ſiue filius maior, ſiue minor annis fuerit.
92 Intellectus authen. Vt liceat matri & auiæ in princi. colla. 8.
93. Parentũ cõmune votum eſt, ut liberi matrimonium contrahant.
94. Intellectus. l. Cõmodiſſimè. ff. De libe. & poſthu.
95. Poſthumus perfectè natus, etiamſi in cõtinenti ſine nomine, ſine baptiſmate moriatur, parentis teſtamentum rumpit, & eidẽ ipſo iure hæres exiſtit.
96. Intellect⁹. l. fin. C. De poſthu. hære. ĩſti.
97. Intelleſtus. l. Si quis ita. ff. De uulga. & pupilla.
98. Subſtitutio facta ſecundũ Gallũ, vel Legem Velleiam, excluditur, ſi filius ipſo iure patri hæres extiterit.
99. Tunc dictio ſubſtitutioni adiecta, non facit excludi caſus ſimiles.
100 Subſtitutio concepta per ea uerba, tunc et eo caſu, utrũ porrigatur ad ſimilẽ caſũ.
101 Inſtitutio facta in unum caſum, extenditur ad alium ſimilẽ: etiam ſi ſit prima inſtitutio, non ſecunda.
102 Conditio neceſſaria, quænã ĩtelligatur.
103 Poſthumus, qui ſuus hæres nõ naſcitur, poteſt hodie iure ciuili, legitimus ex teſtamento hæres fieri.
104 Subſtitutio facta ſub conditione, ſi hæres inſtitutus uiuo teſtatore moreretur, utrũ habeat locũ, ſi teſtatori idẽ hæres ſuperuixit, nec tamẽ potuit propter abſentiã & ignorãtiã, hæres eſſe ex teſtamẽto.
105 Fratris hæreditas non adita regulariter non tranſmittitur.
106 Hæreditas quæ parẽtis defũcti nõ ſit, trãſmitti nõ poteſt beneficio. l. unicæ. C. De his qui ante apertas tabu.
107. Hæres ignorãs ſibi delatã hæreditatẽ, ſi interim decedat, ius adeundi in ſucceſſores trãſmittere nõ poterit ex beneficio l. Cũ antiquioribus. C. De iure delibe.
108 Reſtitutionis in integrũ cõſideratio nõ impedit, quin ius adeundi ipſo iure amiſſum, ad ſubſtitutum uulgarẽ tranſeat.
109 Inteſtati hæreditas ad fratrẽ, et defũcti fratris filios deuoluitur: et ſi ex defũcti fratris pſona poſſit implorari reſtitutio, ut teſtamento locus fiat.
110 Reſtitutio in integrũ poteſt ĩplorari ab hæredibus eius, qui abſẽs & ignorãs delatã ſibi eẽ hæreditatẽ, vita deceſſit.

SED

SED EX SENTENTIA LEGIS VELLEIÆ ET HAEC OMNIA ADMITTENDA SVNT, VT AD SIMILITVDINEM MORTIS CÆTERI CASVS ADMITTENDI SINT[c].

c ADMITTENDI SINT. *Tamet ſi hi caſus nō pertineāt ad uerba Legis Velleiæ, potuit tamē ex ei⁹ Legis ſentētia, argumētū ſumi, quo hæ cōceptiones defenderētur. Voluit enī ea Lex, ut ſi quis ex ſuis hæredibus, ſuus hæres eſſe deſijſſet, ſequēs, qui ſuccederet, non rumperet teſtamentū. §. Etiā ſi parēte, infra hac. l. Quæ uerba pertinere potuerunt ad hos caſus, quos Scæuola ſupplendos eſſe cenſuit, in Galli Aquilij ſententia. d. §. Etiam ſi parente, uerſ. Et bene uerba ſe habēt: ut & Accur. hic rectè intelligit.*

1 *Vnde quū † huius. §. duæ interpretationes traditæ ſint. Vna, quòd in ſimiles mortis caſus, poteſt teſtator poſthumorū īſtitutionē cōcipere. Altera, q̄d inſtitutio in mortis caſū cōcepta, ad ſimiles caſus extēditur: priorē magis probo. Quā ueriorē opinātur Iacob. Areti. hic, et Rapha. Cuma. n. 6. et. 7. ſubtiliter argumētatus, & Lāce. Gali. n. 14. ī fi. Mari. Salomo. n. 41. Fortu. n. 10. Lācel. Poli. in tracta. ſubſtitu. uulga. parti. 6. n. 23. Et latè hoc idē contēdit Thomas Calā. in repe. l. 1. n. 6. et. 7. īfra De uulga. et pupilla. ubi auſus eſt ſcribere, Bartolū & ōnes ubiq; errare, qui dicerēt, ſubſtitutionem directā poſſe extendi, ad caſum non expreſſū. Id nāq; eſſe contra. l. Cōmodiſſimè, ſupra hoc titu. Hunc noſtrū. §. nihil facere. Sed & l. Mulier, cū ſimili. infra Ad Senatus cōſ. Trebellia. in fideicōmiſſaria ſubſtitutione ꝓcedere, quæ uel nutu fieri poſſet. l. Et in epiſtola. C. De fideicōmis. Porrò aliam eſſe cauſam directæ inſtitutionis, quæ ex conie-cturis nequeat induci. Deniq; Diui Marci, & Seueri conſtitutione effectum, ut uulgaris ſubſtitutio ad pupillarem extenderetur. Sed tamen nō potuit effugere tex. in. l. Si mater. C. De inſti. & ſubſti. qui apertè communem opinionem iuuat. Nec uolumus, ut directa inſtitutio in his ſpeciebus per coniecturas inducatur: ſed magis, ut conditio inſtitutioni adſcripta, per interpretationem latiùs accipiatur. Et. l. Commodiſſimè, ſupra hoc tit. nihil facit, ut in ſuo loco explicabim⁹.* Cómunis opinio defēſa aduerſus Thomã Calan.

2 *Vera eſt † igitur per ſe cōis ſentētia: ſecundùm quam noſter. §. quotidie allegatur, ad hoc, quòd uulgaris ſubſtitutio in unum caſum concepta, ad alios ſimiles caſus porrigitur.*

*Sed tūc opponitur, quòd cōditio hæc, ſi filius meus me uiuo morietur,*

*impleri*

*impleri omnino debuit: & ea defecta, inſtitutio quoq; deficere debuit, argumẽ. l. Qui hæredi. l. Mæuius, infra De cõditio. & demonſtra. Bartolus & alij communiter reſpondent, diſtinguendo inter uoluntarias conditiones, & neceßarias ad ipſum actum, uel ad effectum actus.*

*Ego ex Iureconſultorũ traditione accepi, † ĩ cõditionibus totũ facere* 3 *teſtãtis uolũtatẽ, quæ regit cõditiones. l. In cõditionibus primũ locũ, ĩfra De cõdi. & demõ. l. Hæredes mei. §. Cùm ita, ĩfra Ad Senatus cõſ. Trebellia. tex. ille nobilis † in. l. Pater Seuerinã, ĩfra De condi. & demõ* 4 *ſtra. ubi cõditio illa, ſi nõ nupſerit, cõpræhendebat ſecundũ uerba utrũq; caſũ, ſiue nubere noluiſſet, ſiue nõ potuiſſet. l. Cùm proponas. C. De hære. ĩſti. & tamẽ ex uolũtate, quæ præualet, reſtringitur per interpretationẽ ad alterũ duntaxat caſũ, quo ſcilicet mulier nubere noluiſſet, ut recté intellexit Lãce. Poli. ĩ tracta. De ſubſti. uulga. particu. 6. n. 7. & ãte eũ Soci. in. l. 1. in. 2. lect. n. 3. infra De uulga. & pupil. Qui Papiniani uerba in. d. l. Pater ſeuerinã, debuerunt inducere, illa ſcilicet:* VOLVNTATEM POTIVS QVAM VERBA: *quæ cum iudicio expendit ad hoc Andre. Sicu. in cap. Raynutius. n. 49. De teſta. Igitur quæ ratio facit, ut uerba conditionis generalia reſtringantur ad alterum caſum, eadem quoq; euincet, ut conditio, quæ unum caſum continet, ad alium, qui non ſit expreſſus, porrigatur ex uoluntate, uel non porrigatur. Idq; ſigillatim oſtendã euenire in pleriſq; õnibus legibus, quas hîc in apparatu Nouiores adduxerunt.*

PRIMO *allegatur tex. † in. l. Qui hæredi, infra De condi. & de* 5 *monſtra. ubi Iureconſultus quærit: ſi quis Stichum ſeruum Titij hæredem inſtituat, & Sempronio fundum leget, ſi decem hæredi dederit, utrũ ſeruo, an domino, implendæ conditionis gratia dandum ſit. Et reſpondit, ſeruo dandum eſſe, non domino: quoniam hæredis appellatione, ſeruum quẽ inſtituerat accepiſſe uidebatur, nõ dominũ, qui † hæres non eſſet ex* 6 *iudicio eiꝰ. l. Qui liberis. §. Hæc uerba, infra De uulga. et pupil. explicat rectè Claud. in rep. l. Cùm filio. 7. col. uerſi. Vnde dic, infra De lega. 1.*

*Quid eſt igitur, quód deſignata ſerui perſona, conditio in perſona domini impleri non poteſt? Reſpondetur, † quum ſeruo alicuius legatur,* 7 *legatum eßе ſerui, non domini: & ſeruum ex uoluntate uocari, ut ſi liber factus ſit, legatũ ſibi acqrat. l. Debitor. §. Seruo alieno, ĩfra De lega. ij. l. 3. §. Hoc autẽ, ĩfra De lega. præſtã. Si uerò die legati cedẽte, idẽ ſeruus ad huc in ſeruitute maneat, nõ ei, ſed domino legatũ eſſe ſoluendũ: qm*

*ſi iure*

ſi iure poteſtatis,dominiũ,& legati actio perſonalis domino quærũtur,le
gatũ ſcilicet ei ſolui oporteat,cui debetur.Quare quũ in conditione ius nõ
8 uerſetur,quòd † ſeruus legatarius non ſit.l.Si quis ſub cõditione dandorũ
decem,infra Si quis omiſſa cau.teſta.ex uoluntate teſtãtis ſeruo,implẽdæ
cõditionis gratia,dandũ eſt.Nec factũ hoc ĩ ipſius pſona explicãdũ,dño
9 potuit acquiri:quũ † ea quæ facti ſũt,ad dñm nõ trãſeant.§.Sed cũ factũ
inſti.De ſtipula.ſeruo.Quod ita rectè Bart.docuit in.d.l.Qui hæredi.

Ergo non rectè Lance.Galiau.hic.n.28.docere uidetur,tex.in.d.l. Contra Lã
Qui hæredi,procedere etiam ſi caſus ille,non per conditionis,ſed per diſ- ce. Galiau.
poſitionis modum fuiſſet expreſſus: quum ueriſſimũ ſit, domino nõ ſeruo
daturum eſſe legatariũ,qui per modũ diſpoſitionis iuſſus eſſet ſeruo dare.
10 Deniq; † ſi fundus Sẽpronio legatus eſſet ita,ut ſeruo Titij decẽ daret,
quãquàm modus pro conditione obſeruetur.l.1.in princi.C.De his quæ ſub
11 modo,nemo dubitet reſpõdere, modũ in pſona domini implendũ: quòd † in
ea ſpecie ſeruꝰ legatarius ſit: ius magis, quã factũ uerſetur: & domino
quæratur legati actio.l.2.C.De his quæ ſub modo.Nec oberit tex.in.d.
l.Qui hæredi,uerſi.Quẽadmodũ,allegatꝰ à Lance.Galiau.Nã probat
quidẽ,uoluntatẽ eſſe eãdẽ,ſiue per modũ cõditionis,ſiue p modũ diſpoſiti-
onis,pſona ſerui fuerit expreſſa: & utroq; caſu õnimodò dandum ſeruo:
ſi modò nõ ĩcurrat ius, quod domino quæratur,ſed factũ dũtaxat,qđ iure
poteſtatis ad dominũ ſoleat trãſire.Ideoq; ſi mihi aut Sticho ſeruo Titij ſti
pulatus ſim,Titio, quãuis ſeruũ in poteſtate habeat,ſolui nõ poteſt: quo-
12 niã ſeruus eius ad ſolutionem fuit adiectus: nec † ius aliquod acquiri ſolet
adiecto.l.Stichum.§.Vſumfructum,infra De ſolutio.

Secũdũ quod, explicata uidetur teſtatoris uolũtas,ĩ.d.l.Qui hæredi:
ut ideo domino dandũ nõ ſit,ſed magis ſeruo:quoniã nec teſtator uoluit do-
mino dari,nec hoc uoluiſſe intelligitur:quũ effectus ſit diſſimilis.Nã ſi po
13 nas,† ex uolũtate ſerui nũmos domino datos eſſe,cõditio ĩpleta uidebitur
iuxta teſtãtis uolũtatẽ:cui ſatisfit, ſi caſus exiſtat æquipollẽs.l.Stichũ.
§.Vſumfructũ,uerſi.Cæterùm,infra De ſolutio.Cæterũ remota ſerui
uoluntate,eiuſdẽ domino dare,non eſt æquipollẽs:quoniã teſtator ipſius
ſerui perſonæ ĩiunxit cõditionẽ,ut ei libero facto daretur,ſecũdũ ea,quæ
ſcripſit Philip.Deci.ĩ rub.n.14.De probatio.& ĩ.l.Si mater.n.2.C.De
inſti.& ſubſti.Ioã.etiã Crot.hic.n.29.Et quãquàm tẽpore quo impletur
cõditio,ſeruus adhuc in poteſtate domini maneat,proinde ſufficere uide
retur,

retur, domino dare, uti Lãce. Galiau. hic. n. 28. aduerſùs Decium replicã do ſcribit: poteſt dici, etiam hoc caſu aliquid intereſſe, ſi ſeruo detur, iuxta teſtantis uoluntatem: ut uel ſer-uus nũmos in peculio habeat: qui effectus ad multa prodeſt, ſecundùm Rapha. Cuma. in. d. l. Qui hæredi.

SECVNDO allegatur † tex. in. l. Meuius, infra De cõdi. & de mõſtra. ubi quum teſtator nõ haberet teſtamenti factionẽ cũ Callimacho, fundum Meuio legauit, ſub conditione, ſi Callimacho ducenta dediſſet: reſpondit Labeo, non aliter fundum Meuio ex teſtamento acquiri, quàm ſi conditioni pareat, ideſt, ducenta det Callimacho: tametſi nummos accipientis non faciat. Nihil enim uidetur intereſſe, utrùm tali perſonæ dare iubeatur, an aliquo loco ponere, uel in mare deijcere: quaſi ſi Meuio fundus eſſet legatus, ſub conditione, ſi ducẽta in aliquo loco poneret, uel in mare deijceret, non aliter fundus ad eum pertineret, quã ſi conditiones impleſſet: ponendo in loco, uel in mare deiiciendo. In quibus caſibus conditio ſimiliter nudum factum comprehenderet: quum nec locus, nec mare, ſicuti nec Callimachus, poſſint dominium nummorum acquirere. Proinde in perſona Callimachi impletur conditio per traditionem: quia & ſi penitus capere non poſſet, merum tamen factum traditionis ad legum prohibitionem non uidetur ſpectare. Sic implendæ conditionis gratia, nũmos ei tradere oportuit: licet traditione dominium nummorum non acquireret. 14

Sed utrùm is qui nũmos, implendæ cõditionis gratia, Callimacho tradidit, poſſit eoſdẽ iure dominii, quod non tranſtulit, uendicare, quæſtionis eſt? Et frequentiùs receptum uidetur, † fiſco in hac ſpecie locũ futurũ, ut 15 Accurſius, Albe. Barto. Ioan. Imol. & Caſtren. opinãtur in. d. l. Meuius, idem Bart. et Ioã. Imol. in. l. Id quod conditionis, infra De dona. cau ſa mortis, & Fortu. hic. n. 124. Sed fortaſſis uerius eſt, Meuium qui ut conditioni pareret, nũmos Callimacho tradidit, iure dominii, quod nõ amiſit, poſſe eos uendicare, non fiſcũ, ſecundùm Bal. ſententiã in. l. Eam quã, col. fin. C. De fideicõ. Idq; etiã Raph. Cuma. expreſſim cõtendit in. d. l. Meuius, negãs, fiſcũ poſſe auferre dominiũ quod Callimacho quæſitũ nõ fuiſſet. Accedat regula Bal. ĩ. l. Hæreditas, fi. col. uerſi. Sequitur uidere C. De his quib. ut indignis. Induco & pro hac ſnĩa tex. notabilẽ in. l. pen. C. Ad Legẽ Falci. ubi † hæres qui ut pareret cõditiõi, nũmos tradidit, 16 poteſt eos uẽdicare, quo caſu lex non pmittit, dominiũ ĩ accipientẽ trãſire. Deniq; ne fraus legi fiat, ita rem temperãdam arbitror, ut fiſcus nũmos

Cõtra com munẽ.

Calli-

*Callimacho traditos, ratione poſſeßionis, poßit auferre: quod & Ra
pha. Cuma. admittit. Meuius autem uendicare eos à Callimacho queat,
ſi nondũ poſſeſſionẽ fiſcus abſtulit: aut à fiſco, ſi iam eos abſtuliſſet.*

*Nec malè dicetur, adeò Callimacho nummos eſſe tradendos implendæ
17 cõditionis gratia, ut nec† ex uolũtate Callimachi ſufficiat eius ſeruo tra
dere. Nam quod dicitur, eum, qui domino dare debet, implere conditionẽ,
ſi det ſeruo eius, cõſentiẽte domino. l. Qui hæredi, in fine, infra De cõdi.
& demõſtra. ea ratione admiſſum eſt, quoniã quum dãdi conditio trãſla
tionẽ dominij contineat, ea per æquipollẽs impletur ex teſtantis uolũta-
te, ſi dominus conſentiat ſeruo dari. Simili enim modo ſerui dominus num
mos acquirit, iure poteſtatis dominicæ: ſimili modo conſentiens acquirit.
At in propoſita ſpecie, ubi Callimachus capere non poteſt, ideoq; con
ditio ad nudum traditionis factum refertur, non magis parebitur condi-
tioni, ſi Callimachi ſeruo nummi tradantur, licet ipſe Callimachus cõ-
ſentiat, quàm ſi iuſſus in certo loco ponere, in alio loco ponat: cùm ea
quæ facti ſunt non tranſeant ad dominũ: nec magis per ſeruum capere poſ
ſit Callimachus, quàm per ſe ipſum. l. Neq; per ſe. C. De hære. inſti. l. Si
mihi & tibi. §. Regula, infra De lega. 1. Rectè igitur ſcripſit Barto. in
l. Si ſeruus decẽ, infra De ſolu. in. d. l. Meuius, nullo alio modo ĩpleri po-
18 tuiſſe conditionem, quàm tradendo ei, qui capere non poterat. Quòd† ſi
Callimacho, non per modum conditionis, ſed diſpoſitionis, ducenta eßent
relicta, nec quidem ei tradenda eſſẽt, & nullius momẽti legatum cenſere
tur, ut ĩnuit Iureconſultus in. d. l. Meuius in fine: et explicant Bal. &
Rapha. Cuma. ibi. Ego allego in ſimili tex. ſingularem in l. Paulus. 1.
19 infra. De rebus dubi. ubi† ſi incertis perſonis legata relinquerentur, nõ ua
lebant. §. Incertis, inſti. De lega. Et tamen id quod cõditionis implendæ
cauſa dandum eſſet, ſine dubio certis & incertis perſonis dari debuit: ut
fideicõmiſſi petitio poßet competere.*

*Mirum tamẽ eſt, quod Labeo. in. d. l. Meuius, ſecurè uidetur ſentire,
illam uidelicet conditionẽ: ſi pecuniã in mare deiecerit, eſſe implendã: ut et
20 gl. Bart. & cõiter Doctores admittũt. Qui licet agnoſcãt, † deriſorias
cõditiones non eſſe implendas. l. Conditiones, infra De cõdi. inſti. id ita
intelligendũ cẽſent, ſi turpitudo faciat eas deriſorias. In hac aũt cõditiõe
negãt eſſe aliquã turpitudinẽ: et id circo arbitrãtur ĩplẽdã fore. Sed For
tu. hic, qui latè hũc articulũ diſcuſſit. n. 124. aßeuerat, talẽ cõditionẽ mini
mè ualere*

*mè ualere. Et interpretatur, ſimilitudinē conditionum in.d.l. Meuius, ad
factum duntaxat, non ad ius referendã: quod ante eum Rapha. Cuma. tē
tauit dicere in.l. Quidam in ſuo.n.4. infra De condi. inſtitu. Sed quia
Labeo nihilominùs ſenſit, cõditionem eſſe implendã, idē Rapha. Cuma.
in.d.l. Meuius, eleganter ait, nũmos quidem, implendæ cõditionis gratia
in mare deiiciendos eſſe: & tamen ita deiiciendos, ut recuperari queant.*

Cótra communem.

*Ego etiam aduerſus cõmunem opinionem puto, † illam conditionem, ſi pe* 21
*cuniam in mare deiecerit, non ualere, ſi pecunia ita deiicienda ſit, ut deie-
cta perdatur. Moueor eò quòd, remota turpitudine, conditionē nihilomi
nùs quaſi utilitati publicæ oppugnãtē remitti oporteret, argumē. tex. cum
glo. in uerb. utatur, ĩ. §. Sed maior, inſti. De his qui ſunt ſui uel alie. iuris,
cõiũcto ſingulari Vlpiani reſpõſo ĩ.l.2.§. Tractari, uerſ. Niſi forte, ĩfra*

Conſilium utile.

*Ad ſenat⁹ conſ. Tertullia. Certè ſi res ex facto ꝓponeretur, euitandæ
quæſtionis gratia ſuaderē, adeundũ eſſe Prĩcipē, qui inutilē Reipublicæ
cõditionē facilè remitteret, argumē.d.§. Tractari, uerſi. Finge autem.*

T*ERTIO allegatur † l. Si fundus, infra De cõdi. & demõſtra.* 22
*ubi ſi fundus alicui legatus fuerit, ſi pupillo, uel furioſo pecuniam de
diſſet, intelligitur expleſſe conditionem, tutori uel curatori dando: ſic im
propriè conditio expleri uidetur. Sed tamen reſpondetur, hoc ita recipiē
dũ eſſe, ſi pecunia cõuerteretur poſtea in pupilli uel furioſi utilitatē.l. Sti
chũ.§. Vſum fructũ, infra De ſolutio. gl. & õnes in.d.l. Si fundus. Cha
ro. tamen Rui. hic.n.35. replicat, quòd licet pecunia uertatur in utilitatem
pupilli, nihilominùs cõditio nõ uerè & propriè uidetur impleta.*

*Ego reſoluo, conditionē propriè impleri ex uolũtate quæ totũ facit, ſi
curatori detur: hoc enĩ egit teſtator, ne datio ex ĩbecillitate furioſi peri
ret. Igitur † ſi ſecundùm figuram uerborum, ipſi furioſo daretur, ſecun-* 23
*dùm uoluntatem quæ præualet, conditio impleta non diceretur.l. Si ſer*

Cótra communem.

*uus decem, in fine, infra De ſolutio. Vnde colligo, † eum qui curatori* 24
*nummos dediſſet, ſtatim uēdicare fundũ poſſe, quaſi expleta conditione:
idemq́; in pupilli tutore dicendum eſſe, aduerſùs cõmunem Doctorum
traditionem: qui in.d.l. Stichum.§. Vſũ fructmu, infra De ſolutio. aper
tè negãt, impleri conditionē, niſi pecunia cõuerſa ſit in utilitatem furioſi
uel pupilli. Sed cõis opinio conuinci uidetur Iureconſulti uerbis in.d.l. Si
fũdus: qui utiq́; falſò ſcriberet, uideri legatariũ expleſſe conditionē, tu
tori, uel curatori dãdo, ſi nõ data pecunia, ſed demũ uerſa in rem pupilli
uel*

uel furioſi,cōditio exiſteret. Secūdum huius ſentētiæ argumentū eſt tex.
in.l. Qui filium,infra de manumiſ. teſta.ubi Africanus reſpondit,ſuffi
cere,quod implendæ cōditionis gratia,ſtatu liber tutori det. Nec exigit,
pecuniā eſſe uerſam in rē pupilli:dūmodo nullus interueniſſet dolus malus.
25 Tertium argumentum eſt,quod † ſi per tutorem ſtat,quominus pareatur
conditioni,habetur conditio pro impleta. l. Titia cùm teſtamento. §. Si
ea,infra De lega.ij.d.l.Qui filium.l. Cùm pupillus,infra De condi.&
demonſtra. Si igitur tutor facit deficere conditionem,non diſſimili ratiōe
faciet adimpleri. Quo precipue argumēto mouetur Ioan.Imolē.in.l. Iuli-
anus ait,infra De conditi.& demonſtra.ut ſolus contra Accurſium &
omnes alios putet,fortaſſis errorem eſſe exigentium, quod pecunia uerſa
ſit in utilitatem pupilli. Quartum argumentum eſt,ex Marcelli reſpōſo
in.l. Si ſeruus decem,infra De ſolutio.ubi manifeſtè ſenſit, eum ſeruum,
cui libertas legata eſt ſub conditione, ſi decem furioſo dediſſet, liberādū,
ſi curatori det: idemq́ iuris eße in eo, cui fundus legatus fuißet ſub con-
ditione,ſi decem daret pupillo,furioſóue:nec requiri præterea,quod in rē
pupilli,uel furioſi uerſa eßet pecunia. Alioquin apertè docere debuiſ-
ſet,in iuris quæſtione nihil intereſſe,utrum pupillo,an tutori daretur pe
cunia:illud intereſſe, utrum pecunia uerſa eßet in rem pupilli uel furioſi,
an non uerſa eßet. Nam & ſi pupillo daretur pecunia,conſtaret,impletā
uideri cōditionem,ſi tradita ei ſine tutore pecunia, in rem eius utiliter uer
ſa eßet,argumen.l. In pupillo.l. Stichum. §. Vſumfructum, uerſi. Quo-
26 modo,eo.tit. Quintum argumentum eſt,quod † qui pupillo debet libera
tur ſoluendo eius tutori,etiam ſi tutor ſolutam ſibi pecuniam non con-
uertat in rem pupilli.l. Lucius.§. Tutelæ,ſupra De adminiſtra. tuto.l.
Quod ſi forte. §. penul. infra De ſolutio. Vnde idem dicendum uidetur
in conditione dandi. Nec ſatiſfacit diuerſitatis ratio,quam Ange.red-
didit in.d.§. Vſumfructum,& pulchrā inibi Caſtren.prædicauit, quod
ſcilicet pupillus poteſt in integrum reſtitui aduerſus ſolutionem tutori fa
ctam.l.1.C. Si aduerſùs ſolutio.ſed reſtitui non poteſt aduerſus implemē
tum conditionis, quia nihil ſibi deberetur.l. Si quis ſub conditione, infra
Si quis omiſſa cau.teſta. Nam præterquàm quod Rapha. Cuma.nō ad
mittit hanc rationem à Socino relatus in.d.l.Si fundus, primùm poteſt
27 dici, † in iure ciuili præpoſterum uideri,ſi ratio habeatur extraordinarij
auxilij,antequàm imploretur,argu.l. Stichū.§.Quod uulgò,infra De

Solutio.

Noua obſeruatio.

ſolutio.l.4.§.1.infra De fideicō.liberta. Deinde apud Iureconſultos non ſatis conſtitiſſe (ut ego obſeruo) quòd minor annis poſſet reſtitui aduerſus ſolutionem curatori, uel tutori factam.

Noua interpretatio.

Certè † Vlpianus uulgò non ita intellectus in.l. Ait Prætor.§.1.uerſi. Et ideo,&.§.Permittitur, 28
ſupra De mino. mihi ſignificaſſe uidetur ſecurum fuiſſe debitorem, qui curatori, etiam ſine iudice ſoluiſſet. Item non ſatiſfacit ratio à Rapha. Cuma.reddita in.d.§.Vſum fructum, & ab Ioan. Imolen.& Soci.in.d.l. Si fundus. Quum etenim conſiderant, in conditione factum, in obligatione ius uerſari: ego noto, in hac conditione, de qua quærimus, conſtitutum ex teſtantis ſententia, ut eo modo impleatur, atq; ſi aliquid debitum

Noua interpretatio.

ſolueretur. Et hoc agere † Marcellum interpretor ī.d.l. Si ſeruus decem, 29
in fine, ubi non inepte uſus eſt uerbo, PERSOLVI: quū tamen nihil deberetur. Qua etiam ratione fortaſsis id reſponſum ſub titulo De ſolutio. collocatum fuit: alioqui nihil faceret ad titulum. Sextum argumentum eſt, quòd Iureconſulti in hac ſpecie differre putauerunt, tutorem reſpectu pupilli, & ſeruum reſpectu domini. Nam in.d.l. Si fundus, & in.d.l. Si ſeruus decē, ſcriptum eſt, uideri conditionem expletam, ſi tutori detur. At in.d.l. Qui hæredi, infra De condi. & demonſtra. contrà ſcriptum eſt, eum qui domino dare iuſsus ſit, non uideri adimpleſſe conditionem, ſi ſeruo det. Sufficit igitur tutori dare, etiam ſi non uertat in rem pupilli: alioquin futurum eſt, ut inter has ſpecies differentia non ſit: quum ſufficiat & ſeruo dare, ſi is pecuniam in domini rem conuerterit.d.l. Stichum.§. Vſum fructum, uerſi. Quomodò.

Noua interpretatio.

Nec huic ſententiæ, quam ueriſſimā exiſtimo, refragatur Pauli reſponſum in.d.§.Vſum fructum: † quoniam uerba, quæ plæriſq; omnibus im- 30
poſuerunt, hæc ſunt: NAM ET SI FVRIOSI VEL PVPILLI PERSONA ADIECTA SIT ITA TVTORI VEL CVRATORI PECVNIA RECTE DABITVR SICVTI CONDITIONIS IMPLENDAE CAVSA RECTE PECVNIA TVTORI VEL CVRATORI DATVR QVOD QVIDEM LABEO ET PEGASVS PVTAVERVNT VTILITATIS CAVSA ESSE RECIPIENDVM: IDQVE ITA RECIPI POTEST SI PECVNIA IN REM VEL FVRIOSI VEL PVPILLI VERSA EST QVOMODO SI DOMINO DARE IVSSVS SERVO DEDISSET, VT DOMINO DARET. Crediderūt interpretes, apertiſsimè ex Pauli ſnīa colligi, qđ non aliter recipi potuit Labeonis & Pegaſi opinio, quàm ſi tutor uel curator datū

ſibi

cauſa conditionis implendæ, in rem ipſius pupilli uel furioſi uertiſſent. Vnde Ioan. Imolenſ. in .l. Iulianus, in princip. infrà De condi. & demonſtratio. quum tentauit à recepta ſententia diſcedere, aduerſicu. IDQVE ITA RECIPI POTEST, ſupplendum cenſuit aduerbium, maximè. Sed Pauli uerba tam euidenter exprimunt conditionem, ſi pecunia in rem furioſi uel pupilli uerſa eſt, ut operam perdat, qui aliquid contrà moliatur. Cõtra Ioã. Imolen.

Ego itaq; nouè interpretor, Paulum idem quoq; nobiſcum ſenſiſſe, ut cõditionis implẽdæ cauſa, rectè pecunia tutori detur: adeò ut non rectiùs pupillo dari uideatur tutore auctore: ſic deniq; eueniat, ut cõditio exiſtat, licet pecunia uerſa non ſit in rem pupilli. Nam Pauli reſponſum principale illud fuit, quòd ſi ſtipulatus fuerim, mihi aut pupillo pecuniam dari, ita tutori rectè ſoluetur, ſicuti conditionis implendæ cauſa, rectè eidem dari ſolet. Quæ comparatio teſtamentariæ conditionis, & eius, quod adiecto ſolui poteſt, alibi ab eodem Iureconſulto facta eſt, in .l. Qui hæredi, uerſ. Quemadmodùm, infrà De condi. & demonſtra. Huius autem ſentẽtiæ per comparationem fulcitæ Labeonem & Pegaſum allegat auctores, qui putaniſſent, id ita utilitatis cauſa eſſe recipiendum: quia ſcilicet utilius uideretur, tutori uel curatori pecuniam perſolui, quàm ipſis pupillo uel furioſo adiectis, ex quorum imbecillitate pecunia facilè periret. At uerò Paulus à Labeonis & Pegaſi ſententia & comparatione tacitus diſcedit. Nam quum conſtaret, tutori rectè dari conditionis implendæ cauſa, & ſi nihil uerſum eſſet in rem pupilli: uerius arbitratur, ſi pupilli perſona in ſtipulatione fuit adiecta, non idem fore, quod in cõditione teſtamentaria dandi pupillo, ſed magis idem, quod in illa conditione, ſi dederit domino: in qua non aliter qui ſeruo dederit, paruiſſe conditioni uidebitur, quàm ſi ad dominum pecunia peruenerit: ſic euenire, ut promiſſor non liberetur dando pecuniam tutori ipſius pupilli, qui ad ſolutionem fuit adiectus, niſi in rem pupilli uerſa eſſet. Et eſt in promptu reddere belliſſimam differentiæ rationem, qua Iureconſultus moueri potuit aduerſùs Labeonis & Pegaſi comparationem. Quippe ubi teſtator legauit ſub conditione dandi pecuniam pupillo, Iuriſprudentum interpretatione obtinuit, ut ex uoluntate conditio in ipſius pupilli perſona impleri nequiret, ſed in tutoris poſſet. l. Si ſeruus

N decem

*decem, in fine, infrà De ſolutio. Sed ſi ſtipulatus fuiſſem, mihi aut pupillo dari, † promiſſor, ſine tutoris auctoritate ſoluendo ipſi pupillo, liberatur à me. l. Si ſtipulatus fuero, eo. titu. Ergo qui ſoli pupillo, ſecundùm ſtipulationis uerba, ſoluere ſine tutore rectè potuit, non debuit ab illius perſona recedere. Et ſi tutori ſoluiſſet, ita demũ recipi potuit, liberandum fore, ſi pecunia ad pupillum perueniſſet. Sicuti in teſtamentis, qui domino dare iuſſus eſt, non ſeruo, ſed domino ipſi dando, implere conditionẽ debet. Quòd ſi eius ſeruo dederit, tunc demum recipi potuit, impletam uideri conditionem, ſi miniſterio ſerui ad dominum pecunia perueniſſet. Quo fit, † ut adiecti pupilli tutor non magis liberet promiſſorem, accipiendo ab eo ſolutionem, quàm miniſter quilibet alius, cui pecunia data eſſet ad pupillum perferenda: quia ſcilicet pupillo ſolui oportuit. Secundùm quæ uerſi. ille :* IDQVE ITA RECIPI POTEST, *ſolummodò referendus eſt ad ſpeciem pupilli adiecti : licet Barto. inibi cum alijs auctoribus ad utramq́ ſpeciem referat: & Caſtrenſis improuidè ad proximam duntaxat ſpeciem referens ſcribat, quaſi ex Accurſij ſententia, eum, qui ſoluerit tutori alicuius adiecti pupilli, liberandum, & ſi pecunia uerſa nõ ſit in rem pupilli: quod nullo colore poteſt defendi, & omnimodò falſum eſt.* 31 32

Cõtra Caſtrenſem.

Q*VARTO allegatur tex. notabilis † in. l. Is qui in poteſtate, §. fina. infrà De lega. præſtan. ubi ſi quis, præterito filio emancipato, fundum exceptæ perſonæ, hoc eſt, alicui ex liberis parentibúsue legauerit ſub conditione, ſi decem Titio dederit, accepta per emancipatum contra tabulas bonorum poſſeſſione, ita fundus exceptæ perſonæ debebitur, ſi decem emancipato bonorum poſſeſſori dederit, non ſi Titio: ſic conditio non impletur ſecundùm uerba: ſed nec ſecundùm uoluntatem defuncti. Reſpondetur tamen, hoc ita à Prætore inductum fuiſſe, reſciſſo teſtatoris iudicio. Nam quum legatum exceptæ perſonæ relictum, ordinario iure corrueret, nihilq́ Titio dandum eſſet, ea lege Prætor legatum conſeruauit, ut Titio nihil legatarius daret: ſed quod ei daturus eſſet, ad bonorum poſſeſſorem transferretur.* 33

*Ergo ſi Titius ex liberis uel parentibus teſtantis fuiſſet, manifeſta uideretur Prætoris iniuria, ſi eum à legatarijs ſepararet. Immo qua ratione legatum exceptæ perſonæ uoluit conſeruari, eadem utiq́ debuit non tranſ-*

*trāſferre, ſed retinere conditionem, ut exiſtimat hic Charo. Rui.n.22.*
*& tentat etiā Curt.Iunior in.l.Precibus.n.76.C.De impube.& alijs.*
*Ego ampliùs puto, maiore æquitate Prætorem rationem fuiſſe habitu-*
*rum coniunctarum perſonarum, quibus implendæ conditionis gratia dan*
34 *dum eſſet, quàm ſi eiſdem legatum fuiſſet: quum † mortis cauſa capio ſe-*
*cundùm ordinarij iuris regulam conſeruanda uidebatur: & ſi contra te-*
*ſtamenti tabulas accepta eſſet bonorum poſſeſſio: ſiquidem quod eo nomine*
*capitur, ex teſtamento non pendet. l. Mæuius, in fine, infrà De condi.*
*& demonſtra.*

35 *Vnde utiliter colligitur, † quòd hodie ex cauſa præteritionis, uel ex-*
*hæredationis, infirmato teſtamento, legatarius, qui Titio dare iuſſus eſt,*
*non filio hæredi legitimo, à quo legatum accipit, ſed magis Titio dare de-*
*bet. Et hoc cum Ruino hic.n.25.uerius eſſe arbitror: tametſi contrarium* Ruini opinio aduerſ9 receptiorē ſententiam probata.
*reſoluant Alex.n.10.Philip.Corn.n.40.in authen. Ex cauſa.C.De*
*libe.præte.Guliel.Gallus in repe.cap.Raynutius, in uerb.in eodem te-*
*ſtamento relinquens.1.n.237.De teſta.quaſi filio, non autem Titio dandum*
*ſit, argumento.d.l.Is qui in poteſtate.§.fina.qui eis argumentum efficax*
*præſtare non potuit. Nam qua ratione legata omnibus relicta conſer-*
*uantur per.d.authen. Ex cauſa, ita mortis cauſa capio conſeruari debet.*
*Et ſi in.d.l.Is qui in poteſtate.§.fina. Titius fuiſſet ex liberis parentibúſ-*
*ue, non bonorum poſſeſſori filio, ſed ipſi Titio dandum eſſet. Facit regula*
36 *l. Omnibus, infrà De dona. cauſa mor. & quòd † is, cui implendæ con-*
*ditionis gratia dandum eſt, ex uoluntate teſtantis accipit.l.Pro hærede,*
*§.Papinianus, infrà De acqui.hæredit.& quaſi ex teſtamento cape-*
*re uidetur, argumen. tex. ſingularis in.l.Quidam teſtamento, §.fina.in-*
*frà De lega.1. Præſtat etiam huic ſententiæ argumentum, Iuſtiniani*
*Conſtitutio in authen. Vt quum de appella. cognoſ.§. Si uerò contige-*
*rit, ibi:* VEL ALIA QVAELIBET CAPITVLA, *colla.8. ubi om-*
*nia capitula legibus conceſſa debent in hac ſpecie adimpleri. Manere igi*
*tur firma debet mortis cauſa capio, argumen. text. cum glo. in.l. Qui*
*autem.§.fina. infrà Siquis omiſſa cauſa teſta.coniuncto.§. Si ſub con-*
*ditione.l.4. infrà De fideicommiſſ.liberta. Et hanc opinionem manife-*
*ſtè probauit Bart. in.d.authen. Ex cauſa.n.18. Idem in.l. Filio præte-*
*rito.n.11.infra titu.1.& probaſſe mihi uidetur Angel.Peru.in.l.1.ſuprà*
*De condict. ob cauſam, quum ſcripſit, legatarium, qui Titio implendæ*

 *condi-*

cõditionis cauſa nummos dediſſet, non poſſe à Titio eoſdem repetere: quã uis teſtamentum, perlata inofficioſi querela, reſciſſum eſſet: quoniam et legatum quoq;, reſciſſo teſtamento, hodie ſeruaretur. d. authen. Ex cauſa. Intellexit igitur, non eſſe transferendam conditionem ad perſonam hæredis legitimi: quia ſi transferenda eſſet, utiq; repetitio daretur. Nec me mouet quod Iaſ. in.d.l.1.n.6. ſcribit, legata quidem conſeruari per.d. authen. Ex cauſa: ſed quod dandum ſit implendæ conditionis cau-
Cõtra Iaſ. ſa, non eſſe legatũ. Hæc enim ratio non eò pertinet quominùs, ſed quò magis Titio dari debeat, & ut datum cauſa implendæ conditionis, in ſua maneat firmitate, ſecundùm iuris antiqui rationes: quum id nec ex teſtamento pendeat, nec teſtamenti nomine accipiatur. d.l. Mæuius, in fine, infra De condi. & demõſtra.

QVINTO allegatur † tex. in.l. In cõditionib9. §. Si patronus, ĩfra 37
De condi. & demonſtra. ubi Vlpianus: SI PATRONVS (inquit) ACCEPTA BONORVM POSSESSIONE CONTRA TABVLAS DEBITAM PORTIONEM OCCVPET, LEGATA QVAE SIC DATA SVNT, SI PATRONVS HAERES NON ERIT, NON DEBET COHAERES PATRONI PRAESTARE. Sic cõditio, ſi patronus hæres non erit, porrigitur ad conditionem, ſi patronus non erit bonorum poſſeſſor, qui nõ eſt hæres. §. Quos autem, inſti. De bono. poſſeſſ. Deniq; probari uidetur, quòd in conditione etiã uoluntaria, ſufficit aliquid exiſtere, quod æquipolleat. Sed tamen Rapha. Cuma. Ioan. Imolen. Soci. inibi negant, in eo Vlpiani reſponſo huiuſmodi ſententiam probari: quum talis interpretatio conditionis neceſſaria fuerit. Relata enim ad patronũ præteritum non potuit in hærede intelligi: ſed dũtaxat in bonorum poſſeſſore: quia ſcilicet patronus præteritus non potuit iure ciuili hæreditatẽ liberti uendicare. Vnde & Socinus aſſerit, conditionẽ, ſi hæres non erit, in bonorum poſſeſſore nequaquã poſſe intelligi. Et ſuperiorẽ. d. §. Si patronus, interpretationẽ probauerunt Idem Soci. Iaſ. Franciſ. Ripa, in.l.1. §. Bonorum, infra Ad Senatuſconſ. Trebel. Iaſ. in.l.1.n.66. infra De uulga. & pupilla. Andr. Sicu. in. repe. Rub. C. Qui admitti. n.58. & .61. & Curt. Iunior inibi. n. pen. Charo. Rui. hîc. n.18. Idem licet inuitus confitetur hîc Fortu. n.124. qui quantum potuit, in contrarium nixus eſt.

Ego uerò † cõditionẽ, ſi ſine hærede deceſſerit, ad bono. poſſeſſorẽ q loco 38
hæredis eſt, ptinere, nõ ĩſubtiliter colligi puto, ex reſpõſo eiuſdẽ Vlpiani

† in.l.

39 † *in.l. Ex facto. §. fina. infrà Ad Senatuſconſ. Trebellia. Nam quum quidā ita fideicōmiſſū reliquiſſet: fidei tuæ fili cōmitto, ut ſi ſine hærede moriaris, reſtituas Seio hæreditatem: & filius hæres ſine hærede mortuus fuiſſet, auunculum ab inteſtato bonorum poſſeſſorem habens, fideicōmiſſarius excludebatur: quoniam conditio, ſi ſine hærede moriaris, defeciſſe uidebatur ex teſtantis uoluntate. Quare ut fideicōmiſſarius poſſet admitti, neceſſaria fuit Diui Pij interpretatio: quæ ſola oſtendit, extitiſſe fideicōmiſſi cōditionē: quòd uidelicet conditio, ſi ſine hærede moriaris, ad liberos ex defuncti ſententia referretur. Nec enī credi potuit, tā ſcrupuloſam teſtantis uoluntatem fuiſſe, ut bonorum poſſeſſorem, qui loco hæredis eſt, ab hærede ſepararet.* Noua īterpretatio.

*Quid quòd aduerſùs auctores, quos modò allegaui, uerius eſt. in.d.§. Si patronus, patronum hæredem eſſe potuiſſe? & tamē ex uoluntate, cōditio, ſi patronus hæres non erit, defecit, accepta ab eo contra tabulas bonorū poſſeſſione. Hoc Lance. Poli. ingenioſè tentauit in tracta. De uulga. ſubſti. parti. 3. n. 9. intelligens, patronum in eo. §. hæredē inſtitutum, non uerò præteritū fuiſſe. Mouetur argumēto uerbi* COHAERES: *quod me etiam ad ueram interpretationem ante perduxerat. Sed & hunc ſenſum Rapha. Cuma. uariando primus admiſit in.d.§. Si patronus. Huius interpretationis argumēta ſunt. Quòd cohæres ſic prprius accipitur, neq; teſtator uideri debeat, patronū ineptè hæredem appellaſſe: Et quòd Vlpianus in ſuperiore & ſequenti. §. idem argumentum continuat legatorum relictorū ab uno ex hæredibus ſimul inſtuutis. Et quòd ſpecies dubitabilior eſt: in qua tamen nulla poſſit eſſe difficultas. Quomodo igitur inſtituto patrono bonorum poſſeſſio contra tabulas dari potuit? Immo ſi bonorum poſſeſſionem contra tabulas accepiſſe dicitur, conſequens uidetur, eūdem præteritum proponere. Hic Poli. diſſimulat. Ego planè ītelligo,* Cumani et Poli. interpretatio cōtra omnes alios defenſa.

40 *patronum inſtitutum ex minore portione, quàm dimidia: quo caſu, † ut debitam portionē occuparet, potuit & debuit accipere contra tabulas bonorū poſſeſſionem. l. 3. §. Toties, infrà De bonis liberto. Sic interpretādum eſt, conditionem ſecundùm uerba defeciſſe: quòd ex aditione patronus hæres nō fuerit. Nam ſi is, uel ex minima parte hæres inſtitutus, adijſſet, ad bonorum poſſeſſionē contra tabulas non admitteretur, agnito ſemel defuncti iudicio. l. Et ſi ex modica. §. infrà De bonis liber. Et rurſus quum accepta bonorum poſſeſſione contra tabulas, debitam portionem occu-*

 *pauit*

*pauit, ab inſtitutione fuit repellendus.l.In ſeruitutem.§. Si quis bonorum, eo.titu.*

*Coniectura autem uoluntatis ſic facta eſt: apparuit, defunctum teſtatorem tũc uoluiſſe legatis onerare hæredem, quum inſolidùm hæres eſſet, & totius hæreditatis emolumentum haberet: ergo quum adeunte ex teſtamento hæreditatem patrono, uel contra teſtamenti tabulas accipiente bonorum poſſeſſionem, oneratus hæres totam hæreditatem nõ habeat, meritò legatis nõ obligatur, quaſi defecta conditione. Quod ita breuibus uerbis de more ſignificauit Rapha. Cuma. in.d.§. Si patronus: longioribus expreſſit Poli. ubi ſuprà. Ego ſubtiliorem uoluntatis coniecturam fieri poſſe arbitror, ſi conſideremus, non tantùm eandem rationem uerſari, ne cohæres patroni legata præſtet, quum patronus bonorum poſſeſſionẽ contra tabulas accepit: uerùm etiam maiorem, ex teſtantis uoluntate. Nam ſi ſecũdùm uerba, conditio legatorũ deficit, adeunte hæreditatem patrono, quo caſu cohæredi nihil ex hæreditate accreſcit: quantò fortiùs ex uoluntate deficiet, accipiente patrono contra tabulas bonorum poſſeſſionẽ? quo caſu nõ ſolùm nihil accreſcit cohæredi, uerùm etiã decreſcit, propter eam partem, quam patronus aufert, ut debitam occupet.*

Cõiectura nõ inſubtilis.

*SEXTO allegatur † l. Lucius, infra De condi. & demonſtra. ubi cõditio illa inſtitutioni adiecta, ſi filium meum ſe eſſe Iudici probauerit, refertur ad ueram probationem, quæ eſt impoſſibilis: ideo teſtamentũ nullius momẽti eſt. Apparet enim, ſuum hæredem filium inſtitutum eſſe ſub cõditione, quæ in ipſius poteſtate non fuerit, uti Accurſius, Barto. & cõmuniter Doctores interpretantur: atqui ſi uoluntas regit conditiones, nec tam uerba, quàm mentem conſiderare in his oportet, interpretandum uidebatur, non ſenſiſſe teſtatorem de probatione, quæ eſſet impoſſibilis, ſed de ea, quæ in tali negotio fieri potuiſſet: ne etiã uideretur idem teſtator elegiſſe uiam ad impugnanda iudicia ſua. His argumẽtis Charo. Rui. hic.n.33. communem eius legis ſenſum improbat, intelligẽs, teſtatorem inibi de uera probatione, quæ eſſet impoſſibilis non ſenſiſſe: ſed de ea, quæ per coniecturas poſſet impleri. Proinde opinatur, idcirco teſtamentũ nullius momenti fuiſſe, quoniam filiusfamiliás nequiret hæres à patre inſtitui, niſi ſub facili conditione.l. Suus quoq;.§. Puto, cum ſimili. infra De hære. inſti. hanc autẽ conditionem, ut nõ ſit impoſſibilis, certè non eſſe facilẽ, agnoſcendũ eſt. Sed hoc ante Ruinum ſcripſerunt Ioan. Imolen. Pau. Caſtren. in.d.* 41

*l. Lucius: quos Decius refert & contra uulgarem ſententiam magis probat in Rub.n.14. De probatio. Idē ante boſce auctores tētauit Rapha. Fulgoſ.in.l. Filium.n.4. ſupra De his qui ſunt ſui uel alie.iuris. Adde elegantia Baldi uerba in.l. Si pater, oppo.7.n.10. C. De inſti. & ſubſti. ubi intellexit, conditionem probandi in.d.l. Lucius, fuiße mixtam. Adijcio etiā Accurſium in.l.i.in uerb.filio, in princi. C. Quorum bonorum, qui allegando.d.l. Lucius, manifeſte interpretatus eſt, eā conditionē nō fuiße impoſſibilē: ſed quia non eſſet in poteſtate filij, teſtamentū infirmari. Quod etiā ſecurè docuit Feli.in Rub.n.11. De proba. ex eiuſdē Accurſij ſnīa.*

*Attamē contra hunc ſenſum, & quòd conditio nō referatur ad probationem illam uulgarem, de qua in.l. Si uicinis. C. De nupt.l. Filium, ſuprà De his qui ſunt ſui, uel alie.iuris, grande argumentū uidetur, quòd Iureconſultus quum reſpōdit, ſignificauit, Aurelium Claudiū iuris præſumptione, filium Lucij Titij reputatum. Quare cùm Lucius Titius nō uideatur ignoraſſe factum, ex quo ius colligit præſumptionem: & nihilominùs conditionem adiecerit: eo propoſito adieciſſe creditur, ut Aurelius aliter ſe Iudici filium probaret, quàm ſibi probatus eſſet, argumen.l. Solemus.l. Si iam facta, eo. titu. De condi. & demonſtra. Et ita argutè coniicit Rapha. Cuma.in.d.l. Lucius: qui Nouiorum argumenta contra communem ſenſum prior ipſe confecit. Hoc tamen uoluntatis argumento non credidit, teſtantem ſenſiſſe de ea probatione, quæ ex uulgari præſumptione ſoleret impleri. Idq; etiam mihi ea ratione uero ſimile fit, quòd ſi Aurelius Claudius erat in quaſi poſſeſſione filiationis, uti Iureconſultus innuit, & Cuma. interpretatur, poſſetq; uideri teſtator de ea probatione ſenſiße, quæ aliàs per coniecturas fieri ſolet, iā teſtamentū non fuiſſet nullius momēti: quoniam filius uideretur inſtitutus ſub facili conditione, ſecundùm ea*
42 *quæ Bal. docet in.l.1. in fine. C. Quorum bono. Vbi ſcribit, † ei qui ſit in quaſi poſſeſſione filiationis, facilem eſſe probationem, quòd ſit filius.*
43 *Planè quando † ſuus hæres filius inſtitueretur ſub conditione probandi aliquid, cuius probatio non eßet difficilis, teſtamentum conſiſtere uideretur, ſecundùm eiuſdem Bal. traditionem in.l. Si pater.n.10. C. De inſti. & ſubſti. Qui ait, conditionem aliquid probandi eſſe mixtam.d.l. Lucius: id tamen intelligendum, ſi probatio ſit difficilis. Alioquin (inquit) cùm qui conditionem implent, teneantur probare, ſe impleſſe conditionem, etiam ſi ſit poteſtatiua, nemo unquàm uideretur inſtitutus ſub*

*conditione,quæ in eius eſſet poteſtate:& oporteret dicere, omnes condi-
tiones ratione probationis eſſe mixtas:quod eſt falſum.*

*Secundùm hoc ex Rapha. Cuma.ſententia interpretandum uidetur,
propoſitam conditionem ex uoluntate referri ad probationem euidentiori
bus coniecturis implendam,quàm quæ aliàs uulgariter ſufficiunt:ideoq́; te
ſtamentum nullius eſſe momenti.Potiùs enim[1] id quod agitur cenſeri de-* 44
*bet inutile,quàm fiat dura interpretatio cõtra teſtantis uolũtatẽ. l.Ver
bis ciuilibus, ibi:* NE FIAT CONTRA VOLVNTATEM.*infra De uulga.&
pupilla.Nam & aliquãdo neceſſe eſt ei, qui pro ſe habet præſumptionem,
de qua in.d.l.Filiũ,& l. Si uicinis. C.De nupt. euidentioribus cõiectu-
ris religionẽ Iudicis inſtruere,quòd ſit filius:quum ex aduerſò contra eã
præſumptionẽ,fortiores coniecturæ poſſint Iudici perſuadere,eum qui fi-
lius eſſe dicitur,non ex matris uiro,ſed ex adultero eſſe conceptum. Quip
pe †ea præſumptio,de qua in.l.Miles.§. Defuncto, infra Ad Legem* 45
Cõtra Hippoly.& Nicol. Boeri.
*Iuliam de adulte.non iuris & iure eſt, ut[1] temere ſcripſit Hippoly.in.l.1.
§.1.n.34.infra De quæſtio.& qui eũ ſequutus eſt,Nicola.Boer. Deciſ.
297. n.7.Sed præſumptio duntaxat iuris eſt,cõtra quam probatio admit
titur: tex.ſunt apti.in.l.1.§.Quẽadmodum,ſupra De libe. agnoſcẽ. & in
l.1.§. Idẽ ait.l.3.§.Si mater,ĩfra De Carboni.edi. Deniq; licet mulieris
adulteriũ non faciat integrum præiudicium.d.§.Defuncto: at alijs comũ
ctum argumentis poterit hoc facere,argu.l.Si uentris, infra De uentre
in poſſeſ.mittẽ.Tradit Ludo.à Sard.in tracta.De legitima.part.2.cap.
De filiationis probatione.n.4. Andr.Sicu.conſi.63. col.2. uerſi. Et licet
iſta lib.2.Iaſ.conſi.125.n.1.lib.4.Ergo ſi hodie extraneo hærede ex uncia
inſtituto,proponeretur ex factò ſpecies, de qua in.d.l.Lucius,conſtaret,
eum qui domi natus eſſet quaſi filius legitimã portionem,remota cõditiõe,
ſtatim habiturum.l.Quoniã in prioribus.l.Scimus.§.Cùm autem.C.De
inoffi.teſta. Quum uerò reliqua hæreditas non deferretur filio,niſi im-
pleta conditione,qua defecta,adeunti extraneo cohæredi deberet accre-
ſcere,induceretur uoluntatis quæſtio,de qua probatione teſtator ſenſiſ-
ſet.Vtrùm de impoſſibili,ſecundùm Accurſium,& Veteres in.d.l.Lu
cius: an uerò de ea, quæ fit per uulgares coniecturas ,ſecundùm mul-
torum interpretationem, quos ſupra retuli : an fortaſſis de hac media,
quæ ſuſpitionem teſtantis apud Iudicem dilueret,ſecundùm Raphael.
Cuma.*

46 SEPTIMO allegatur† .l.fina.C.De his qui ueni.æta.impetra.ubi
conditio,quũ ad legitimam ſeu ad perfectam ætatem quis peruenerit,
legatis,fideicõmiſſisq́;, & ſtipulationibus adiecta exiſtit quidẽ, ſi is cui
ita relictũ uel promiſſũ eſt ad.XXV annorũ ætatẽ peruenerit. Quòd
ſi ueniam ætatis impetrauit,non idcirco exiſtere intelligitur cõditio. Ioã.
Imol.hic pe.col.ſcribit, hoc ideo euenire,quĩ legitimus ſtatus per reſcri-
pti ueniã cõceſſus nõ repræſentat per õnia legitimã ætatẽ:ſic caſus ſũt
47 diſſimiles.Nã† minor annis nihilòmagis poteſt alienare res q̃ ſine decre
to alienari nõ poſſunt.l.pen. C.eo tit. Et ſanè potuit adijcere,eũ minorẽ
in integrũ poſſe reſtitui,ſi uili pretio res,quæ ſine decreto alienari non poſ
ſunt,cum decreto rite alienaſſet,ſecundùm regulam tex.in.l. Siquidẽ,in.2
48 parte.C.De prædi.& alijs reb.mino. Quæ locũ habet,† etiã ſi minor
ueniam ætatis impetrauit,ut ſentit Iuſtin.ĩ.d.l.pe.& exprimit Accur.
in ultimo ſcholio:ubi Cynus idẽ probat. Et Albe.quaſi cõiter probatũ
ſequitur,poſt Ioan.And.in addi.ad Specul. titu.De in ĩtegrũ reſti.n.4.
Quamuis Iacob.But.Marti.Syluester,& Saly.in ea.l.pe.cõtra ſentiãt.
Quorum opinio comprobata eſt.L.Reg.lib.1. titu.67.§.64.

Sed Areti.col.5.Contra Ioan.Imol.replicat,& aliter reſoluit.Ioã.
Crot.n.32.duas rationes adfert (uti ipſe ſcripſit) uerißimas. Et tamen
intricauit exiſtimans,minorem annis in hac ſpecie dilationẽ ſui gratia ad-
iectam poſſe reſpuere,& præſenti die legatum uel fideicõmiſſum petere,
ſecundùm doctrinam Barto.per eum tex.in. l. Cùm pater. §. Curatoris,
infra De lega.2.ubi dilatio in tempus perfectæ ætatis præſumitur adie-
49 cta fauore creditoris.Nec aduertit,† incertum ætatis tempus legato uel Cõtra Ioã. Crot.
fideicõmiſſo adiectum efficere,ne ante dies legati cedat,quàm ætatis de-
ſignatæ tempus adueniat:quum legatum uel fideicommiſſum conditionale
ſit.l. Si cui legetur.§.1.infra De lega.1. Diuerſum fore,ſi tẽpus ſolutioni
adijciatur:tunc enim magis eſſe dilationẽ,quàm conditionem, ut.l. Ex his
50 uerbis.C.Quando dies lega.cedat. Secundùm quam† intelligi Barto. de
bet in.d.l.Cùm pater.§.Curatoris:ubi & Papinianus ſic loquitur.

Itaq́; circa.d.l.fina. reſoluendum uidetur,quòd conditiones illæ, quoad
uerba attinet,non dubiè ad XXV annorum ætatẽ referuntur:quũ per-
fecta ætas naturaliter illa ſit,uigore uirili tunc completo. Vnde & leges
huiuſmodi ætatis hominibus, rerum ſuarum adminiſtrationem cõmiſerũt,
51 finita in integrum reſtitutione. Hinc & † legitima ætas appellata eſt. l.1.

§.1.ſupra

§.1.ſuprà De mino. Cùm igitur teſtator ſe retulerit ad ætatẽ XXV annorum, quam naturaliter deſignauit, quum perfectam dixit, ciuiliter, quum legitimam appelauit, nulla eſt conie ctura quæ arguat, uoluntatẽ eius fuiſſe, ut impetrata ætatis uenia, conditio exiſteret: ſi quidem nihil cõe hẽt ueniæ ĩpetratio cũ ætate XXV ãnorũ. Quòd ſi quis cõtẽderet, teſtatorem ad XXV ãnorum ætatem reſpexiſſe, eò quòd rerum adminiſtratio, committenda eſſet legatario in ea ætate: planè idẽ effectu contigiſſe, impetrato ueniæ reſcripto: ideoq́; uideri extitiſſe conditionem, argumen. l. Liberto. §. fina. infra De annuis lega. Huic contrà dicetur, non idẽ effectu contigiſſe, quum caſus ſint diſſimiles: & audacem coniecturam non temerè admittendam.

OCTAVO allegatur † l. Fideicõmiſſum, infra De condi. & demonſtra. ubi fideicommiſſum à filijs hæredibus relictũ, ſub conditione, ſi quis ex his ſine liberis uita deceſſiſſet, debetur: & ſi quis ex his moriens liberos adoptiuos reliquerit: quaſi conditio liberorum ad naturales, eoſdemq́; legitimos referenda ſit: non ad eos qui duntaxat legitimi ſunt. l. Si ita quis. §. fina, infra De lega. 2. Sed hoc etiam teſtantis uoluntas facit. Nam quum proprium ſit conditionis, ex incerto euentu pendere, non uidetur poteſtati hæredis cõmiſſum, ut adoptionis commẽto fideicõmiſſum extinguat, argumen. l. Nec ei. §. 1. ſuprà De adoptio. ut & Iureconſultus innuere uidetur in. d. l. Fideicõmiſſum, & omnes præcipiunt. 52

Ex quo primũ colligitur, † nihil intereſſe, utrum hæres adoptauerit, an uerò arrogauerit. Nam & ſi arrogatio ex Prĩcipis auctoritate procedat, difficiliorq́; ſit, quàm adoptio: nõ tamen arrogati liberi efficiẽt, ut deficiat conditio, ſecundùm Iureconſulti uerba in. d. l. Fideicõmiſſum, quæ arrogationem non minùs compræhendunt: & ſecundùm rationẽ ſuprà redditam, quam non mutat difficilior Principis auctoritas. Nec hoc recipit ullam dubitationem: tametſi Areti. in. l. Ex facto. n. 9. infra De uulga. & pupil. dubitaſſe de hoc uideatur. 53

Secundò colligitur, † quòd ſi teſtator ipſe, poſt teſtamentũ liberos adoptaſſet in locum nepotum, quaſi ex illo hærede filio, quem ſub cõditione rogauerat, & is filius ſuperſtitem adoptiuum filium moriens relinqueret: fideicõmiſſi conditio defeciſſe uideretur: quia uidelicet ratio ſuperior ceſſaret. Proinde ſi quis ita dixerit: quicunq; mihi erunt liberi uel filij, tẽpore mortis meæ, hæredes mihi ſunto, uel eis centũ lego: ex uoluntate dicemus 54

arrogatos

*arrogatos eſſe admittendos, quòd facto teſtatoris eidem fuerint agnati. l. Si cognatis, & quod ibi Bar. col. 2. infra De reb. dub. Nam inter cognatorum appellationem, & filiorum, ſeu liberorum non eſt conſtituenda differentia, uti rectè opinatur hic Charo. Rui. n. 29. Aduerſus Aret. in. l. Si quis poſthumos. col. 2. ſuprà, hoc tit.*

55 *Tertiò ex eadem ratione colligitur, † quòd ſi tempore teſtamẽti, rogatus hæres iam liberos habebat adoptiuos, & hoc ipſum teſtator non ignorauit, conditio ex uoluntate deficeret, ſi durante adoptionis uinculo, hæres diem ſuum obijſſet. Hoc ſe nouiſſimè tentare ait Rui. hic. n. 30. in fi. cuius ſententiã Alciatus probat. lib. 3. De uerb. ſignifi. chart. 5?. & Tiraquel. in rep. l. Si unquã, in uerb. Suſceperit. n. 7. C. De reuocã. dona. Ego Rapha. Cumanum lego huius ſententiæ fuiſſe auctorem in. l. Si cognatis. n. 3. infra De reb. dub. quem inibi Soci. rectè probat. n. 3.*

56 *Poſtremò apparet, † uerba quidem conditionis, ſi ſine liberis diem ſuum obierit, uel in tempus liberorũ, pertinere ad adoptiuos, qui utiq; liberi ſũt. Et tamen ex uolũtate teſtãtium, à uerborum figura recedimus: niſi ceſſet ratio, quæ ſuadebat, teſtantem de adoptiuis non ſenſiſſe: tunc enim ad uerborum proprietatem redimus. l. Non aliter, infra De lega. 3. Quod ita Papinianũ uoluiſſe interpretor in. d. l. Fideicõmiſſum. Vnde Barto. hic n. 3. non iuſtè uidetur allegaſſe quaſi ſimiles tex. d. l. Si ita quis. §. fi. infra De legà. 2. & l. fina. C. De his qui ueni. æta. impetra. quum in ea. l. fin. cõditio nõ ſolùm ex uoluntate deficiat, ſed ex uerbis quoq;. Et errore labitur Andre. Tiraquel. in. d. repeti. l. Si unquã, ĩ uerb. Suſceperit. n. 34. qui negat, liberorũ appellationẽ ad filios adoptiuos pertinere. Nec enĩ (ait) temerè reperies, nec apud noſtros Iurecõſultos, nec apud alios receptæ auctoritatis ſcriptores, adoptiuos liberos, ſed filios. Equidem apud Iurecõſultos Paulum & Vlpianum reperio non ſemel liberos adoptiuos in. l. Cũ ratio. §. Ex bonis, ĩfra De bonis damna. & in. l. 1. §. fina. infra De lega. præſtan. & in. l. 1. §. Liberos, infra Si teſta. tabu. nullæ extabunt.* Cõtra Bar. Cõtra Andre. Tiraquel.

57 NONO *allegatur † l. Ex facto. §. Si quis rogatus. 1. ĩfra Ad Senatus conſ. Trebellia. ubi Vlpianus ſcribit:* SI QVIS ROGATVS FVERIT VT SI SINE LIBERIS DECESSERIT RESTITVAT HAEREDITATEM. PAPINIANVS LIB. VIII. RESPONSORVM SCRIBIT ETIAM NATVRALEM FILIVM EFFICERE VT DEFICIAT CONDITIO: ET IN LIBERTINO EODEMQVE COLLIBERTO HOC

HOC SCRIBIT. MIHI AVTEM QVOD AD NATVRALES LIBEROS ATTINET, VOLVNTATIS QVAESTIO VIDEBITVR ESSE DE QVIBVS LIBERIS TESTATOR SENSERIT. SED HOC EX DIGNITATE ET EX VOLVNTATE ET CONDITIONE EIVS QVI FIDEICOMMISIT ACCIPIENDVM ERIT. *Sic q̃ fideicõmiſſi cõditionẽ facit deficere naturalis filius: qui tamẽ ꝓpriè & uerè nõ uidetur dici filius. l. Filiũ, ſuprà De his qui ſunt ſui, uel alie. iuris. l. fina. ibi:* VERVM FILIVM, *infrà De iure delibe. Ange. Peruſ. in. l. Generaliter. §. Cùm autem. C. De inſti. & ſubſti. diſtinguit inter eum, qui lucrum quæſitum retinere contendit, & eum, qui nouum lucrum contendit acquirere. Vt priore caſu retineatur lucrum ab eo, qui filium naturalem reliquit, defecta fideicommiſſi conditione: poſteriore uerò non proſit naturalem filium habere ei, cui ita relictum eſt, ſi liberos ſuſceperit. Sed Charo. Rui. hic. n. 27. reiecta hac Angeli diſtinctione, conſtituendam differentiam putat, inter negatiuam cõditionem, ſi ſine liberis deceſſerit, & affirmatiuam, ſi liberos habuerit. Vt priore caſu, naturalis efficiat, deficere conditionem: poſteriore autem, non efficiat eam exiſtere. Ergo ſi quis inſtitutum hæredem rogauerit, ut hæreditatem Titio poſt mortem reſtituat: deinde adijciat: Volo tamen, ne fideicommiſſo locus ſit, ſi hæres meus, quũ morietur, liberos habuerit: ſatis eſſet ſecundũ Ange. traditionem, relinquere filium naturalem: quò hæres lucrum ſemel quæſitũ conſeruaret. At ſecundùm Ruini traditionem contrà eſſet: quòd conditio affirmatiuè, non uerò negatiuè fuiſſet concepta. Sed hæc nimiũ ſcrupuloſa ſunt, & à uolũtate teſtantium uidentur aliena: ut multò probabilior ſit Alex. ſententia in. d. §. Si quis rogatus. n. 15. qui tales differentias non admittit.* 58 59

*Philip. autem Deci. in cap. In præſentia. n. 27. De probatio. aduerſus receptam ſententiam tentat dicere, conditionẽ, ſi ſine liberis deceſſerit, ad naturales minimè referri, qui propriè non ſint filij: quum conditiones propriè accipi debeãt. Ad. §. Si quis rogatus, reſpondet, poſſe eũ. §. intelligi in filijs naturalibus conceptis in ſeruitute: quòd eorum conditio melior eſſet, propter figuram matrimonij. Sed tamẽ durum eſſe credidit, à recepta ſententia diſcedere: ut qui animaduertere debuit, quæſtionem ab Vlpiano generaliter propoſitam ĩ. d. §. Si quis rogatus, & deciſam etiam in naturalibus, qui non eſſent in ſeruitute concepti.*

*Nouiſſimè*

Nouiſſimè Ioan.Coraſ. Miſcella.iuris ciuilis lib.1.cap.7.contra communem opinionem aſſerit, naturalem filium non efficere, ut deficiat conditio: niſi coniectura aliqua urgeat, ut credamus, teſtatorem de liberis etiam naturalibus ſenſiſſe. Mouetur eiſdẽ argumentis, quibus & Philip.Deci. Item tex.in.l.Generaliter.§.Cùm autem.C.De inſti.& ſubſti.ubi naturalis ſubſtitutum non excludit. Ad.§.Si quis rogatus, reſpondet, Papiniani ſententiã inibi relatã, ab Vlpiano reprehendi in uerſi. Mihi autem, & hoc modo ſcribit, exponendum fore eum.§.qui tam praue (inquit) hactenus eſt intellectus. Ego uerò non dubito, quin temerè ſcripſerit, Papiniani ſententiam ab Vlpiano reprehendi. Nam & re uera probatur ab Vlpiano, & probari omnimodò debuit, iuxta.§.Volo.l.Cùm pater, ĩfra De lega.2.ubi Papinianus id ſcripſit, quod Vlpianus refert. Planè eũ.§. Volo, hodie obtinere, Idem Coraſ. eodem in loco agnoſcit. Præterea uir doctus non uidit, Papinianum, quem reprehendi putat, adſtipulari potiùs ſibi: Vlpianum autem maximè repugnare. Siquidem Vlpianus, quũ ſcribit, ex dignitate eius, qui fideicommiſit, accipiendum eſſe, de quibus liberis teſtator ſenſerit, ſignificare prima facie uidetur, naturales regulariter efficere, ut deficiat conditio: & tunc demum ſubſtitutum eſſe admittẽdum, non obſtante naturali filio, quem hæres moriens reliquit, ſi teſtator proponatur in dignitate conſtitutus fuiſſe. At Papinianus cõtrariam magis ſentẽtiam innuere mihi uidetur. Nec enim abſolutè ſcribit, naturalem filiũ efficere, ut deficiat conditio, uti non rectè Coraſ. refert: ſed duntaxat in libertino, eodẽq; colliberto hoc ſcribit, ita ad literam referente Vlpiano: quaſi ſecundùm Papiniani ſententiam, naturalis, qui regulariter ſubſtitutum non excludit, in ea ſingulari ſpecie excludat. Cõtra Ioã. Coraſ.

Deniq; Bartolus inibi, & in ipſo Papiniani reſponſo.§.Volo.l.Cũ pater, infra De lega.ij. ſingulare ius uerſari exiſtimat in filio naturali, qui eſſet in ſeruitute conceptus: hunc etenim efficere, ut indiſtinctè ſubſtitutus excludatur, ſi modò conceptus eſſet in figura matrimonij. Allegat tex.in princi.inſti.De ſerui.cognatio.& l.Lucius.§.fina.ĩfra De lega. ij. Abbas tamen Panor.in cap.In præſentia.n.v.De probatio.aduertendum putat, quòd ea, quæ Bar.allegat, parum ſunt efficacia. Quoniã prima (inquit) allegatio princi.inſti.De ſerui.cognatio.loquitur de ſucceſſione legitima, an & quando ſeruorum filij ſuccedant patri poſt datam libertatẽ. Alia uerò iura non diſtingunt: immo potiùs uidẽtur loqui in his,

qui ſine

Bar. allegatio contra Abba. Pan. & aliorum ſententiam defenſa.

*qui ſine ulla matrimonij figura fuerunt in ſeruitute cõcepti. Ego tex. in.d.
princi.inſti. De ſerui.cognatio.rectiſſimè à Bartolo allegatum intelligo.
Conſtituitur enim, naturalem filium in ſeruitute conceptum, cũ legitimis
pariter ſuccedere. Tractat Ioan. Baptiſ. de Caccialup.in repetitio.l. Si
qua illuſtris .n.40.C. Ad Orſitia. Et cùm audis naturalẽ, † accipere* 60
*debes, ne ſit ſpurius, cõceptum fuiſſe in matrimonij figura, uti Alex.
pro Bar.contra Abbatẽ reſoluit in.d.§. Si quis rogatus.n.2. Satis etiã
uidetur eſſe, quòd in cõcubinatus figura conciperetur filius, ut naturalis
magis, quàm ſpurius cẽſeretur, ſecũdùm traditionẽ Matthæi Mathaſ.
in tracta. De ſucceſſio. ab inteſta. 2. parte primi membri. n. 5. Ange.
Aret.in.§. Vulgò quæſitos.n.:.inſti. De ſucceſſio.cognato. Deci.in.c.
In præſentia.n.37. in fine De probatio. Diſtare enim uidetur† concubi-* 61
*natus figura, à figura matrimonij, uti Accur.tradit in.l. Si quis in ſena
torio, ſuprà De ritu nuptia. Obſeruat Bal.in.l. Ex libera, in princi.C.
De ſuis & legi.libe. Quum igitur is naturalis filius cum legitimis quaſi
legitimus ſuccedat, debuerũt Abbas, & Poſteriores aduertere, fortiſ
ſimum argumentum ex legitima ſucceſſione, ad propoſitam quæſtionem
ſumi potuiſſe. Siquidem ex hoc procedit, quòd† huiuſmodi naturalis, indi-* 62
*ſtinctè ſubſtitutum excludit, id eſt, etiam ſi teſtator in dignitate conſti-
tutus fuiſſet, ſecundùm auctoritatem gl. in hoc receptæ in.l. Hæredibus,
§.1.in uerb.conditioni, infrà Ad Senatuſcõ. Trebel. Quã Bar.inibi.n.3.
probauit, & communiter Docto.ut per Alex.in.d.§. Si quis rogatus
n.10. Philip. Dec.in.d.cap. In præſentia.n.47.*

Contra Alexã. Vincẽ. Hercul. Pariſi. Cardi.

*Qua ratione oſtenditur, errare Alex.in.d.§. Si quis rogatus.n.4.
Is quum rectè agnoſceret, Bartoli & uulgarem ſententiam hanc eſſe, ut
naturalis filius in ſeruitute conceptus ſubſtitutum excluderet: & ſi teſta-
tor in dignitate conſtitutus fuiſſet, ut etiam agnouit Claudi. col. .latè nihi
lominùs contendere tentauit, ſubſtitutum per hoſce naturales in ſeruitute
cõceptos, tunc demum excludi, quum teſtatoris conditio non repugnaret:
alioquin ſi conſtitutus eſſet in dignitate, futurum, ut ſubſtitutus admitta-
tur. Mouetur Alex.argumen.d.§. Si quis rogatus, in fine: ubi Vlpianus
ſentit,† & colligunt Ange. & Ioan. Imolen. coniecturam potiùs capien* 63
*dam eſſe ex teſtantis, quàm ex hæredis perſona. Ergo & ſi hæres liber
tinus erat, cuius nullum foret dedecus, procreaſſe naturales, reſpondendũ
uideretur, non ſenſiſſe de naturalibus teſtatorem in dignitate cõſtitutum.*

*In quo*

*In quo etiam errore fuit Vincen. Hercula. in. d. §. Si quis rogatus. 8. col. & Pariſius Cardina. in repe. d. cap. in præſentia. n. 83. Sed & Franciſ. Ripa in. d. §. Si quis rogatus. n. 11. falſò credidit, hanc opinionẽ ab Accurſio & Bartolo receptam fuiſſe. Quæ utiq; defendi non poteſt, quum Bartoli argumento cõuincatur: uidelicet princi. inſti. De ſerui. cognatio. Nec in contrarium trahet tex. in. d. §. Si quis rogatus, in fine: quoniã damus, hoc Iureconſultum ſentire: & regulariter uerum eſſe in naturalibus, quod Ange. Ioan. Imolen. & alij collegerunt. Cæterùm ſi lege aliqua, uel ſtatuto cautum ſit, ut naturalis pariter cum legitimis ſuccedat, tunc etiam ſi teſtator in dignitate conſtitutus fuiſſet, obtinebit, ſubſtitutum excludi, ſecundùm receptæ gl. auctoritatem in. d. l. Hæredibus. §. 1.* Côtra Frã ciſ. Ripã.

*Vnde ſi hodie uir nobilis, & in dignitate conſtitutus, uulgarẽ hominem ſibi hæredem inſtituerit, eumq; rogauerit, ut ſi ſine liberis deceſſerit, Titio hæreditatem reſtituat: & is naturalem filium moriens relinquat ex*
64 *concubina ſuſceptum, aut ex ſerua ſua, uel † aliena, ſecundùm ea, quæ tradit Soci. conſi. 148. n. fina. lib. 1. iure cõmuni attento reſpondendum eſt, naturalem filium non efficere, ut deficiat conditio. Nam & ſi hæres inſtitutus perſona fuißet uilis, coniectura tamen principalis fieri debuit ex*
65 *dignitate eius, qui fideicõmiſit, argu. d. §. Si quis rogatus, in fine. At † in hoc Regno magis erit, ut ſubſtitutus excludatur: quoniã Lege Regia lib. 4. tit. 71. conſtitutum eſt, ut uulgaris hominis filius naturalis pariter cum legitimis ſuccedat: & huic conſtitutioni conſequens ſit, per huiuſmodi naturales ſubſtitutum indiſtinctè excludi, argumẽ. gl. in d. l. Hæredibus §. 1. & princi. inſti. De ſerui. cogna. coniuncta eius princip. inductione, quam (ut par eſt credere) fecit Bar. in. d. §. Si quis rogatus. n. 2. Nec ho-*
66 *die † minùs ſubſtitutum naturalis excludet, quàm apud Iureconſultos, & Iuſtinianum excludebat, uti reſoluit Franciſ. Ripa in. d. §. Si quis rogatus. n. 50. aduerſùs Charo. Rui. n. 27. & 28. qui tentauit dicere, iuris cõmunis leges hodie uideri abrogatas.*

*SED quanquàm hæc õnia ita eſſe uideantur, ego nihilominùs opinor, Papiniani & Vlpiani reſpõſa de libertino, eodẽq; colliberto loquẽtia, à iuris noſtri Præceptoribus non iuſtè eſſe intellecta. Et aduerſùs omnes* Contra cõ muné noua opinio.
67 *nouè exiſtimo, † nihil feciſſe ad excluſionem ſubſtitutionis, quòd naturalis filius eſſet in ſeruitute conceptus. Animaduerto enim, in quæſtione uoluntatis hoc potiùs in contrarium trahere debuiße: quia ſcilicet uideretur*

*huiuſmodi naturalis teſtatori uilior eſſe ſucceſſor propter notam ſeruilis conditionis.l.Humilem,cum uulga.C.De inceſtis nupt. Nec ratio illa refragabitur, quam ſuprà explicuimus, ex princi. inſti. De ſerui. cogna. ubi naturalis in ſeruitute conceptus melioris eſt conditionis, quàm alij naturales, ut qui unà cum legitimis ſuccedat, proinde ſine diſtinctione ſubſtitutum debeat excludere. Nã conſidero, Iureconſultos hac ratione moueri non potuiſſe. Siquidem apud eos tale ius in uſu nequaquam fuit, quod†* 68
*utiq; à Iuſtiniano nouè fuerit conſtitutum, uti uerba eius indicant in.d. prĩci.inſti. De ſerui.cognatio. & agnouerũt Azo, Accurſius in.l.Cũ pater.§.Volo, allegantes tex.in.§.Illud, inſti.De gradi. Quæ allegatio oſtẽdit†, Rubricam illam De ſeruili cognatione cõmentitiam eſſe & de* 69
*lendam: quod ex græcis inſtitutionibus ſatis apparet.*

*ERIT igitur operepræcium ueſtigare, unde Papinianus cõiecturã fecerit in.d.l.Cũ pater.§.Volo†: cuius uerba ſunt:* VOLO PRAEDIA DA- 70
RI LIBERTIS MEIS QVOD SI QVIS EORVM SINE LIBERIS VITA DECESSERIT, PARTEM EIVS AD RELIQVOS PERTINERE VOLO COLLIBERTVM PATRIS EVNDEMQVE FILIVM EX VOLVNTATE SVBSTITVTIONEM EXCLVDERE PLACVIT. *Et ego nouè interpretor, coniecturam uoluntatis feciſſe eum ex uoluntate, id eſt, ex eo quòd teſtator uoluit, prædia libertis ſuis dari. Sic naturalis filius liberti, eiuſdẽq; collibertus ad partem prædiorum ſemel admiſſus, ex uoluntate fecit poſtea deficere conditionem.*

Noua interpretatio.

*Receptum enim eſt, †ſi teſtator aliqua teſtamenti parte mentionem fe* 71
*cit illius naturalis, quem uolumus efficere, ut deficiat conditio, ſubſtitutum excludi, argumento. l.Qui filiabus, infrà De lega.1. ita reſoluit Alex.in.d.§.Si quis rogatus.n.6.Philip.Dec.ĩ.d.cap.In præſentia.n. 39.Et tradit Barto.in.d.§.Si quis rogatus.n.2.Qui tametſi in.d.§.Volo, cõmunem errorem fuerit ſequutus, at inibi (quod nemo aduertit) uidetur meliore hoc ſenſu accepiſſe tex.in.d.§.Volo: quum ſcilicet allegauit quaſi argumentum ſuæ ſententiæ tex.in.d.l.Qui filiabus, & quaſi tex.expreſſum.d.§.Volo. Abbas autem & Poſteriores in hoc articulo eam Bar.allegationẽ diſſimularũt, excepto Philip. Corn. in.l.Generaliter, §.Cùm autem, col.fin.uerſi. Vel tertiò dicas. C.De inſti. & ſubſti.ubi Bartoli allegationẽ ſincerè retulit, quæ apud Bar.corrupta legitur, ſuppoſito per errorem.§.Rogo.Sed & Petrus & Cynus in additio.in.d. §.Cùm autem, citati à Philip.Corn.fortaſſis eodem ſenſu allegauerunt*

d.§.Volo.Niſi magis credamus,eos & Bar.quoq; reſpexiſſe ad mentionem factam de naturali,hoc eſt,de liberto patre,qui naturalis erat:quã tamen coniecturam diceremus nullius eſſe momenti, argumento.d.§.Cũ autem.Vtcunq; ſit,opinamur, hanc propriam, quam diximus, Papiniani ſentẽtiam fuiſſe.Sic ceſsat labor Franciſ.Ripæ in.d.§.Siquis rogatus.n. 12.qui uariauit circa.§.Volo.Variauit & Pariſius in repeti.d.cap. In præſentia.n.43.Qui rectè ſuſpicatus eſt,apud Iurecõſultos non fieri differẽtiam inter filios naturales in ſeruitute conceptos, & alios in libertate natos.Sed circa.§.Volo,modò cõiecturam credit factam,ex conditione liberti patris,qui alios quàm naturales habere non potuit,argumen.l. Hæredibus.§.1.infrà Ad Senatuſcõ.Trebelli.modò ex cõditione teſtantis, qui uilis fuiſſet,argumẽto.d.§.Siquis rogatus,in fine.Vtrunq; non rectè iudicio meo.Nã libertus pater uxorẽ ducere, & legitimos habere filios potuit.Sed nec ex conditione teſtantis,Papinianus coniecit,de naturali filio eum ſenſiße:quoniam ſecundùm ea,quæ proponerentur,reſpondit,ſubſtitutionem ex uoluntate excluſam:& tamen de perſona teſtantis nihil propoſuit.Quòd ſi quis improbè cauſaretur,hunc naturalem filium,non dum teſtamenti tempore manumiſſum fuiſſe:ideoq; poſtea libertum factum ad prædiorũ legatorũ partem admitti nõ potuiſſe,argumẽto.l.Si ita, infrà De auro & argen.lega.huic ego reſponderem,propriorem eße interpretationem,& quæ ex uerbis colligi uideretur,ut hic,qui collibertus patris dicitur,ſimul cum patre fuerit manumißus.Sed & ſi poſt teſtamẽtum manumiſſus fuiſſe diceretur,eleganter defendi poſſe,† hunc quoq; ad prædiorum partẽ admiſſum uideri,argumen.l.Si cognatis,infrà De reb.dub. adiuncta inibi doctrina Bar.in fine,&.l.Cùm tale,ibi: CONIVNCTVM: infrà De condi.& demonſtra.Quod in hac ſpecie expreßim ſcriptum reliquit Andr.Sicul.in cap.Indicante.n.13.De teſta.

Contra Pariſium.

72

Hinc infero,non eſſe ueram eiuſdem Bar.& omnium traditionem in.d. §.Siquis rogatus:falſam eſſe ſummam ex Vlpiani uerbis communiter collectam:& ueriorem mihi uideri talem ſummam: Filij naturales efficiunt, ut deficiat fideicommißi conditio,ſi de his teſtator ſenſerit.Quod ex eius dignitate,uoluntate,conditione intelligetur.Conſtare enim debet,Papiniani reſpõſum,quod ab Vlpiano refertur,eſſe.§.Volo.d.l.Cùm pater. Nam et eius uerba referũtur,&.l.Cùm pater,cũ ſuis.§§.ex lib.VIII. Reſponſorum Papiniani deducta eſt,argumento.d.l.Cùm pater.§.Hæ

Noua ĩterpretatio.

*reditatem.1.& l. Ex facto.§. Siquis rogatus.ij. Ad Senatuſconſ. Trebel. Ergo quemadmodùm in.d.§. Volo, filius naturalis excluſit ſubſtitutũ ex uoluntate: uoluntatem autem collegit Papinianus ex eo, quòd naturalis filius collibertus patris, ad prædiorum legatum inter libertos à teſtatore fuerat admiſſus: ſic etiã in d.§. Siquis rogatus, oportet interpretari, quòd idem Papiniani reſponſum eodem ſenſu referatur: nec quidquam facere ad iuris uel uolũtatis quæſtionẽ, quòd conceptus fuiſſet in ſeruitute filius. Secundùm quæ interpretor, Vlpianum generaliter quæſtionem propoſuiſſe: SIQVIS ROGATVS, &c. mox allegatum ab eo Papiniani reſponſum, ſcribentis, naturalem filium efficere, ut deficiat conditio: ſed utiq; in propria ſpecie, in libertino ſcilicet eodemq; colliberto: ideſt, in naturali, qui, eò quòd eſſet collibertus, inter libertos ad prædiorũ partem ſemel admiſſus fuiſſet. Reſpondit itaq; cum Papiniano quoq;, uoluntatis quæſtionẽ eſſe, de quibus liberis teſtator ſenſerit: ſed uoluntatis coniecturam ex dignitate, uoluntate, cõditione eius, qui fideicõmiſit, eſſe faciendã. Sic tres uoluntatis coniecturas ſingulariter enumerauit. Primam ex dignitate: ut teſtator ĩdignitate cõſtitutus, de naturalibus ſenſiſſe nõ uideretur. Poſtremam ex cõditione: ut ſi teſtator libertinus, uel aliâs naturalis fuiſſet, de ſimilibus ſenſiſſe crederetur: uti Decius intellexit in.d.cap. In præſentia.n. 43. Mediã autẽ cõiecturã accepit Vlpianus ex uolũtate, id eſt, ex eò, quod teſtator uoluit in alia teſtamẽti diſpoſitione, iuxta Papiniani reſponſũ: qui cõiecturã uolũtatis fecit ex uolũtate, ſecũdũ ea, quæ ſuprà oſtẽdimus. Sic coacta ratiõe euincitur, noſtrã utriuſq; reſpõſi interpretationẽ eſſe uerã. Nam quũ Vlpianus, propoſita generaliter quæſtione, ex tribus partibus cõiecturam fecerit, inter quas Papiniani cõiecturã neceſſariò retulit: nec poſſit uideri, ĩ priore aut poſteriore ſpecie, cõiecturã Papiniani poſuiſſe: qui in.§. Volo, nec ex dignitate, nec ex conditione teſtantis quidquam coniecit: ſequitur, ut cõiecturã ex uolũtate ad Papiniani reſpõſũ aptauerit.*

*EX his apparet, Papinianũ non illud uoluiſſe: ut naturalis regulariter ſubſtitutum excluderet: quum hoc tantùm cõiecerit in ea ſpecie libertini, eiuſdẽq; colliberti. Deniq; magis ſenſit, niſi ſpecialis eo caſu urgeret coniectura, ſubſtitutum non fuiſſe excludendum.*

*Secũdò idẽ ſignificare uidetur Vlpianus in.d.§. Siquis rogatus, in fine: quũ ex uoluntate & conditione teſtantis intelligendum putat, an excludatur ſubſtitutus: quaſi remotis hiſce cõiecturis, non eſſet excludendus.*

*Tertio*

73 Tertiò Scæuola huius ſententiæ uidetur fuiſſe † in.l. Lucius.ij.§.fina. infrà De lega.ij.ubi cùm quis Damæ & Pāphilo, quos teſtamēto manu miſerat, fundum dediſset, ita ut poſt mortem ſuam filijs ſuis reſtituerent, ſenſit, regulariter fideicōmiſſum non deberi naturalibus, quos poſtea ſuſcepiſſent: uti Claudius Saturninus in fine uidetur interpretari: quum filiorum appellatiōe, credidit in ea ſpecie naturales liberos, ideſt, ſuſceptos ī ſeruitute contineri. Fortaſſis & Scæuola eo quoq; argumento præcipuè motus eſt, ut Pamphilam naturalē filiam ad fideicōmiſsum admitteret: q̄m teſtator eodem teſtamēto, rogauerat hæredes ſuos, ut Pamphilā manumitterent, quæ filia naturalis erat Pamphili, argu. d.§. Si quis rogatus, ibi: EX VOLVNTATE. Faciū t ucrba eius.§.fi. RESPONDI EX HIS QVAE PROPONERENTVR. &c. Quod poſtea reperi ſenſiſſe Fulgoſ.ī.l. Generaliter.§. Cū aūt, fina. col. C. De īſti. & ſubſti. quū allegat tex.ī.d.l. Luci⁹.§.fi. Moua īterpretatio.

74 Quartò Labeo ad hanc regulam uidetur reſpexiſse † in.l.fina. infrà De iure delibe. ubi in conditione intellexit, filij appellatione non contineri naturalem. Quòd ſi ab eius ſententia Iabolenus receſsit, ita uidetur interpretandum, ut in ea ſpecie receſſerit, uidelicet propter ſingularē uoluntatis coniecturam: quam fecit ex eo, quòd eundem libertinum filium pater hæredē inſtituerat, uti Abbas putauit in.d.cap. In præſentia.n.17.

Quintò facit tex. notabilis in authen. Vt lice. matri & auiæ.§. Ad hoc autem, colla.8. ubi habetur, quòd ſi quis naturalē filiū ſuſceptū ex libera muliere, cum qua matrimonium contrahere potuit, filiū ſuum ſimpliciter appellauerit, nec adiecerit naturalē, per hoc præſumitur quaſi ex uxore filiū legitimū habuiſſe: pro eo enim habetur, quū filium ſuum dixit, atq; ſi legitimū expreſſiſset. Ergo uerum eſt, regulariter filij, uel liberorū appellatione, legitimū deſignari, ut naturalis in re dubia uideatur excluſus. Neq; referre arbitror ad excludēdū naturalē, utrùm teſtator, ſine filijs dixerit, an ſine liberis. Et inſigni errore labitur Philip. Dec.ī.d.cap. In præſentia n.46. in fi. quum admittit ſecundùm receptam ſententiam, eum qui ſibi ac liberis emphyteuſin acceperit, naturalibus quoq; accepiſſe uideri, ſi concedentis non repugnet conditio: cæterùm ſi filijs accepiſset, ſine diſtinctione Cōtra Philip. Dec.
75 naturalē excludi. Quæ differentia apertè falſa eſt: quū propè ſit, ut † filiorum appellatio naturalior eſſe uideatur, quàm liberorum: certè ciuilior nō eſt, argumēto.l. Tutelas, in fine ſuprà De capi. diminu.l. Lucius.2.§.fina. infrà De lega.2.l.1. ibi: REPLENDAMQVE LIBERIS CIVITATEM: ſuprà Solu.

 matri.

*matri.l. Lucius,ibi:* ALITER ATQVE SI EIVSDEM AETATIS LIBERI *:infrà De uulga. & pupilla.*

*Sextò & ultimò,fortiſsimum huius regulæ argumentū eſt†.l.Generaliter.§.Cùm autem.C.De inſti.& ſubſti.ubi quū Imperator Iuſtinianus ex profeſſo tractaret hunc articulum,nec immemor eſſet naturaliū,ſcripſit,illam conditionem,ſi quis ſine liberis deceſserit, non aliter deficere, quàm ſi rogatus hæres,uel legatarius cū iuſta ſobole deceſſiſſet. Sic intellexit,naturales liberos regulariter non efficere, ut deficiat conditio: & quò ſubſtitutum excludant,defecta fideicōmiſſi conditione,per ſingulares coniecturas euincendum. Quòd ſi quis dixerit,alium eſſe eius.§. receptum ſenſum,ut† uidelicet diſtingatur præſumpta conditio,de qua inibi,ab expreſſa conditione,de qua in.d.§. Si quis rogatus,ſecundùm Iaſ.in.d.§. Cùm autem.n.6.qui refert hanc eſſe cōmunem opinionem,et Claud.col.1. Franciſ.Rip.n.27.in.d.§. Si quis rogatus:huic cōtrà dicetur,immo receptiorem eſse Bartoli ſententiam in utroq; §. qui eas conditiones non diſtinguit: & ita Alex.reſoluere in.d.§.Si quis rogatus.n.11. & Vincen. de Hercul.imbi col.14.in fine:Philip.Corn.in.d.§.Cùm autem.n.4.Socin. in.l.Cùm auus.n.63.infrà De condi.& demonſtra. Aret.in cap.In præſentia.n.40.De proba.Vbi & Philip.Dec.n.37.uerſi.Mihi tamē,ueriorem arbitratur hanc Bar. opinionem. Deniq; Paul.Pariſi.in repe. eiuſdē cap.n.59.ab hac ſententia tanquàm cōmuni,nec iudicantibus,nec conſulentibus,diſcedendum fore ſcribit.Et in eam nouiſſimè iuerunt Andr.Tiraquel.in repe.l.Si unquā,in uerb. Suſceperit liberos.n.100. C. De reuo. dona.& Ioan.Coraſ.ubi ſuprà.Nec diuerſa ſententia probaretur in hoc Regno.Nam quum Accurſij auctoritas,in propoſita quæſtione uariantis momentum habere non debeat,Bartoli ſententiæ ad hærebitur,argumen.l.Regiæ lib.2.tit.5.§.1.*

CON*Trariā regulam†,immo quòd naturalis in dubio ſubſtitutum excludat, conſtituiſſe uidentur Doctores cōiter in.d.§. Si quis rogatus: ubi Angel.& Caſtren.expreſſim hoc docent: quos refert, et probare uidetur Philip.Corn. in.d.§. Cùm autem. n.4.uerſi.Si uolumus: ubi & Iacobi.à Sancto Georg.ita reſoluit. Alex.quoq; hanc quaſi receptam opinionem ſequitur in.d.§. Si quis rogatus.n.6. & Andre.Alci.in.l. Cognoſcere.§.Liberorum,infrà De uerb.ſignifi. Cuius quidem regulæ fortiſsimū argumētum eſt tex.in.d.§.Si quis rogatus ibi:* EX DIGNITATE:

*ſecun-*

ſecundùm inductionem, quam ſuprà feci..

Sed tamen ſupior regula probabilior eſt, quæ ualidioribus argumẽtis innititur: & habet præſtantes auctores numero & pondere. Siquidẽ contrariã regulã collegerũt Azo, Odofre. Accur. Iacob. Butr. Cynus, Alb. n. 3. Ioã. Fab. & Bar. in d. §. Cùm autem: Hoſt. in cap. Raynutius col. 4. in uerb. ſi abſq; liberis, De teſta. Accurſ. in d. §. Si quis rogatus, & in d. l. Lucius. §. fi. infrà De lega. 2. Bal. ĩ Margarita, in uerb. Filius, n. 24. Et latiùs Ludo. à Sard. in tracta. De legiti. natu. 2. parte, cap. De appella. Sed & omnes auctores, qui intellexerunt, Iuſtinianũ in d. §. Cùm autem, non diſtinguere præſumptam conditionẽ, ſi ſine liberis deceſſerit, ab ea, quæ eſſet expreſſa, omnmodò probaſſe uidentur, naturalem regulariter ſubſtitutum non excludere: uti rectè conſiderat Philip. Corn. in d. §. Cùm autem. n. 4. uerſi. Et ſecũdùm hanc opinionem. Nec erit difficile, reſpondere † ad. §. Si quis rogatus: ſi dicamus, Vlpianũ inibi, quũ ſcribit: EX DIGNITATE EIVS: docuiſſe coniecturam, quæ argueret, teſtantem nõ ſenſiſſe de naturalibus: nec id ſupfluò, etiã ſi regulariter, dignitatis quoq; remota coniectura, naturalis ſubſtitutum non excluderet. Erat enim hoc ſcitu utile: ut ſi quando ex conditione eius, qui fideicõmiſit, conijceremus, ſecundùm eundem Vlpianum, de naturalibus teſtatorẽ ſenſiſſe: huic coniecturæ, uel ſimili poſſet opponi contraria coniectura ex dignitate teſtantis. Quo facto, oporteat, Iudicem in re ambigua ad regulam reuerti: & iudicare, naturalẽ non efficere, ut deficiat conditio.

Contra eã quæ cõmunis eſſe creditur.

79 Moua interpretatio.

Erit & huius regulæ, quã aſſero, illud emolumentũ non leue, quòd ſi fideicõmiſſarius probet, hæredẽ rogatũ ſine liberis legitimis uita deceſſiſſe, rectè uidebitur intendere, fideicõmiſſum ſibi dari oportere. Nec ab intentione remouebitur, & ſi ex aduerſò naturalis probet, ſe rogati hæredis naturalem eſſe filium: quũ utiq; alio præterea argumento, uel ex uolũtate, uel ex conditione eius, qui fideicõmiſit, probare debeat, eũ de naturalibus liberis ſenſiſſe. Et tamen ſecundùm uulgarẽ regulã, quã improbaui, data hinc inde æquali & contraria coniectura, obtineret in re dubia affirmatiua regula. Item quũ naturalis probaret, ſe rogati hæredis filiũ naturalẽ, rectè intenderet, ſubſtitutionẽ eſſe excluſam: niſi ex aduerſo ſubſtitutus probaret, uel dignitatis, uel alio argumento, teſtatorẽ de naturalibus liberis non ſenſiſſe.

80 DECIMO allegatur † l. Fideicõmiſſa. §. Si cui ita, ĩfrà De leg. 3. ubi Vlpianus reſpõdit, ſi cui ita fuit fideicõmiſſũ relictũ, ſi morte patris,

ſui iuris effectus fuiſſet: & emancipatione, ſui iuris factus ſit, nō uideri de
feciſſe conditionem: ſed quū mors patri contingat, ad fideicōmiſſum, quaſi
exiſtente conditione, admittendū. Quo loco manifeſtè uoluit, fideicōmiſſa
rio emācipato, rogatū hæredem nō ſtatim fideicōmiſſum debere: quū emā
cipatione dies fideicōmiſſi ceſſiſſe non uideretur: nec antè conditio poſſet
exiſtere, quàm mortuus eſſet pater. Sed & mortuo patre, conditio ſecun-
dùm uerba defeciſſe uidebatur: quia uidelicet fideicōmiſſarius non morte
patris, ſed emancipatione ſui iuris factus erat. Ex uoluntate tamē, quaſi
exiſtente conditione, admittendum rectè cenſuit Vlpianus: qui duos arti-
culos argutè ſeparauit diuerſam inſpectionē habentes, † nō deficere cōdi 81
tionē, & exiſtere cōditionē. Sicuti & aliâs colligēdo ſeparauit. in l. Ex
facto. §. penul. infrà Ad Senatus cōſ. Trebellia. Planè ratio interpre-
tandi uoluntatem ea fuit, quòd teſtator, quum mortis patris mentionē fe
cit, ideo feciſſe creditur, ne pater iure poteſtatis, fideicōmiſſū quæreret:
& ne hæredes, quos onerabat, fideicōmiſſum præſtare tenerētur, quandiu
pater uiueret. Ergo ſi filius emancipatus fuiſſet, conditio quidem nō de-
ficiebat: nec tamen continuò exiſtere uidebatur: ſed demū quum mors pa
tri contigiſſet. Tunc enim perinde exiſtere intellecta eſt, atq; ſi fideicōmiſ
ſarius non fuiſſet emācipatus. Hæc uera illius. §. interpretatio eſt: tamet

Contra Accur. & communē opinionē cum Raph. Cuma. & Nouioribus.

ſi Accurſ. & uulgò interpretes mirè eum corrumpant: intelligētes † cō 82
tra Iurecōſulti, teſtatoriſq; uerba, & ſententiā, emācipato fideicōmiſſū
ſtatim deberi, non expectata patris morte, argumento. l. Mulier, infrà
Ad Senatuscōſ. Trebel. l. Si ita, infrà Quando dies lega. cedat.

Sed quāquā Iaſ. hic hæreat. 1. lect. n. 14. & in ſecūda. n. 39. Leges illæ
in parente loquuntur: ex cuius pſona aliā coniecturā fieri obtinuit, ut Ra
pha. Cuma. ingenioſè aduertit in. d. §. Si cui ita. Cuius interpretationem
Nouiores poſtea certatim ſibi uendicarūt: Pau. Caſtr. & Philip. Dec.
n. 12. in. l. Si mater. C. De inſti. & ſubſti. Ioā. Crot. hic. n. 21. Lance. Gali.
n. 35. Fortu. n. 40. Maria. Soci. in rep. l. Cùm filio. n. 9. uerſi. Primò, infrà

Contra Alcia.

De lega. 1. Andr. Alci. lib. 3. De uerbo. ſigni. charta. 12. in fi. Qui tamē
defuncti teſtatoris ſentētiā in. d. §. Si cui ita, non iuſtè uidetur explicare:
dū patris odiū ſolūmodò conſiderat: nec expendit, ſi hæredum quoq; ratio
habēda non eſſet, potuiſſe emancipato ſtatim filio fideicōmiſſum deberi.

Sed & ſi filius, deportato patre, ſui iuris effectus fuiſſet: quamquàm
Alciato conſequēs uideretur reſpondere, diē fideicōmiſſi deportatione
cedere: nō dubito, † quin Vlpianus reſpōdiſſet, nō uideri quidē defeciſ- 83
ſe condi

ſe conditionẽ, licet maximè non morte patris, ſed deportatione fideicõmiſ ſarius ſui iuris effectus fuiſſet: ſed tunc demũ filium ad fideicõmiſſi actionem contra teſtantis hæredes admittendum, quum mors naturalis patri contigiſſet, argumento eius, quod in caſu emancipationis reſpondit. Item argumen. l. Cùm pater. §. Hæreditatem. 1. De lega. 2. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici, infrà De iure fiſci.

84 VNDECIMO allegatur eiuſdẽ Vlpiani† reſpõſum ĩ. l. Si ita liberis, infrà, Quãdo dies lega. cedat: ubi ſi liberis parens fideicõmiſ ſum reliquerit, ſi patris morte, ſui iuris eſſent effecti: nec morte patris, ſed emancipatione, patres familiâs conſtituti ſint: reſpondit, fideicõmiſſũ ſtatim eis deberi, & de hoc neminem dubitaturum: quum de hoc extaret Diui Marci decretum à Scæuola relatum. Cuius exemplo. Idem Vlpianus in. l. Mulier, ĩfrà Ad Senatuſcõſul. Trebellia. reſpõdit, quũ mulier à marito diuertiſſet, in cuius poteſtate duos filios reliquerat: & hæredẽ rogaſſet, ut illis poſt mortem patris eorum, hæreditatem reſtitueret, uel ei qui eorum ſupereſſet: & eos pater emancipaſſet: fideicõmiſſi diem per hoc ceſſiſſe: & potuiſſe filium maternæ hereditatis fideicõmiſſũ ſtatim petere, eiq́; rectè ſolui. Proinde ſi alter uiuo patre deceſſiſſet, non iuſtã eſſe alterius, qui patri ſuperuixiſſet, actionẽ, ſi ab hærede totum fideicõmiſſum peteret. Cur autẽ his caſibus emãcipato filio fideicõmiſſum ſtatĩ debeatur, illa ratio redditur: quòd hic quoq;, ut etiã ĩ. d. l. Fideicõmiſſa. §. Si cui ita, infrà, De lega. 3. qui fideicõmiſſum reliquit, uoluiſſe ĩtelligitur, ne pater iure poteſtatis quidq́ quæreret. Et quũ dixit: ſi morte patris, uel poſt mortem patris, ſimili modo non uidetur excluſiſſe emancipationis caſum. Plus tamen eſt in propoſitis ſpeciebus, quòd eo conſilio creditur mortis mentionem feciſſe, non ut hæredis inſtituti gratia fideicõmiſſum ſuſpenderet: ſed quòd non crederet, patrem filios emancipaturũ. Sic integrã cõditionẽ liberorũ fauore adiectã fuiſſe, ex parẽtis perſona cõijcimus, ut quocunq; modo à patria poteſtate liberatis fideicõmiſſum deberi inciperet.

Quid ergo ſi mater ipſum liberorum patrem, eundẽq; maritum inſtitueret hæredẽ, rogaretq́; ut poſt mortem ſuã liberis hæreditatẽ reſtitueret? Vtrùm ſi pater filios poſtea emãcipauerit, fideicõmiſſũ ſtatim reſtituere
85 eis teneatur? Et mihi uidetur†, Diui Marci decretũ non eſſe inducẽdũ: Contra Alberi. Raph. Cuma. & Alex.
magis enim fore, ut pater non teneatur. Contrarium exiſtimauit eſſe uerus Albe. poſt Veteres ĩ. l. Patrẽ, ĩfrà De his quæ in fraud. credito. ubi

*etiam Rapha. Cuma. expreſſim in eadem opinione eſt. Idemq; probaſſe uidetur Alex. in. l. Cùm filio. n. 10. infrà De lega. 1. Qui omnes ad hanc quoq; ſpeciẽ inducunt tex. in. d. l. Mulier, infrà Ad Senatus conſ. Trebel. Sed Vlpianus inibi alio caſu loquitur: cũ ſcilicet mulier, ſola liberorum contemplatione, qui in poteſtate patris erant, intelligitur hæredem aliquem quaſi fiduciarium inſtituiße: qui poſt mortem patris, cui nihil acquiri uoluit, hæreditatem liberis reſtitueret. At in propoſita ſpecie, in qua ipſe pater hæres inſtitutus eſt, & poſt mortẽ ſuam rogatus fuit, hæreditatis fideicõmiſſum liberis ſuis reſtituere, non temerè interpretandũ eſt, uoluiſſe mulierem, ut ſi maritus liberos emancipaſſet, ſtatim eis obligaretur: ne uideatur mater beneficiũ emancipationis à liberis auertiſſe: quos utiq; pater non eſſet emancipaturus, ſi beneficium ſuum tam oneroſum ſibi eſſe deberet. Induco ad hoc celebre Papiniani reſponſum † in. l.* 86
*Cũm filiofamiliâs ĩ fine, ĩfrà De lega. 1. ubi ſi; pater rogatus fuerit, poſt mortẽ ſuam reſtituere hæreditatem filio, quem in poteſtate habebat: & filius à patre emãcipatus, eo uiuo decedat, nihil ad hæredes ſuos trãſmittit. Siquidem Papinianus ſignificauit, fideicõmißi diem, non emancipatione, ſed morte patris cedere, uti Bar. inibi ſenſit. n. 7. & reſoluit Iaſ. n. 141. cum ſequen. Is huiuſce rei rationem putauit eſſe, quòd emancipatiõis beneficium non debet filius exercere contra patrem, à quo idem habuit, argu. l. Amiciſſimos, ſuprà De excuſa. tuto. qua etiã ratione utitur hic*

Iaſ. & Lãce. Galiau. ratio meliùs aptata.

*Lãce. Galiau. n. 36. Sed ego ſuprà hãc rationẽ meliùs adaptaui teſtãtis uoluntati, quæ totũ facit. In his enĩ, quæ extra teſtamẽtũ incurrunt, poſſunt res ex bono & æquo interpretationẽ capere. Ea uerò, quæ ex ipſo teſtamẽto oriuntur, neceſſe ſit, ſecũdùm ſcripti iuris rationem expediri, l. In iis, infrà De cõdi. & demõſtr. Licet autẽ Papinianus in. d. l. Cũ filiofamiliâs, in extraneo teſtatore, nõ aũt in parente loquatur: & dubitari non debeat, quin fideicõmiſſi dies in extraneo emãcipatione non cedat, d. l. Fideicõmiſſa. §. Si cui ita, ĩfrà De lega. 3. nihilominus tamẽ inductio nõ eſt inſubtilis. Cõſideremus enim, cõiecturã, quæ fit in. d. l. Mulier, ex pſona matris, euidẽtiùs fieri potuiße in. d. l. Cũ filio, ex teſtantis uolũtate, qui nõ patrẽ ipſum hæredẽ inſtituerat, ſed eius filiũ: ipſumq; patrẽ rogauerat, ut filio poſt mortẽ hæreditatẽ reſtitueret: quæ ſpecies ſuperiori de qua quærimus, iuſtè cõparatur, argu. tex. in. l. In fideicõmiſſi. §. Cũ Pollidius, ſuprà De uſur. ubi Iurecõſultus in matre loquitur, cõiunctis*

*his, quæ*

his quæ reſoluit Ioã.Imo.in princi.pe.col. & Alex.n.20. uerſi. Ponit, cum uerſi.ſequen.in.d.l.Cùm filio. Ergo quemadmodùm in.d.l. Cùm filio fa.pater poſt mortem rogatus reſtituere filio, qui hæres erat inſtitutus, nõ obligatur, eidẽ emãcipato fideicõmiſſum reſtituere: ſic nec pater ab uxore ſua hæres inſtitutus, & rogatus cõmuni filio hæreditatem reſtituere poſt mortem ſuam, rogatus cenſebitur eidẽ emancipato fideicõmiſſum perſol

87 uere. Præterea induco eiuſdẽ Papiniani reſpõſum alterum† in.l.Patrẽ, infrà Quæ in fraudẽ credi.ubi reſpondit, patrem, qui non expectata mor te ſua, fideicõmiſsum hæreditatis maternæ filio ſuo ſoluto à poteſtate reſti tuit, omiſſa ratione Falcidiæ, & plenam fidem, & debitam pietatem ſe quutus exhibitionis, non fraudaſſe creditores. Animaduerto enim, Papinianum non dubitare, utrùm in eo fraus creditorum conſtiterit, quòd pater filium emancipauit: ſed in eo, quòd ſoluto à poteſtate reſtituerit fideicõ miſſum. Sic nãq; alienaſſe uidebatur in fraudẽ: quum reſtituiſſet ei, qui iã capax eſſet acquiſitionis: & quidem uolens reſtituiſset, qui ante mortem obligatus non eſset reſtituere. Et tamẽ reſpõdit, creditores non fraudaſse, quoniam debitã pietatem ſequutus uidebatur. Deniq; cum pietatẽ dixit, oſtendit, patrem nõ fuiſſe efficaciter obligatũ: tametſi debita eſset pietas, id facere, quod uoluiſſe uxorẽ, credibile erat, per tex. omnimodò hic aptãdum in.l.Si ſponſus.§.Si maritus, ſuprà De dona. inter uirum & uxo. Hæc uera eius.l.interpretatio eſt aduerſùs Albe. & Rapha. Cuma. ſentẽtiã inibi. Vt notãdus ſit Maria. Soci.in repe.d.l.Cùm filio fa.uerſi. Primò. n.7. qui quum hoc rectè probaret, non obligari patrem, ſi filium emancipaſſet, contrarium putauit eſse expreſsum in.d.l. Patrem, ſi pater in eo reſponſo rogatus fuiſſet, poſt mortẽ filio maternæ hæreditatis fidei cõmiſsum reſtituere: ideoq; ad alias Accurſij falſas interpretationes in d.l.Patrem, hallucinatus confugit. Cõtra Maria.Soci.

Cautè igitur procedendum eſt in conijcienda teſtatoris mẽte. Arbitror enim, decretum Diui Marci non eſse euidenti argumento, ut eodem

88 exemplo reſpondeatur†, parentem, qui filio hærede inſtituto, uoluit, bona ad eccleſiam pertinere, ſi ea filius ludendo diſſiparet, uoluiſſe ſimili modo ad eandem eccleſiam bona pertinere, ſi filius ea, non ludendo, ſed mercando diſsiparet. Nam & ſi Iacob. & Albe. in.d.l.Si ita liberis, infrà Quando dies lega.cedat, hoc dicant, & fideicommiſſi, ſeu tranſlationis conditionem exiſtere opinentur, dubitari poteſt, utrùm hæc pœna magis Iacob.&Albe.ſentẽtia parũ tuta.

 quàm

*quàm conditio fuerit ex uoluntate teſtantis, quæ † pœnã à conditione ſe-* 89
*parat.l.2.ĩfrà De his quæ pœnæ nomi.proinde pœna impoſita uideatur,*
*non tam diſſipanti filio, quàm diſsipanti per ludum, quem teſtator odio*
*uidetur habuiſſe.*

*Sic etiam quæſtionis eſt, an decreto Diui Marci hodie locus non*
*ſit, & abrogatæ hodie uideantur ſuprà allegatæ leges: quoniã mater poſ*
*ſit filio fideicõmiſsum præſenti die relinquere, quod patri iure poteſtatis*
*non quæratur.l.Cùm oportet.C.De bonis quæ libe. Et Raph.Cuma.in*
*d.l.Mulier, ſcribit, eas leges etiã hodie procedere: quoniã & hodie pater*
*ratione uſuſfructus, adminiſtrator eſt legitimus bonorum aduẽtitiorũ filij.*
*Vnde ueroſimile fit, matrem ita filio reliquiſse, ne pater ratione poteſta-*
*tis, adminiſtrator eſſet legitimus. Facit.l. Scire oportet.§.1.ſuprà De ex*
*cuſa.tuto. Hoc & Alex.probauit in.d.l.Mulier in fine, rationẽ habẽs*
*uſuſfructus, qui patri quæreretur. Sed Charo.Rui.hîc.n.17.contrà ani*
*maduertit: & uſumfructũ, & adminiſtrationem prohiberi à muliere po-*
*tuiſse, authen. Excipitur.C.De bonis quæ libe. Quare cùm poſt mortem*
*patris filio reliquerit, ceſſante ueteris coniecturæ ratione, non uideri fidei*
*commiſſum emancipato præſtandum. Fortu.autem.n.70.in fine cũ ſequen.*
*pluribus uerbis conatur, leges antiquas defendere. Mihi uidetur, contro-*
*uerſiæ locum fore in eo, quod ſupra legitimam portionẽ, mater filio relin*
*queret. Legitima enim portio † adeò ex lege filio debita eſt, ut non con-* 90
*ſentiẽdum matri ſit, adijcere conditionem, qua patris acquiſitionem circa*
*uſumfructum prohibeat: & ſi maximè talis conditio, qua ſi filio fauorabi*

Contra Accur. Bald. Ang. Saly. Ioan. Dile. Nicol. Boer. cũ Bart. & alijs.

*lis uideretur obſeruanda. Nam licet Accur.in authen. Vt liceat matri*
*& auiæ, in princi.in.3.ſcholio, colla.8.expreſſim dicat, huiuſmodi cõditio*
*nem non eſſe reijciendam de legitima portione, & Angel.inibi: & Bal.*
*in.l. Filiæ cuius, in fine.C.Familiæ herciſcũ. Saly.ĩ.l.Filijs matrẽ, in fine,*
*C. De inoffi.teſta.ſcribens, gl.opinionem à maioribus eſſe receptã: & Io*
*an.Dilectus in tracta. De arte teſtã.titu. De lega.caute.16. Nicola.etiã*
*Boeri.in Deciſio.194.ubi ait, hanc Accurſij opinionẽ eſse cõmunem: ue-*
*rius tamen, & receptius eſt, talem cõditionem, aut legem nõ poſse adijci*
*legitimæ portioni. Sentit hoc Iuſtinia.in.d.authẽ. Vt lice.matri & auiæ,*
*in Rub. & in princi. & probauit Bar. in tracta. De duobus fratri.7.q.*
*Idem Bar. Ange. Rapha. Fulgo. Caſtren. & Philip.Corn. in authen.*
*Excipitur.C.De bonis quæ libe. Et uiſus eſt inclinare in hanc ſententiã*

Alex.

*Alex.in.l.Mulier,col.1.infrà Ad Senatusconſ.Trebel.dicens,ſecundùm hoc,aliam receptam opinionem defendi.Idem ſecurè probauit Rui. hic.n.17.& Fabia.in rep.authẽ.Nouiſſima.n.141.C.De inoffi.teſta.Stepha.Bertran.conſi.3.n.fin.lib.1.Dida.de Segu.in repe.l.Vnum ex familia.§.Sed ſi fundum,fol.55.infrà De lega.2.Roder.Suar.in rep.l.Quoniam in prioribus.C.De inoffici.teſta.in.1.limita.ubi cum iudicio tractãs hunc articulum reſoluit,Bartoli,quem ſolũmodò allegauit,placitum eſſe*
91 *uerius.Plus arbitror,†nec quidem gl.opinionem probari poſſe,adhibita* Iacob. de
*diſtinctione Iacob.de Belui.quẽ nemo refert,in.d.princi.Vt lice.matri* Belui. di-
*& auiæ.Is putat,ſi filius aut ĩpubes eſſet,aut minor XXV annis,poſ* ſtinctio re
*ſe matrẽ prohibere acquiſitionem uſuſfructus in legitima portione,eò quòd* iecta.
*tunc manifeſtè appareat,mulierem,ut filio conſuleret,talem adieciſſe conditionẽ.Diuerſum eſſe,ſi filius maior XXV annis fuiſſet:hic etenim propoſitam conditionem non ualere. Ego contrà ſine diſtinctione puto, maritum in legitima portione filio debita,uſumfructum,inuita uxore,habiturum.Nam ſi ex filij fauore penderemus,cõſtaret,remota alia ætatis coniectura,fauorabile ei eſſe,ſi patri non quærat uſumfructũ.Sed nõ eo mouetur Iuſtinianus,quum apertè uult,talem legem in debita portione dici non poſſe,quòd onus filij ſit,ſed magis,quòd onus patris eſſet,carere patriæ poteſtatis emolumento in ea parte,quæ filio per legem deberetur. Sic enim ait:* HOC ENIM EXTRANEIS RELINQVERE POTERANT VNDE NVLLA VTILITAS PARENTIBVS NASCERETVR. *Denique ita interpretan*
92 *dum eſt,†ut quum ante nouam illam Iuſtiniani ſanctionẽ,nemo poſſet prohibere in his,quæ relinquebat,acquiſitionẽ uſuſfructus,quæ ui patriæ poteſtatis fieret,argumen.l.Nemo poteſt,infrà De lega.1.tradit Saly.in.l. Ea lege.n.8.in.8.oppoſi.C.De cõdictio.ob cauſ.nõ ſine ratiõe uideatur diſtincta legitima portio,quæ filio familiâs deberetur,ut in ea ius patris antiquum duret.In alijs autem,quæ non debentur ipſi filio,non æquè uiſa eſt patris iniuria,ſi nouè cõſtitueretur,uſufructu priuari eum poſſe. Denique contra Iacob.de Belui.etiam ſi filius minor annis proponatur,eadẽ ſtat ratio,quòd pater uſufructu priuari nequeat.Idque Iuſtinianus mihi uidetur dicere,quum in uerſicu.Res autem,ſcribit,ſe in maiore & minore annis filio,differentiam feciſſe legitimæ & non legitimæ portionis.Secundùm quæ,in eo,quod ſupra legitimã portionem filio mater relinqueret,uolũtatis coniectura faciẽda eſt.Et ſi filium hæredem feciſſet ex beſſe,hoc eſt,*

*ex legitima*

*ex legitima portione, ſecundùm huius Regni conſtitutionem, fratrem uerò ex triente, eumq; rogauerit, filio, qui ſub mariti poteſtate eſt, hæreditatem poſt eius mortem reſtituere, difficile eſt, ut emancipato filio, uel per contractum matrimonij, ſecundũ mores Hiſpaniæ, ſui iuris effecto, auũculus repræſentare fideicõmiſſum ſtatim debeat. Nam non uidetur mulier, fratrem ſuum feciſſe hæredem fiduciarium, quæ filio eam hæreditatis partem potuit relinquere, patri nullatenus acquirendã. Proinde quũ ad mariti mortem ſe retulit, nõ intelligitur illo duntaxat nomine, caſum mortis cõſideraſſe, quòd filius, morte patris, ſui iuris eſſet efficiendus: ſed magis ſecundùm uerba, à quibus nõ temerè recedẽdum eſt, incertum fideicõmiſſi diem cõſtituiſſe. Nec diuerſa ſententia probanda erit in illa cõditione, ſi morte patris, ſui iuris effectus fuiſſet: eò maximè quòd in his ſpeciebus ceſſare uidetur coniectura, quæ decreto Diui Marci expreſſa eſt. Siquidẽ debuit mater credere, filium à patre uel emancipãdum, uel certe matrimonio coniungendum ex ipſius mariti, atq; adeò † cõmuni parentũ uoto. l. Liberorũ, infrà de uerbo. ſigni. l. pen. §. 1. ſuprà Quod falſo tuto. l. Mulier. §. Cũ proponeretur, infrà Ad Senatus cõſ. Trebel. Quare quũ fideicommiſſum in mortalitatem diſtulerit, nõ auderẽ dicere, uiuo marito, id peti poſſe. Quòd ſi mulier fratrem hæredem rogaſſet, ut filio, ſi eſſet emancipatus, fideicõmiſſum reſtitueret: quæ ſpecies eſt. l. Si mater. C. De inſti. & ſubſti. hic Fortunij ſententia poteſt admitti: & ea lex etiam hodie procedat, quaſi mater curaſſe intelligatur, ne in poteſtate mariti cõſtituto filio fideicõmiſſũ deberetur. Deniq; quanquàm uoluntaria ſit conditio, ex uoluntate tamen extitiſſe uideatur, quoquo modo filius à patria poteſtate liberetur: ideõq; in donatione cauſa mortis, & inter uiuos debeat obtinere. l. fin. C. De dona. quæ ſub modo.*

Noua opinio.

93

DVODECIMO *allegatur † tex. in l. Commodiſſimè, ſuprà hoc tit. ubi ſi quis poſthumũ ita inſtituat, ſi me uiuo naſcetur, nõ intelligitur inſtitutus poſthumus, qui mortuo teſtatore natus ſit: ſicuti è cõtrà nõ uidetur inſtitutus, qui natus eſſet uiuo teſtatore, quum conditio talis fuiſſet, ſi poſt mortem meam naſcatur. Vnde agnatione poſthumi præteriti rumpetur his caſibus teſtamentum, etiam † ſi poſthumus in continenti, poſtquàm perfectè natus eſt, uita deceſſerit. l. Quod certatũ, in fine. C. De poſthu. hære. inſti. ubi Chriſtianus Imperator paganorum opinionem ſequutus, nõ uidetur æſtimaſſe, quòd poſthumus ſine nomine, ſine ſacro baptiſmate mortuus*

94

95

tuus eſſet. Idq́ꝫ ex facto conſultus reſpondit. Philip. Corn. conſi. 126. n. 12. lib. 2. in Regno Caſtellæ minimè obſeruandum, propter Regiam Tauri Legem. xi. qua contrarium eſt conſtitutū. Sic ex. d. l. Cōmodiſſimè, apparet, inſtitutionem factam in unum caſum, ad alium non extendi, nec quidē fauore teſtamenti. Quem articulum Bar. in prīci. huius. l. n. 9. & hic. n. 3. ſed & Poſteriores omnes uarijs modis conati ſunt explicare.

Ego aliorū traditionibus prætermiſſis dicerē, cōditionis uim ſemp. hāc eſſe, ut aliquē caſum excludat, quo teſtator uoluit deficere cōditionē, arg. nota. in. l. Ex facto. § . fina. infrà Ad Senatus conſ. Trebel. Vt igitur demus, ſimiles caſus per conditionem non excludi, priùs oportet conſtituere, quis caſus per conditionem ſit excluſus: tunc demū tractari poterit de ſimilibus, qui non uideātur excluſi. Nam et per dictionē taxatiuam, cōſtat ſimiles caſus non excludi: & tamen nemo dubitaret, dictioni taxatiuæ priùs eſſe dandum, quem caſum excludat. Secundùm quod, in propoſito poteſt dici, quum teſtator ita poſthumū hæredē inſtituit, ſi me mortuo naſcatur, euidenter hoc uoluiſſe, ut ſi uiuo ſe naſceretur, non eſſet inſtitutus: nec enim alius caſus eſt, qui poſſit uideri per conditionē excluſus. Sic poſthumus ex uoluntate teſtātis præteritus deprehēditur: ne alioquin cōditio nullā ui habeat, & ſupuacuò uideatur adiecta. Hoc ſenſu accipio. l. Cōmodiſſimè. Noua interpretatio.

96 Ergo ſi teſtator ita conditionem adſcripſiſſet: † ſi filius, uel filia intra decem menſium ſpatium poſt mortem meam naſcantur, hæredes ſunto: uel ita: filius uel filia, qui intra decem menſes &c. rectè conſtitutum eſt, nō uideri præteritum, qui uiuo patre naſceretur. l. fina. C. De poſthu. hære. inſti. Siquidem ea uerba, poſt mortem, nō eo propoſito uidentur adiecta, ut caſum excluderēt, quo, ſe uiuo, filij naſcerētur: ſed magis quia teſtator putabat, filios, ſi naſcerētur, poſt mortem naſcituros, ſecundùm receptiorē ſententiam. Aut (quod probabilius eſt, & abſq́ꝫ diuinatione dicitur) interpretamur, teſtatorem, quum & filium & filiam, qui intra decem proximos menſes poſt mortem ſuam naſcerētur, hæredes inſtituit, hoc curaſſe, ne agnatione ſui hæredis filij filiæué rumperetur teſtamentum, quòd tam latam inſtitutionem fecerit. Non debuit igitur pœnam præteritionis pati, qui filios ſuos non præterijt. d. l. fina. in fine. Nam quod poſt mortem dixit, ſolenni teſtantium more dixiſſe creditur: ut excluderet eos, qui nati poſt decem menſes, ex alio concepti uiderentur, argumen. noſtræ. l. in princi. Quæ interpretatio Chriſtopho. Caſtelli. ſunt in. d. l. Cōmodiſſimè,

*mè, laudata ab Iaſo. inibi. n. 8.*

*Ex his etiã colligitur† explicatio. l. Si quis ita, infrà De uulga. & pu* 97
*pil. ubi ſubſtitutio facta intra certum tempus, ad aliud non extenditur. Nam quum ita concepta eſt in ſecundis tabulis inſtitutio: ſi impubes filius intra. xij. ætatis annum uita deceſſerit: conditio caſum neceſſariò excludit, quo poſt annum duodecimum moriatur pupillus. Nec enim alia ratione uideri poteſt teſtator, in ea conditione ætatem taxaſſe, quàm ut poſt eam, moriente filio, ſubſtitutio locum non haberet. Ergo & ſi demus taxatum eſſe tempus aliqua alia ratione, admittendum eſt, poſſe cõditioni, uel diſpoſitioni locum eſſe, etiam poſt tempus, facta uoluntatis coniectura. Vt putà in princi. huius. l. ſubſtitutio concipitur, ſi filius meus me uiuo morietur, tunc ſi quis mihi ex eo nepos, ſiue quæ neptis poſt mortem meam in decem menſibus proximis, quibus filius meus morietur, natus natáue erit, hæredes ſunto. Pone poſt decẽ menſes, quibus filius mortuus eſſet, nepotẽ teſtantis ex eo filio natum fuiſſe: non dubiè reſpondebimus, hũc quoq; ſubſtitutum uideri, ſi appareat nepotem eſſe, nec ambigatur, quin conceptus fuerit ex filio, ſecundùm Accurſij receptam ſententiam in princi. huius l. in fine ultimi ſcholij: quoniam uidelicet conditio decem menſium, ad eorum excluſionem pertinebat, qui nati poſt decem menſes, non uiderentur ex filio eſſe concepti.*

Iaſ. & Lãce. Galiau. ratio meliùs aptata.

VLTIMO SVPEREST NOSTRI *§. ſpecies: in qua ſecundùm receptiorem opinionẽ inſtitutio poſthumi nepotis facta ſub conditione, ſi filius, qui eum præcedebat, uiuo teſtatore decederet, ex uoluntate locum habet, quibus caſibus idẽ filius ſuus hæres eſſe deſijſſet: quòd hi caſus expreſſo ſimiles reputentur, ideoq; per conditionem excluſi non uideantur. Planè, ſi filius teſtatori ſuperuixiſſet, inſtitutionis conditionem defeciſſe conſtaret: hic enim caſus propriè erat, quem per conditionem teſtator uoluit excludere. Sed an hoc procedat indiſtinctè, ideſt, etiam ſi filius à patris hæreditate ſe abſtineat, quæritur. Et quanquam hodie poſthumi nepotis inſtitutio poſſet ualere, qui ſuus hæres in hac ſpecie non foret, in princi. inſti. De bono. poſſeſ. ex uoluntate tamen† admittẽdus* 98
*non eſſet: quoniam inſtitutus creditur, quo caſu rumperet præteritus, ſecundùm gl. ſubtilem in. l. Si mater. §. 1. infrà De uulga. & pupilla. cuius ſententiam receptam eleganter tractauit hic Ruinus. n. 88. & . 89.*

*Nec quo minùs ſimiles caſus admitterentur in propoſitis ſpeciebus,†* 99
*quidq;*

quidquam fecit, quòd teſtator iuxta Galli Aquilij formulam, uſus eſſe proponitur dictione, tunc. Simili namq; modo interpretamur, diſſimilem caſum per eam dictionem excluſum: non uerò ſimilem. Idq; ex hoc. §. coniuncto. l. principio collegit hic Lancel. Galiau. n. 14. & Andr. Alci. lib. 3. De uerbo. ſignifi. char. 63. inducentes ad hoc idem tex. in. l. 1. infrà. De uulga. & pupilla. ubi & Franciſ. Ripa. n. 169. aduerſùs reſolutionem Philip. Dec. conſi. 63. Et ſanè quòd dictio, tunc, non mutet interpretationem uoluntatis, grande præiudiciũ adferre poteſt Centumuiralis iudicij auctoritas. Nam quum in teſtamẽto ita ſcriptum eſſet: ſi mihi filius gignitur, iſq; priùs moritur, quàm in ſuam tutelã ueniat, tũ ut ille mihi ſit hæres: & deinde mortuo Coponio teſtatore, filius natus nõ eſſet: obtinuit cõtra Quintum Scæuolam Lucius Craſſus, ſubſtitutionem ex uoluntate, ad hunc quoq; caſum producendam: uti Cicero refert lib. 2. De inuentio. nec aliquid mutauit dictio, tum, quam idem Cicero expreſſit lib. 2. De oratore. Deniq; non dubito, quin hoc ita recipi debeat. Siquidem Petrus ab Anchar. qui allegatur conſi. 356. Ex ſerie teſtamenti. n. 3. alio caſu loquitur, id eſt, quum teſtator dixit: tunc & eo caſu. In qua ſpecie receptum ui-
100 detur, † ſubſtitutionem non extendi ad caſus ſimiles, ex Bal. ſententia cõſi. 57. Item inſtituo. n. 2. lib. 2. & aliorũ, quos Dec. allegat conſi. 316. De qua tamen ſententia Alciatus non immeritò dubitauit ubi ſuprà. Certè Domini de Rota iudicando ab ea receſſerunt Deciſi. 1. De teſtamen. in nouiſſimis per Caſſado. collectis.

Sequitur uidere, quo uolũtatis argumẽto creditur teſtator, qui in mortis filij caſum, nepotis inſtitutionem concepit, inſtituere eum non minùs uoluiſſe, ſi filius de medio ſublatus eſſet per deportationẽ. Verba enim conditionis, mortem duntaxat naturalem continebant. Et Bar. hic. n. 2. ex Petri doctrina colligit, hanc eſſe conditionem neceßariam ad ipſum actum: ideo non referre, ſi modo caſus æquipollens contigiſſet. Nam ad hoc (inquit) ut ſubſtitutio uulgaris locum habeat, neceſſe eſt, quòd inſtitutus non ſit hæres: ſi ergo unus caſus mortis exprimitur, per quem hæres eſſe non poteſt, porrigitur ad alium ſimilem: Hæc Bar. Cuius traditio non eſt Cõtra Bar.
iuſta: & fortaße Petrus aliter intellexit. Nam primùm Scæuola hic non ſolùm de ſubſtitutione uulgari, ſed & de conditionali inſtitutione agit,
101 quum de nepote loquitur, ſecundùm ea, quæ ſuprà oſtendimus. Nec † pro- Cõtra Philip. Dec.
banda eſt Decij opinio in. l. Quamuis. n. 1. C. De impube. & alijs ſubſti.

distinguentis

diſtinguentis ſubſtitutionem ab inſtitutione conditionali: uerius enim eſt, utroq; caſu ex uoluntate ſimiles caſus pro conditione admittendos. Ad hæc ſi ex Bart. traditione pendeamus, iam prope erit dicere, † omnem con ditionem neceſſariam eſſe ad actum: quia omnis diſpoſitio conditionalis, ſuſpenſa eſt in conditionis euentum: nec aliter habere locum poteſt, quàm ſi conditio exiſtat. Meliùs igitur docuiſſet Bar. conditionẽ eſſe neceſſariã ad actum, ſine qua actus fieri non poſſet: proinde quia inſtitutio poſthumi nepotis iure non ualebat, niſi ſuus naſceretur, conditionem illam: ſi filius meus me uiuo morietur, neceſſariam fuiſſe ad inſtitutionẽ nepotis. Et ita contra Bar. Mari. Salo. rectè notat. n. 47. in fi. Sed & ipſe Bar. hoc ſenſu neceſſariam conditionem rectiùs accepit. n. 3. uerſi. Oppono ad iſtud: ubi intellexit, hanc conditionem non eſſe hodie neceſſariam: quòd iam † poſthumus, qui ſuus hæres non naſcitur, poſſit iure ciuili legitimus hæres fieri, in princi. inſti. De bono. poſſeſ. 102 103

Quæremus itaq; an hodie nepotis ſubſtitutio in caſum mortis filij concepta, locum habeat, ſi pater non morte, ſed deportatione locum filij amiſerit. Et reſpondendum eſt, quanquàm non tam euidens ſit coniectura ut olim erat, ex uoluntate tamẽ admittendum nepotem, eò quòd inſtitutus uideatur quibus caſibus rumperet præteritus. Quẽadmodũ olim qui Legis Velleiæ conſilium ſequutus, in caſum mortis filij nepotem iam natum ſubſtitueret, ſubſtituiſſe uideretur, et ſi filius uiuo teſtatore deportatus fuiſſet. Sed & ſi alium, qui rumpere nequeat, teſtator ſimili modo uel filio, uel alij cuiuis hæredi inſtituto uulgariter ſubſtituat, coniectura quidem multò fit obſcurior: ſed tamen receptum eſt, cõditionem, ſi hæres inſtitutus uiuo teſtatore decedat, ad alias ſimiles porrigendam, ſecundùm illam traditionem, qua definitum eſt, ſubſtitutionem uulgarem in unum caſum cõceptam, ad ſimiles extendi, ex Bar. doctrina hîc. n. 2.

Vnde ſi † teſtator fratrem hæredẽ inſtituit: & ſi ſe uiuo moreretur, uulgariter & per fideicõmiſſum Præfectos hoſpitalis ſubſtituit: deinde mortuus eſt, uiuo adhuc fratre hærede inſtituto, qui huius rei per abſentiã inſcius, relictis filijs, peregre deceſſit: quæſitum eſt, an cõditio ſubſtitutionis defecta uideretur. Et licet ſecundùm uerba defectam eſſe conſtaret, quia ſcilicet inſtitutus hæres, uiuo teſtatore, nõ deceſſerat: at ſecundùm uoluntatem, quæ præualere debuit, extitiſſe tacitam conditionem reſponſum eſt. Illa enim conditio, ſi ſe uiuo moreretur, excludebat caſum diſſimilem, 104

ſi frater

ſi frater inſtitutus ſuperuiueret, & hæres eſſet. Porrigebatur autē ad ſimiles caſus, & idcirco ad hunc, quo ſuperuixit, nec tamen hæres extitit: quaſi teſtator non alia ratione conditionem expreſſerit, ſi ſe uiuo frater moreretur, quàm quia tunc hæres eſſe nō poſſet. Et ita ſecūdùm hoſpitale, contra filios hæredis inſtituti, reſpondit ex facto conſultus Rapha. Fulg. uti ipſe refert in.l.fina.n.2.C. De inſti. & ſubſti. quem Iaſ. probat, in. l.1. n.38.infrà De uulga. & pupil. Et in.l.Cùm proponas.n.8.C. De hære. inſti. Sed horum opinionem ridiculam eſſe, ſcripſit Andr. Alcia.li.3. De uerbo.ſignifi.char.68. Contendit nanq;, diſsimiles eſſe caſus: idq; ita colligit. Nam ſi uiuo (inquit) teſtatore, frater decederet, nō potuit hæres eſſe, nec alium hæredem facere. Vbi uerò teſtatori ſuperſtes fuit, & poſt eū deceſsit, ſubſtitutio ceſsat: quoniam licet non adita hæreditate deceſſerit, alium tamen hæredem fecit, ideſt, filios ſuos, in quos ius adeūdi tranſmiſit. Itaq; non uidet, cur hoſpitale excludendum non ſit: quum ſi hæres inſtitutus repudiaſset hæreditatem, non dubitaretur, ſubſtitutioni locum fore: quòd is caſus ſimilis eſſet expreſſo.

Ego autem Fulgoſ. & Iaſonis ſententiam in primis ridiculā eſſe nego. Præterea uereor, ne acutiſſimi ingenij, & meritò āte alios excellēs Alciatus, nō perſpexerit, ius adeundi in fratris filios trāſmitti non potuiſſe, ut eſt notiſſima iuris regula.l.unicæ.§. In nouiſſimo.C. De cadu. tollen. quæ *Alciati propria Laus.*
105 planè locū habet † in fratre hærede inſtituto. Nec enim poteſt, in liberos ſuos tranſmittere non aditam fratris hæreditatem, qui fratri non ſit hæres ſuus, nec neceſſarius.l. Quoniam ſororem.C. De iure delibe. nec quidē ra-
106 tione ſanguinis Nam † quum fratris, non parentis hæreditas proponatur, ceſſat ex ea parte trāſmiſſio.l.unica, & quod ibi nota.C. De his qui ante
107 aper. tabu. Sed † nec potuit induci in hac ſpecie trāſmiſſionis beneficiū, quod intra annū deliberandi, moriēte hærede, ſucceſſoribus eius datum eſt. Siquidē delatæ ſibi hæreditatis inſcius, non potuit uideri, intra deliberādi tempus diem ſuum obijſſe.l.Cum antiquioribus, ubi omnes hoc ita docent, C. De iure delibe. Igitur in ea opinione ſum, ut aduerſùs Alciatum putē, hoſpitale non eſſe excludendum: nec minus exiſtimē aduerſùs Fulgoſ. & Iaſonis ſententiam, filiorum fratris potiorem cauſam in iudicio futuram. Intelligo enim in propoſita quæſtione, quum frater hæres non fuerit, nec alium moriens hæredem fecerit, hæreditatem hoſpitali ex ſubſtitutione delatam eſſe: & quaſi delatā ab eius Præfectis acquiri potuiſſe. Sed tamē *Noua opinio contra multos.*

aduerto,

aduerto, ſpeciali beneficio poſſe ſuccurri hæredibus eius, qui abſens ignorauit, delatam ſibi hæreditatẽ, & eius rei inſcius uita deceſſit. Hi etenim ſiue liberi eſſent, ſiue penitus extranei, intra ſolenne quadriennium, aduerſùs hoſpitale impetrabunt reſtitutionem in integrum: cuius conſideratio † 108
non potuit impedire, quin ius adeundi amiſſum ipſo iure, ad ſubſtitutũ trãſiret. Nam & ſi fratri nulla eſſet facta ſubſtitutio: & defunctus teſtator alterum ſuperſtitem fratrem reliquiſſet, nemo dubitaret, † hæreditatem ab inteſtato delatam eſſe huic fratri legitimo hæredi, ſimul & ipſis 109
fratris inſtituti filijs, iuxta. §. Si igitur defunctus. 2. in authẽ. De hære. ab inteſta. uenien. colla. 9. coniuncta gl. traditione in. l. 2. §. Expectandi, in uerb. repudiauerĩt, infrà De bono. poſſeſ. ſecũ. tab. Bar. in. l. 1. n. 19. infrà De uulga. & pupilla. Proinde fratris, qui inſtitutus fuit, hæredes liberi neceſſe haberent, quò patruum excluderent, ad teſtamenti cauſã reuerti, implorata reſtitutione in integrum, uidelicet † propter læſionẽ defuncti, 110
qui per abſentiam ignarus hæreditatem ex teſtamento non adierat, ſecundùm receptiorem ſententiã in. l. Panthonius, per eum tex. infrà De acq. hære. & ea quæ tradit Alex. conſi. 20. n. penul. in fine lib. 1. Philip. Cor. in. l. Si infanti. n. 5. C. De iure delibe. Soci. in. l. Qui duos, n. 25. infrà De rebus dubijs.

CAETERAS AVTEM VOluntatis quæſtiones ſingulares, apud Neotericos legendas relinquimus: ut noſtra hæc commentaria proprium illud ſibi uendicent: quòd et ſi materia à tot præſtãtiſſimis auctoribus non ſine apparatu fuerit tractata: hîc tamen nihil ferè, quod alij egerint, actũ eſt.

Laus Deo.

# Eiuſdem Emanuelis Coſtæ

## IVRECONSVLTI DE CONIMBRICENSI ACADEMIA à Sereniſsimo Luſitanorũ Rege IOANNE huius nominis .III. feliciter inſtituta, Carmen.

REX erga ſuperos nulli pietate ſecundus
IOANNES: Rex Idem hominũ, pater optimus Idẽ
Oceani latè Dominus, quem Maurus & ipſe
Turca quoq;, accepta gemina iam clade, tremiſcit.
Primus ab hoc Regno ſtatuit conuellere crimen
Infidis abſtruſum animis gentemq; nefandam
Reſtituit cœlo: tandemq; agnoſſe coegit,
Iam ueniſſe Deum, puro de VIRGINIS aluo
Natum: quò generi humano reſeraret Olympum.
Scilicet huic Arabes, Perſas, Garamantas, & Indos
Inuicta uirtute domat. Neq; ſufficit unus
Orbis: Alexandrum ſuperans ignota requirit
Littora, & ignoto dominatur Claſſibus orbi.
His impune tulit nunquam ſeſe obuius hoſtis
In medijs arſurus aquis. His alta reſidunt
Æquora. Dat ſignum Triton, quo pontus & undæ
Audito ſternuntur: adeſt in tempore totus
Nereidum chorus, ipſe etiam Regnator aquarum
Neptunus, proraſq; trahunt, ubi ſydera deſunt.
Quin & iurati pelago dant proſpera uenti
Flamina: eunt tutis uictricia ſigna carinis.
Quid referam Diuis erecta immania templa?
Vtq; nouis undis ſitientem impleuerit urbem?
Ardua marmoreis tercentum elata columnis
Machina præcelſis totidem ſe librat in altum

Arcubus:

*Arcubus: atq; Eboræ ſic mœnia tranſilit urbis.*
*Stant moles: Veneri credas ſudaſſe Cyclopas,*
*Grande opus: aerijs ductantur molibus undæ.*
*Iam qua iuſtitia populos in pace gubernet,*
*Elatosq; potentum animos contundat, & imis*
*Eſſe pares faciat, quis digno carmine poſſit*
*Exprimere? Ad profugas conuerſa Aſtrea ſorores*
*Aurea ſub noſtro renouari Principe ſæcla*
*Aſſerit: & miros terrarum iniectat amores.*
*Idem lyſiadum Mauortia corda ſuorum,*
*Quò paci propiora forent, mollire triumphis*
*Inſtituit ſophiæ, & bellorum auertit amorem.*
*Nam quà ſe placido diffundit in æquora curſu*
*Munda inter uirides campos, frondesq; Mineruæ:*
*Quà uolucres uario clementem gutture mulcent*
*Aethera, certatim replicat philomela querelas,*
*Ingenti ueteres ſumptu renouauit Athenas:*
*Eximioſq; uiros, qui ſacra arcana reuelent,*
*Pontificum Decreta, & Legum ænigmata pandant:*
*Qui morbos abigant, & barbara uerba, docendo,*
*Imperat acciri. Merces proponitur illis*
*Magna: ſed eſt maior Regi placuiſſe benigno*
*Gloria. Complutum linquunt, & Thormidos undas:*
*Italiæ fines linquunt, Sequanæq; fluenta.*
*Deniq; & Aoniæ linquunt Helicona ſorores.*
*Regia ſic docto Conimbrica uertice cœlum*
*Tangit, & innumeris iam ciuibus aucta ſuperbit.*

*FINIS.*

# Duardus Nonius Eborenſis

## CANDIDIS LECTORIBVS. S.

CVM NIHIL IN IVRE CIVILI ſit, lectores cādidiſſimi, quod vel plus vtilitatis afferat Reipublicæ, vel maius negotium Iuriſperitis faceſſat, quam vltimarū voluntatum cognitio: nihil, cuius vſus frequentior, & vnde hominum facultates magis pendeant: non iniuria optimi quiq; Interpretes in hac parte explicanda ſumme laborarunt, vt quæ cæteris omnibus maiorē opē requirere videbatur. Rurſus vero cum nulla huius tractatus pars ſit ſubtilitate & difficultate celebrior, quam Galli Aquilij conſilium de nepotibus poſthumis inſtituendis, in eum omnes potiſſimū ſcopum neruos intenderunt, vt & ingeniorum dexteritate, obſcuriſſimæ materiæ lucē afferrent, & in re difficillima, tanq̄ Lydio lapide, quantū quiſq; valeret ingenio, poſſet indicare. Quorum ſane diligentia vt ſummis laudibus efferēda eſt, ita celeberrimi Iureconſulti Emanuelis Coſtæ felicitas eſt admiranda: qui has omnes difficultates, omnes errores, æſtus, & tenebras, quæ vel doctiſſimis offundi ſolebant, ingenij præſtantia & facilitate, ita diſcuſſit & illuſtrauit, vt nihil iam Iurisprudētiæ ſtudioſis, in quo ſubſiſtāt, reliquū ſit. Cuius opera tot tantaq; in Iure ciuili incognita, in lucem edita ſunt, tot communi omnium Iuriſperitorum calculo, falſo comprobata, genuino & vero ſenſu intellecta, vt nihil ſit in ſanctiſſimarum legum diſciplina tam arduū, quod explanari, nihil tam abſtruſum & reconditum, quod tum ex his cōmentarijs, tum ex multis, quæ propediem in publicum emiſſurus eſt, nitori proprio reſtitui, non poſſit. In qua re Antiſtij Labeonis Iureconſulti exemplum ſequi maluit, quā Ateij Capitonis. Hic enim in eis, quæ a præceptoribus ei tradita fuerunt, conſtanter perſeuerauit, alienis veſtigijs ſemper inſiſtendo: Ille ingenij præſtanti fiducia, multa in Iure ciuili noua inuenit, quæ & Reipub. vtilitatem, & ipſi nomen pepererunt. Iam vero q̄ firmis rationibus ſua aſtruat, quo iudicio aliena confutet, quanta deniq; Latini ſermonis puritate & caſtimonia ſcribat in re, quæ ſermonis delicias non admittit, veſtrum ſit iudicium. Hoc vero quanto cōmodo ſtudioſorum fiat, nemo eſt, dūmodo in barbariei verba non iurauerit, qui non intelligat. Ita tamen ſtylum tēperauit, vir alioqui in literis politioribus eruditiſſimus, & in carmine cū veteribus conferendus, vt nec delicatæ elegantiæ homines ei diem dicere poſſent, nec rurſus imperitioribus difficilem ad ſe aditum præberet. Quod vero ad allegationes attinet, tanto ſtudio breuitatem affectauit, quanto alij

textus, gloſſemata, & integra auctorum dicta, parum nonnunq̃ ad rem fa-
ciẽtiã, quo, vt Poeta ille inquit, pagina turgeſcat, ſuis libris aſſuunt: vnde in
genijs noſtris tãta acceſſit calamitas. In quibus ſi, vt in vitibus fit, ſuperflua
ãputarentur, Deus bone, quãto vberiores fructus ex reliquis ꝑciperemus.
Quod vtinam veteres Interpretes factitaſſent: præclarius enim cũ ſtudijs
noſtris actũ fuiſſet. Spero tamen, quando ſummi viri Iurisprudẽtiam cum
bonis literis coniungere cœperunt, futurum, vt diſſipata eius membra in
artem aliquando redigantur. Sed iam ad inſtitutum meum venio. Cum igi
tur Auctor, commiſſis iam prelo hiſce commentarijs, in Curiam iter para
ret, nec, abſente illo, progredi Typographi poſſent in re, quæ oculum do-
mini maxime deſiderat: ne diutius veſtram expectationem differret, eam
prouinciam mihi tradidit: vt mea opera vicaria, & ſtudijs veſtris, & fami-
liaribus etiam rebus, quæ eum hinc auocarunt, inſeruire poſſet. Id quod nõ
grauate ſuſcepi. Nam præterquam quod præceptori de me optime merito,
& cui non vulgaris amoris vinculo ſum coniunctus, obſequebar, communi-
bus etiam veſtrum commodis, mea opera cõſultum iri videbam. Quo cir
ca dedi operam, lectores optimi, vt neq; illius de me fiduciam, neq; veſtrã
vtilitatẽ fruſtrarer. Sic enim opus caſtigate excudẽdum, poſtpoſitis nõ ſe-
mel ſtudijs meis, curaui, ſic recognoui, vt iniuncto munere non male perfũ
ctus mihi fuiſſe videar. Præterea quoniam in ſtudijs nihil paruum eſt, dum
modo ea vtcunq; adiuuet, Indicem vobis concinnaui, eo ordine digeſtum,
vt citra longiorem inueſtigationem, vnumquodq; thema poſſit inueniri.
Quicquid vero in his laboris ſuſcepi, veſtræ vtilitati dicatum volo. Sat enĩ
magnũ mihi præmiũ fuerit, vobis vel tantillũ profuiſſe. Legite igitur,
& iam cum Gallo manus conſerite: nec vos aliquid deterreat. Nihil
enim tam inexpugnabile eſt, quod in deditionẽ nõ veniat, ſi mo
do vobis Coſtam ducẽ adhibeatis. Gratulemur interim Co-
nimbricenſi Academiæ, quæ cum Inuictiſſimũ Regem
IOANNEM. III. inſtitutorem, fautorem, & pa
tronum habeat, adeo literarũ gloria ſe ſe extulit, vt
florentiſſimũ Luſitanorum Imperium, tot triũ
phis cœptum, tot nationibus tamq; procul
diſſitis extenſum, non modo armis deco-
ratum, ſed & legibus armatum, ſed &
omni diſciplinarum genere excultũ
cõſpiciatur, & prædicetur. Valete
lectores humaniſſimi, & qua
lencunq; hanc noſtrã opel-
lam boni æquiq; facite.

Conimbricæ. XV.
KALEND.
APR.

M. D. XLVIII.

# Index rerum in hiſce commentarijs contentarum, cuius prior numerus paginam, poſterior numerũ indicat.

AB INTESTATO quaſi ſuus hæres ſuccedit, cui ante eum alij nõ eſt delata hæreditas. 150. 216.
Accreſcendi ius quale erat quod ſuis hæredibus prę teritis olim dabatur. 94. 36.
Accreſcēdi ius olĩ præteritis ſuis hæredibus iure ciuili cõceſſum non rũpebat omnino teſtamentũ: nec inteſtatum faciebat patrem familiâs. 94. 38.
Accurſij ſententia quæ fuerit, & quomodò defēdi queat in. l. Gallus. §. Quidã rectè in fina. ſcholio infra hac. l. 114. 113.
Adiecto ſolutioni non poteſt ſolui, ſi poſt ſtipulationē deportatus fuit, nec mutat quòd deportatiõis tēpore ſtipulator vita deceſſerit 41. 28.
Adiecto ad ſolutionem nullum ius quæritur. 187. 12.
Adiecto ad ſolutionem pupillo poteſt promiſſor rectè ſoluere, ſine tutoris auctoritate. 194. 31.
Adiecto ad ſolutionem pupillo, ꝑmiſſor non liberatur ſoluēdo tutori ipſius. 194. 32.
Adoptio dicitur, & vinculum contrahitur, quod emancipatione diſſoluitur, cùm filius familiâs à patre datur in adoptionē alicui extraneo. 72. 154.
Adoptiuis filius etiam hodie nouo iure trãſit in extranei patris adoptiui poteſtatem, ſi eum auus in adoptionem dederit, cui ſuus hæres, præcedente patre non potuit exiſtere. 168. 19.
Adoptiuos liberos dicimus, non minùs quã filios. 203. 56.
Aemulatio inter pares facit indignationem 69. 143.
Aequitas. l. Poſthumus. ff. De iniuſto rupto, per interpretationē eſt adiuuanda. 113. 111.
Aetatis incertum tempus legatum facit conditionale. 201. 49.
Agnatus patri filius eſt, & nepos ex filio ſuſceptus. 170. 21.
Agnatus eſt, præteritum à verbo Agnaſcor, quid ſignificet. 170. 22.
Agnatorum, quibus legitima portio non debetur, mentio non eſt facienda in præcũ libello. 71. 149.
Agnatorum mentio non videtur neceſſariò fieri debere in præcibus, quibus pro diſpēſatione ſupplicatur. 72. 159.
Agnatorum reſpectus aut nullus apud Principem eſſe debet, aut tam tenuis, vt nõ officiat gratiæ: 72. 160.
Agnatione cuiuſcunq; ſui hæredis teſtamentum rumpebatur, nec intererat maſculus eſſet an foemina, filius an nepos. 93. 29.
Aliqua pars, ad minimã etiã refertur. 5. 4.
Amor deſcendit. 69. 142.
Ante hæredis inſtitutionem, inutiliter iure antiquo plæraq; teſtamento diſponebantur. 105. 85.
Archiguberni, Nauarchi, et Trierarchi claſſiũ iure militari teſtari poſſunt. 19. 63.
Argumentum ab inferiore ad ſuperius affirmatiuè conceptum non valet. 62. 112.
Arrogatio filij, vtrùm eo nomine poſſit infirmari, quòd arrogator præcibus non explicauit, eſſe ſibi matrem legitimam hæredem. 70. 145.
Arrogatio emãcipatum filiũ nõ reponit in locũ priſtinũ: quia in cipitī poteſtate eſſe quaſi adoptiuus, nõ quaſi naturalis. 87. 6.
Aſſignatio liberti facta à patre filio fa. euaneſcit, ſi filius poſtea emancipetur. 79. 16.
Arrogationis reſcriptũ nõ poteſt facere legitimos, ſpurios, nec naturales filios. 60. 102.

B

BArt. quomodò intelligēdus ſit in. l. fin. n. 7. C. De ſententiam. pas. 47. 52.
Bart. in. l. 3. §. fi. ff. De adimē. leg. quomodò intelligendus. 134. 185.
Bonorũ. poſſeſ. cõtra tab. accepta, ſcriptus heres adire hæreditatē iure ciuili potuit ex teſtamēto: & ꝑinde cõfirmare teſtamētũ quo ad exhæredatiões, ſubſtitutiones pupillares, directas liberta. et tutelas. 118. 122
Bonorũ poſſeſſione contra tab. accepta, ſcriptus hęres, qui adeundo nihil laturus erat ex hæreditate, beneſitium adeundi, & repudiandi potuit vendere. 118. 123

Bonorum poſſeſſione contra tab. accepta, iudicium magis teſtantis reſcindi dicitur quàm ipſum teſtamentum. 118. 124.
Bonorum poſſeſſio contra tab. non ſatis ꝓpriè connumerata eſt inter ſucceſſiones īteſtati in l. Vt liberis. C. De colla. 119 130
Bonorum poſſeſſio contra tab. ius ſuccedēdi eſt, non tantùm reſcindendi. 121. 136
Bonorum poſſeſſio Vnde lib. non poteſt dari ei, qui iure bonorum poſſeſ. cōtra tab. accepit. 121. 137.
Bonorum poſſeſſio contra tab. qua ratione filio familiâs dari videatur. 122. 141
Bonorum poſſeſſio regulariter agnoſci non poteſt vltra centum dies. 122 145.
Bonorum poſſeſſione contra tab. acepta, ſubſtitutionem pupillarem ſine Pr ę toris auxilio conſeruari. 123. 146
Bonorum poſſeſſio contra tab. ab emancipato legitimè præterito accepta, an reducat rē ad cauſam inteſtati. 129. 169
Bonorum poſſeſſionis contra tab. ab emancipato legitimè præterito acceptæ, quæ nā hodie praxis eſſe videatur. 129 170

C

CAEci teſtamentū olim valuit, & hodie valere, etiam ſi cæcus ab hæredis inſtitutione initiū teſtādi nō fecerit. 106. 88.
Captiui filius, ſi teſtamentum faciat, & poſt eius mortē pater ab hoſtibus redeat, vtrū teſtamentum valeat. 91. 56
Cauſa ingratitudinis vtrùm poſſit repellere liberos ab inteſtato venientes. 129. 168
Cognatio legalis cōtrahitur per adoptionē filij fami. extranei, 72. 155.
Concubinatus figura diſtat à figura matrimonij. 206. 61
Conditio primæ inſtitutionis non cenſetur repetita in ſcđa inſtitutione. 20. 67
Conditiones facti eſſe. 37. 17
Cōditio cū moriar, vitæ tēpus amplectitur, ſecundū verborū proprietatē 6. 11.
Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, non deficit, & ſi quis legitimos liberos moriens relinquat in deportatione conceptos. 41. 30
Conditio dādi ſeruo, impletur dando ipſius ſerui domino, ex ſerui volūtate. 187. 13.
Conditionis implēdæ gratia dandum ei qui capere non poteſt, ipſi tradendū eſt non ſeruo eius, etiam ſi ipſe cōſentiat. 189. 17.
Cōditiones deriſoriæ nō ſunt iplēdæ. 189. 20
Cōditio, ſi pecuniam in mare deiecerit, vtrū implenda ſit. 190. 21.
Conditio dandi furioſo, non impletur, ipſi furioſo dando. 190. 23.
Conditio dandi pupillo furioſóue, impletur perfectē, ſi is cui ſub ea conditione relictū eſt, tutori vel curatori dederit. 190. 24
Conditio implenda in perſona pupilli, habetur pro impleta, ſi per tutorem ſteterit quominùs impleretur. 191. 25.
Cōditionis implēdę gratia dādū Titio, vtrū transferatur ad filiū legitimū hæredē patris, qui eiuſdem teſtamento præteritus legatū ſoluere ipſi legatario tenetur. 195. 35.
Conditionis implendæ gratia dandū, ex voluntate teſtātis accipitur. 195. 36.
Conditio, ſi hæres erit, porrigitur ad bonorū poſſeſſorem. 196. 38.
Conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, nec de adoptiuis, nec de arrogatis ītelligi debet. 202. 53
Cōditio, ſi ſine liberis deceſſerit, de adoptiuis ītelligitur, quos teſtator adoptaſſet. 202. 54
Cōditio ſi ſine liberis deceſſerit, de adoptiuis intelligitur, quos teſtator ſciebat iam adoptatos. 203. 55.
Cōditio, ſi ſine liberis deceſſerit, expreſſa vtrū differat ab ea, quæ quaſi dictata nec ſcripta pro expreſſa habetur. 212. 77.
Conditionem non deficere, & exiſtere conditionem, diuerſa ſunt. 214. 81
Cōditio neceſſaria quæ intelligatur. 224. 102
Coniectura ſufficit ad fideicōmiſſum, dum tamē vrgeat. 11. 28.
Coniectura volūtatis circa liberos naturales, potiùs capienda eſt ex teſtantis, quā ex hæredis perſona. 206. 63

D

DAmni ꝓpriè reſtitūtio eſt: lucri aūt magis inſtitutio quā reſtitutio videtur. 48 58
Debitor pupilli, vel furioſi liberatur ipſo iure, ſi tutori vel curatori ſoluerit, etiā ſi pecunia conuerſa non ſit in vtilitatem pupilli, vel furioſi. 191. 26
Deportatio ſucceſſit in locum interdictionis aquæ & ignis. 32. 1
Deportationis caſus ad ſimilitudinē mortis admiſſus eſt, propter eūdē effectū. 32. 7.
Deportationis pœna efficit, vt deportatus alius eſſe videatur quàm qui erat. 42. 31.

Deportationis & mortis caſus ea ratione cō parantur, quòd inſtitutio vtroq; caſu in cauſa caduci eſt. 43. 39.
Deportatus vtrùm durante poena poſſit eligere. 35. 14.
Deportatus poſt mortem testatoris, ſi durante poena eligat vnū ex filijs, & in eo ſtatu decedat, electio nullius momenti erit: ideoq; omnes filij ad fidei cōmiſſum admittentur. 36. 16.
Deportatus non amittit ea quæ facti ſunt. 37. 18
Deportatus vtrùm poſſit eligere, quæſtio voluntatis magis eſt quā poteſtatis. 40. 25
Deportati inſtitutio pro non ſcripta eſt, perinde ac ſi hæres inſtitueretur qui iam vita functus eſſet. 43. 40.
Deportatus, ſi poſtea per gratiā reſtituatur, vtrùm videatur reſtitutus ad bona quondam ſua, quæ fiſcus medio tempore alienauit, nunc autem redempta poſſidet. 45. 45
Deportati filius, ſi teſtamentum fecerit, & poſt eius mortem deportatus pater reſtituatur, teſtamentum nihilominùs valebit: ſecus ſi viuo filio, pater reſtitutus ſit. 56. 90
Deportatus filius, ſi à principe in integrū reſtituatur, viuo patre, nepoti, quem præcedebat obſtare incipit, vt antea obſtabat. 87. 5
Diſpenſatio cùm impetratur, non videtur eſſe neceſſaria requiſitio venientium ab inteſtato. 72. 156
Diſpenſatio cùm impetratur, non videtur omnimodò neceſſaria legitimorum liberorum requiſitio 72. 157.
Diſponere verbum, non omnimodò ad vltimam voluntatem referendū eſt. 66. 136
Diſpoſita in teſtamento, quæ vtilitatem liberorum continent, conſeruari illis ſolent, ex edicti ſententia De lega. præſtan. 122. 144
Dominus, qui per ſeruū hæres efficitur, non dicitur venire ex defuncti iudicio. 186. 6.
Donatio ſimplex quare non conferatur à filio familiâs. 153. 227

E

Eccleſia poſt quadrienniū auditur, reſtitutionem implorās, pro eminentiſſimo ſeu enormiſſimo damno. 54. 80.
Eccleſia, ſi enorme damnum, ſeu eminens incurrerit, audienda videtur poſt quadriennium: nec exigitur enormiſſimū, ſeu eminentiſſimum damnum. 55. 82
Eccleſia, quæ propter enorme damnum audiri debet reſtitutionē petens poſt quadriennium, intra quantum temporis reſtitutionem petere debeat. 55. 84
Edictum De lega. præſtan. pertinuit ad eos quoq;, qui eſſent in poteſtate ſui hæredes. 102. 67
Edictum De lega. præſtan. hodie ceſſat, & ſi filia aut nepos præteriti bono. poſſeſſionem contra tabu. acceperint. 110. 102
Edictum, quo Prætor emancipatos liberos ad bono. poſſeſſionem admiſit, antiquum eſt, & ante Scæuolæ tempora compoſitum. 116, 117
Edicti De lega. præſtā. interpretatio. 120. 132.
Edicto de lega. præſtan. locus fuit, etiam ſi iā teſtamentū iure ciuili irritum factum eſſet. 120. 133.
Edicti De lega. præſtan. inductio ad conſeruandas tabulas pupillares, vbi contra tabulas bono. poſſeſſio accepta eſt, ſuperuacua fuit, atq; adeo inepta. 123. 147.
Edictum De lega. prēſtan. quæ relicta eſſent liberis & parentibus conſeruari illis voluit: ſi tamen bono. poſſeſſionem contra tabu. nō accepiſſent. 124. 150
Edictum De coniungen. cum emācipa. libe. eius hodie locum non habet. 152. 223.
Edicti ratio De coniungen. cum emācipa. libe. eius hodie ceſſat, cùm pro emancipato naturalis, ſimul & ciuilis ratio pugnet. 153. 225.
Edicto De collatio. bono. vtrùm hodie locus ſit. 153. 226
Edictū De colla. bono. illæſum manſit in fructibus aduentitiorum. 153. 228.
Edicto De colla. bono. ratio, quæ nā fuerit. 145. 229
Edictum De coniungen. cum emanci. libe. eius, an inducatur, quo caſu emancipatus adiecta legitima cauſa, contra tabulas bonorum poſſeſſionem accepit. 160. 247.
Electio non videtur collata in mortis tempus, quum hæres rogatur reſtituere poſt

 mortē

mortem filijs ſuis, vel vni ex his cui nolu erit. 42. 36.
Electio de qua in l. Cùm pater. §. Hæreditatem. 1. ff. De lega. 2. facti eſt, non iuris. 36. 15
Eligendi facultas ad conditionem relata, nõ perimitur deportatione: perimitur autem poena ſeruitutis. 40. 24.
Eligens ante deportationem vtiliter eligit, & ſi poſtea deportetur. 42. 33.
Emãcipationes filij ſingulæ, vel eodem die, vel intermiſſo tempore, fieri ſolebant. 98. 49.
Emancipationis & mortis caſus, qua ratione hîc comparentur. 86. 1.
Emancipationis caſus, ſecundùm ius ciuile potuit videri nõ diſſimilis eſſe morti, ſed nõ ſecundùm ius Prætorium. 113. 107.
Emancipationis caſus apud Prętorem quoq; morti potuit comparari. 113. 108.
Emancipationis & mortis caſus hodie diſſimiles ſunt, etiam iure ciuili. 147. 207.
Emancipationis & patrię poteſtatis, non eſt ſublata differentia ex teſtamento. 160 244.
Emancipato præterito cum cauſa legitima, teſtamentum valet. 127. 164
Emancipatus filius, qui à patre arrogatus poſtea fuerit, non nocet regulariter nepoti. 87. 4.
Emancipatus filius, ſi arrogetur, quaſi pater nepotis incipit obſtare nepoti, perinde ac pater. 87. 7.
Emancipatus filius, ſi arrogaretur, minùs incipiebat obſtare nepoti ex ſe concepto, quàm obſtabat ante arrogationem. 88. 9
Emancipatus filius obſtabat nepoti ex ſe cõcepto, quem auus in poteſtate retinuerat. 88. 10
Emancipatus filius ſi arrogaretur, edictum De coniungen. cum emancipa. libe. eius ſtatim ceſſabat. 88. 11.
Emancipatus filius ſub conditione exhæredatus, quo caſu accipiebat bono. poſſeſſ. contra tabul. 104. 78
Emancipatus, tamet ſi non inuitus emancipari ſe à parente paſſus eſſet, nihil erat, quòd eo conſenſu, parentis ſucceſſionem amitteret. 116. 116.
Emancipatus nepos, de quo in hoc. §. verſi, Quid ſi nepos, ſine dubio reſcindere potuit iudicium teſtantis, accepta contra tabu. bono. poſſeſſione. 117. 118.
Emancipatus præteritus, qui bono. poſſeſſionẽ cõtra tabu. repudiaſſet, & Vnde liberi poſſeſſionem in fraudem edicti De lega. præſtan. accepiſſet, tenebatur nihilominùs, legata præſtare, inducto ædicto. Si quis omiſſa cauſa teſtamẽti. 120. 134.
Emancipatus nepos, in caſu huius. §. verſi. Quid ſi nepos accepta bonorum poſſeſſione contra tabu. ſemiſſem duntaxat hæreditatis potuit perſequi. 125. 156
Emancipatus hodie præteriri non poteſt, vt olim potuit. 127 163
Emancipatus, ſi adiecta cauſa aliqua præteratur, quæ non ſit ex. xiiij. enumeratis in authen. Vt cùm de appellatio. cognoſci. vtrùm teſtamentum nullius momenti ſit. 130. 173
Emancipatus, adiecta cauſa præteritus, ſi poſtea parenti recõciliatus probetur, agnoſcere poterit contra tabulas bono. poſſeſſionem, & interdicto Quorum bonorũ, poſſeſſoriaq; hæreditatis petitione ſibi aduerſùs ſcriptum hęredem proſpiciet. 134. 186.
Emancipatus, qui patri ingratus extitit, deinde ab eo arrogatus eſt, videtur in patris gratiam receptus. 134. 187.
Emancipatus ex legitima cauſa teſtamento inſerta præteritus, ſi bonorum poſſeſſionem contra tabulas non acceperit, vtrũ liberi eius accipere eandem poſſeſſionem poſſint ex edicto ſucceſſorio. 140. 201.
Emancipatus hodie ad inteſtati parentis hæreditatem iure ciuili vocatur. 147. 208
Emancipatus hodie non eſt ſuus, nec iura ſui hæredis habet, cùm non ſit in poteſtate. 148. 210.
Emancipatus hæreditatem parentis non aditam regulariter non tranſmittit. 148. 211.
Emancipatus, qui ſe in arrogationem dedit, non ſuccedit parenti naturali ex capite liberorum, nec Prætorio iure, nec ciuili. 151. 221.

Emancipatus, qui ſe in arrogationem dedit, vtrùm iure ciuili poſſit ſuccedere parenti naturali, quaſi agnatus. 152. 222.

Emancipatus iure ciuili veniens, fructus ad uentitiorum ſuo hæredi collaturus videtur. 154. 230.

Emãcipatus, ſi cùm poſſit iure ciuili admitti, bonorum poſſeſſionem agnoſcere maluerit, nõ idcirco edicta Prætoris antiqua in ducentur. 155. 231.

Emancipatus rite exhæredatus, nõ habet hodie neceſſe, bonorum poſſeſſionem litis agnoſcendæ gratia accipere, etiã ſi detur, fuiſſe olim neceſſariam emancipato eam bono. poſſeſſionem. 156. 232.

Emancipatus rite exhæredatus, etiam ſi querelam inofficioſi teſtamenti credatur nõ habuiſſe, ſine bonorum poſſeſſione gratia litis agnoſcendæ, non tamen exceptis perſonis legata præſtare debuit, inducto edicto De lega. præſtan. 157. 233.

Emancipatus, quem pater pręcedebat, ſi repudiatam à patre inteſtati aui hæreditatem velit agnoſcere, vtrùm iure ciuili adire eam poſſit. 158. 238.

Emancipatus per ignorantiam parentis præteritus, iniuſtum facit eius teſtamentum: nec ei bonorum poſſeſſio contra tabulas neceſſaria eſt. 159. 239.

Emancipatus, legitima cauſa inſerta, ſub conditione exhæredatus, ſi pendente conditione velit admitti, ſolam habet contra tabu. bono. poſſeſſionem in hac ſpecie neceſſariam. 159. 243.

Emancipatus adiecta legitima cauſa pręteritus, aduentitiorum fructus conferre debebit ſuo hæredi: & legata coniunctis perſonis præſtare tenebitur, ex edicto De lega. præſtan. 160. 246.

Enorme damnum ſuperare videtur magnã læſionem, quæ ſupra modicam eſt. 55. 83.

Exhæredatio apud Iureconſultos non eſt de ſubſtantia querelæ, ſed inofficioſitas. 5. 7.

Exhæredatio poſt mortem exhæredati facta nullius momenti eſt. 5. 8.

Exhæredatio tacita militis teſtamentum cõfirmat. 11. 33.

Exhæredatio filij familiâs facta ſub conditione, nullius hodie momenti eſt, vt olim fuit. 103. 73.

Exhæredatio filiæ & nepotis ſuorum hæredum, facta ſub conditione, non fuit olim nullius momenti. 103. 74.

Exhæredatio nõ eſt actus legitimus, qui ſub conditione concipi non poſſit. 103. 75.

Exhæredatio emancipati filij concepta ſub conditione, non fuit ab initio vitioſa. 104. 77.

Exhęredatio poſthumi concepta ſub conditione, ipſo iure valuit: & ſi conditio extitiſſet, antequàm poſthumus naſceretur, teſtamentum agnatione ſui hæredis non rumpebatur. 105. 82.

Exhęredatio, quę nominatim fieri debuit, ante hæredis inſtitutionem vtiliter ſcribi potuit. 108. 94.

Exhæredatio odioſa, cur ſcribi vtiliter potuerit ante hæredis inſtitutionem, ſi libertas eo loco relicta nullius erat momenti. 108. 95.

Exhæredatio filiæ & nepotis ſuorum hæredum, quæ ſub cõditione fuerit ſcripta, hodie ab initio nullius momẽti eſt. 110. 101.

Exhęredatio in extraneo inepta confirmare teſtamentum non poteſt. 172. 25.

Exhæredatio eorum, qui de inofficioſo queri poſſint, quo caſu non debeat fieri, adiecta legitima cauſa. 177. 40.

Exhæredatus patris teſtamento filius mala mente, infamis cenſetur infamia facti. 15. 54.

Exhæredati bona mente filij opinio, nullo modo onerata eſt apud bonos, & graues. 15. 53.

Exhæredati liberi, ſi iniquè exhæredati fuiſſent, de inofficioſo parentum teſtamento querebantur. 101. 59.

Exhæredo, verbum, quomodò aliquando accipiatur. 110. 99.

Extraordinarij auxilij ratio non habetur, ãte quàm imploretur, 191. 27.

F

FActa per alium, explicari nequeunt, quũ perſonæ iniuncta videantur. 43. 38.

Facti quæ ſunt, ad dominum non tranſeunt. 187. 9.

Fideicommiſſum ſolet intercidere, ſi rogatus hæres ante aditam hæreditatem decedat. 9. 23.

Fideicōmiſſum vniuerſale nutu relinqui poteſt.11. .30.

Fideicōmiſſum non eſt conditionale, quoties parentes liberis, impuberibus bona mēte exhæredatis, fideicōmiſſariā hæreditatē relinquūt ab hærede ſcripto reſtituendā, quum puberes facti ſint.18. .61.

Fideicōmiſſi dies non cedit, ſi hæres rogatus poſt mortem reſtituere hæreditatē, in metallum dānetur: ſed expectanda eſt mors naturalis.33. .9.

Fideicōmiſſi dies vtrùm cedat, ſi qui rogatus eſt poſt mortem hæreditatem reſtituere, ordinem fratrū minorū profeſſus ſit. 34. .12.

Fideicōmiſſum alicui relictū ſub conditione, ſi morte patris, ſui iuris efficeretur, non debetur ei emancipato, niſi tempore mortis paternæ. 214. .82.

Fideicōmiſſum alicui relictum, ſi morte patris, ſui iuris effectus fuiſſet, non incipit ei deberi, quamuis patris deportatione, ſui iuris factus ſit.214. .83.

Fideicōmiſſum maternæ hæreditatis, non incipit deberi filio à patre, qui poſt mortem ſuam rogatus ei erat reſtituere, & ſi filium emancipaſſet 215. .85.

Fideicōmiſſum eccleſiæ relictum à filio, ſi is bona, ludēdo, diſſiparet, vtrùm debeatur eccleſiæ, ſi filius nō ludēdo, ſed mercando diſſipauit.217. .88.

Filia familiâs præteriri à patre potuit: nec reperitur tex. quo probetur, ea præterita, iniuſtum fuiſſe teſtamentū. 95. .39.

Filia, & nepotes præteriti, teſtamentum, quod iniuſtum non feciſſent, rupturi videbantur, quo tempore de poteſtate parētis per emancipationē exirent, ſi tribus emancipationibus exirent. 98. 47.

Filia, & nepos, vna duntaxat emancipatione, de poteſtate parentis exibant. 98. 50.

Filia familiâs, & nepos ſui hæredes, exhæredari vtiliter non potuerunt ante hęredis inſtitutionem.105. .84.

Filia, & nepos ſui hæredes exhæredari inter cæteros vtiliter potuerunt. 108. 96.

Filia & nepos ſui hæredes hodie eadem iura meruerūt, quæ ſuꝰ hæres filius .109. .97.

Filia, quæ ob luxurioſam vitā priuari potuit, alimentis paternis, ſi ad melioris vitæ frugem redeat, ali debet à parente.135.189.

Filia, quæ luxurioſam vitam coepit degere exhæredari à patre poterit, etiam ſi poſtea honeſtiſſime vixerit. 136. 191.

Filia poteſt legitimè exhæredari, ſi vel ſemel in corpus ſuum peccauit. 136. 192.

Filia, quæ inuito patre, clam matrimoniū contraxit, & deinde cùm à viro cognita non eſſet, monacha eſt effecta, vtrùm in Caſtellæ Regno legitimè exhæradari potuerit.139 200.

Filiationis probatio facilis eſt ei, qui eſt in ea quaſi poſſeſſione. 199.42.

Filius vel ex minima parte teſtamento patris hæres inſtitutus, id facere nequibat iniuſtum. 5. 5.

Filius inſtitutus ex minore quā legitima portione, contra cohæredem potuit de inofficioſo patris teſtamento agere.5 .6.

Flius hodie vtiliter videbitur inſtitutus, ſi pater vtatur Galli Aquilij formula: & hac ratione, nuncupatiuum eius teſtamentum defendetur. 14. 46.

Filius ab inteſtato veniens, non habet beneficium poſſeſſorium l. fina. C. De edi. Diui Hadria. tollen. 14. .49.

Filius, qui Lege Regia pro inſtituto habetur, nō dubiè beneficiū habebit. d. l. fi. .14.51.

Filius à matre ſub cōditione hæres inſtitutus, pendente conditione, hæres eſſe nō poteſt: nec moriens interim aliquid in ſucceſſores ſuos tranſmittere. 22. 71.

Filius conceptus ante deportationem, ſi tempore mortis deportati patris ſuperſit, facit deficere conditionem.42. .34.

Filius viuo patre deportatus, & poſt eius mortē reſtitutus, an noceat nepoti. 43. 41.

Filius fa. non efficitur ſui iuris, ſi pater eius ab hoſtibus capiatur: nec quidē inſpecto præſenti ſtatu.57. .94.

Filium, quē pater impetrauit fieri legitimū, ſatis eſt poſtea conſentire. 61. .107.

Filius, qui ex aliqua cauſa poteſt inuitus emācipari, nō ideo poterit inuitus in poteſtatē redigi. 62. .113.

Filius non efficitur inuitus patri naturali legitimus, etiam per ſubſequens matrimonium.62. .116.

Filius, quem præſentem pater Curiæ obtulit, cōſētire viſus eſt legitimationi.65. 125.

Filiorum legitimorum mentio fieri debet in reſcripto, cùm petita eſt legitimatio naturalis: alioqui non valebit. 65. .132.

Filij, qui matrem occultauerunt, iure ordinario non poſſunt reſcriptum legitimationis impetrare. 73. .163.

Filius in Galli Aquilij formula, ſi emancipatus poſtea fuiſſet, adire hæreditatem ex teſtamento poſſet. 90. .19.

Filius, & nepos poſthumus, in Galli Aquilij formula, nullo caſu ſimul ad hęreditatem ex teſtamento admittuntur. 90. 20.

Filius bonorum poſſeſſionem contra teſtamenti tabulas non habet, quo ſcriptus hæres deprehēditur, ſi alio præterito, non cō mittatur edictum. 90. .21.

Filius familiâs ſolus iniuſtū faciebat patris teſtamētū, quo præteritꝰ fuiſſet. 92. .26.

Filio ſuo hærede nec inſtituto, nec exhæredato, teſtamentum nullius momenti erat: & ſi maximè legati, vel fideicommiſſi titulo, ei relictum fuiſſet. 96. .41.

Filius olim de poteſtate patris exibat per tres emancipationes. 98. .48.

Filius familiâs qua nam ratione faciebat iniuſtum patris teſtamentum, quo præteritus fuiſſet. 100. .56.

Filius fa. exhæredari vtiliter à patre potuit, etiā āte hæredis inſtitutionē. 105. .83.

Filius familiâs à patre inſtitutus ſub turpi cōditione, teſtamentum quaſi præteritus infirmabat, & an hodie infirmet. 113. 106.

Filius, qui patris teſtamentum in iudicio nullius momenti eſſe dicit, non ſemper pro hærede gerere videtur. 122. .139.

Filius, qui bonorum poſſeſſionem contra paterni teſtamenti tabulas accepit, euidēter ſucceſſionē patris agnouit. 122. .140.

Filius, qui in adoptiua familia fuiſſet, quū pater naturalis moreretur, non poterat ei ab īteſtato ſuccedere quaſi filius. 124. .153.

Filius in adoptionē datus, ſi inſtitutus ex aliqua parte teſtamento patris naturalis fuiſſet, potuit, commiſſo edicto, accipere vtiliter bonorum poſſeſſionem contra tabulas. 125. .155.

Filius, ſi ignominioſam vxorem non ex vouoluntate patris duxerit, repelli non poteſt ab eius ſucceſſione quaſi ingratus. 131. 177.

Filius, ſi cum capitalibus ſui patris inimicis amicitiam copulauerit, an poſſit ob hanc cauſam priuari hæreditate ab eodem patre. 131. 178.

Filius emancipatus aduerſùs parentem ingratus, & ob id teſtamento pręteritus, cauſa legitima inſerta, an nihilominùs ſuccedat, ſi poſt teſtamentum arrogatus à parente fuerit, vel manifeſto aliquo beneuolētiæ indicio, reconciliatus eidem probetur. p. 132. .180.

Filius, ſi graue conuicium aduerſùs patrem dixerit, exhæredari poterit legitimè: nec refert, qd poſtea eū poenituerit. 135. 190.

Filius ſecundùm huius Regni mores, contracto matrimonio, quaſi emancipatione, ſui iuris efficitur: ſic ex eo ſuſceptꝰ nepos auo ſuus hæres fieri non poteſt. 169. .241.

Filius, ſuus hæres potuit inſtitui ſub conditione probandi illud, cuius probatio difficilis non eſſet. 199. .43.

Filius ſuſceptus ex ſerua aliena vtrùm naturalis dici queat. 207. .64.

Filiorum appellatio tam naturalis eſt, quàm liberorum. 211. .75.

Fiſcus non cōuenitur trāſacto quadriēnio, eo nomine, quòd rem alieni iuris alienauit. .51. 70.

Fiſcus ex delicto ſucceſſor, non aditam à deportato hæreditatem poteſt adire, ſi intra annū deliberandi hæres, cui delata fuit hæreditas, condēnatus proponatur, & fiſcus intra eundem annum ſit. 77. .178.

Fiſcus an poſſit auferre datum implendę conditionis gratia, ei qui capere non poterat. 188. 15.

Fratris conſanguinei nō debet neceſſariò frater mentionem facere in libello, quo naturalem filium ſupplicat, ſibi fieri legitimū, 71. .150.

Frater conſanguineus non habet querelā in officioſi teſtamenti, aduerſùs naturalem teſtatoris fratris filium, hæredem ab eo inſtitutū. 71. .151.

Fratris hæreditas non adita regulariter non tranſmittitur. 225. .105.

Fructus veniunt in reſtitutione iuſtitiæ .5 1. 71.

Fructus reſtituendi ſunt venditori cum re in caſu l. 2. C. De reſcinden. vendi. quum ſcilicet

licet emptor noluit in integrū reſtitutio-
nē euitare, ſuppleto iuſto pretio. 51. 73.
Fructus vtrùm veniant in reſtitutione gra-
tiæ.52. 74.
Fructꝰ,quos quis ſuos fecit, vtrùm cum labo
ribus debeat compenſare .56. 86.

G

GAllus Aquilius pro conſtāti habuit, filiū
expreſſim hæredem fuiſſe inſtitutū .4 .1.
Gallus Aqlius intellexiſſe videtur in ſua for
mula, primo gradu filiū duntaxat hæredē
inſtitutum. 7. 13.
Gallus nepotes poſthumos legitimos hæredes
fecit, ne non iure inſtituti, agnaſcendo rū
perent aui teſtamentum. 7. 15.
Galli Aquilij formula procedere potuit, exhe
redato filio. 8. 17.
Galli Aquilij verbis, deportationis caſus non
eſt comprehenſus. 32. 2.
Gallus Aquilius quid præcipuè ī ſua formula
curauerit. 126. 159.
Gratia, ſeu diſpenſatio non exigit neceſſariò
partis citationem. 72. 158.
Gratianus non fecit ius Pontificium id quod
Decretis inſeruit. 137. 196.
Gratiani fides quibuſdam auctoribus ſuſpe-
cta defenditur. 138. 198.

H

HÆreditas delata, & quæſita legitimis hæ
redibus, auferri ab eis poteſt, reſcripto
Principis, qui voluntatē patris ſequutus,
veluti ex iuſta cauſa, ſpuriū eidem legiti
mum faciat ſucceſſorem. 75. 171.
Hæreditatis expilatæ crimen, committitur
poſt aditam hæreditatē, ante apprehenſā
poſſeſſionem: non vero furti. 76. 176.
Hæreditas ex teſtamento adiri non poteſt, ſi
teſtamentum, ex cauſa præteritionis, ſpe-
ratur iure ciuili poſſe rumpi. 130. 171.
Hæreditas aliquando in ſemiſſes diuiditur,
concurrente hinc inde ratione contraria.
153. 224.
Hæreditas, quæ parentis defuncti nō ſit, trāſ
mitti non poteſt beneficio. l. vnicæ. C. De
his qui ante aper. tabu. 225. 106.
Hæres rogatus, poſt mortē liberis ſuis hęredi
tatē reſtituere, ſi nullo ante cōcepto filio,
dānatus fit in metallum, deceſſiſſe ſine li-
beris videtur, ſecus ſi deportatus ſit. 33. 11.
Hæres rogatus, quum morietur, vel poſt mor
tem reſtituere filijs ſuis hæreditatem, vel
vni ex his, cui voluerit, nunquam poteſt
eligere, niſi ante diem fideicommiſſi ce-
dentem. 42. 37.
Hæres apud Iureconſultos nō dicitur, qui ſolū
modò bonorū poſſeſſor eſſet. 119. 127.
Hæres apud Imperatores aliquando pro bo-
norum poſſeſſore accipitur. 119. 128.
Hæres extraneus incertus an hæreditas ſibi
delata ſit, eā acquirere nō poteſt. 173. 30.
Hæres, qui vt pareret conditioni, nūmos tra-
didit, poteſt eos vēdicare, ſi dominium in
accipientem non tranſtulit. 188. 16.
Hæres ignorans, ſibi delatam hæreditatem,
ſi interim decedat, ius adeundi in ſucceſſo-
res tranſmittere nō poterit ex beneficio. l.
Cum antiquioribus. C. De iure deliberā.
225. 107.

I

INcertis perſonis legari nō poterat: ſed eiſ
dem dandum erat cauſa conditionis im-
plēdæ. 189. 19
Infans inuitus per reſcriptū Principis poteſt
fieri legitimus: nec vlla eius facti maioris
ratihabitio exquirenda. 62. 114.
Infans, quem legitimum patri fecit Comes
Palatinus, ſi maior factus ſciat, hoc ita ge
ſtum, nec contradicat, vtrùm eo ipſo con-
ſentire videatur. 63. 118.
Ingratitudinis cauſa facit, vt emancipatus re-
digatur in poteſtatem eius, qui emanci-
pauit: ſed non vtiq; vt tranſeat in illius po
teſtatem, qui non emancipauit. 61. 111.
Ingratitudinem aduerſus ſe commiſſam, po-
teſt pater filio remittere: & ſi filius poſtea,
adiecta ea cauſa, exhæredetur, in quæſti-
one de inofficioſo, hæredem ſcriptum ſu-
perabit. 133. 182.
Ingratitudinis cauſa an tollatur per ingrati-
filij poenitentiam. 135. 188.
Ingratitudo, quæ directò patrē nō offendit,
& conſiſtit non tā in momentaneo facto,
quā in turpi aliqua vitæ profeſſiōe, nō præ
ſtat exheredandi legitimā cauſam, ſi poe-
nitentia interuenit. 136. 193.
Ingratitudinis cauſa an aboleatur per ingreſ-
ſum religionis. 136. 195.
Ingratitudinis cauſa, quæ monachiſmo abo-
letur, ſuſcepto clericatu non aboletur.
139. 199.

Iniuſtũ teſtamentũ q̃d nã dici poſſit. 24. 80.
Inofficioſi teſtamenti perlata querela, teſtantis iudicium quaſi furioſi damnatum eſt. 158. 236.
Inſtitutio directa regulariter non inducitur ex coniecturis, ſed verbis opus eſt. 9. 21.
Inſtitutio filij ſui hęredis non euaneſcit, ſi is poſtea à patre emancipetur. 90. 17.
Inſtitutio liberorum, & parentum conſeruatur ex edicto De lega. præſtã. quæ non ſeruatur per auth. Ex cauſa. C. De libe. præteri. 158. 237.
Inſtitutio nepotis retenti in poteſtate, non cõſeruabitur ex edicto De coniungendiscũ emancipato liberis eius. 160. 248.
Inſtitutio nepotis, quem pater emancipatus præcedit, cõſeruabitur ex edicto De lega. præſtan. ſi emancipatus filius contra tabulas bonorũ poſſeſſionẽ acceperit. 161. 249.
Inſtitutio liberorum, & parentum cõſeruatur etiã hodie ex edicto De lega. preſtan. ſed non vtiq; pro virili portione. 161. 250.
Inſtitutio pronepotis poſthumi, de quo in hoc §. verſi. Quid ſi nepos, hodie defendetur iure ciuili per nouam Iuſtiniani conſtitutionem: quum alioqui quaſi penitus extranei poſthumi inſtitutio iure ciuili valere non debuerit. 162. 252.
Inſtitutio penitus extranei, teſtamentum cõfirmat, & ſi is poſtea, teſtatoris facto, eidẽ ſuus hæres eſſe cœperit. 176. 35.
Inſtitutio facta in vnum caſum, extẽditur ad alium ſimilem, etiamſi ſit prima inſtitutio, non ſecunda. 223. 101.
Intellectus cap. Ad noſtram De rebus eccle. non aliená. 52. 75.
Intellectus. l. Cùm in teſtamento ff. De hærede inſtitu. 5. 2.
Intellectus. §. In omnibus infra hac. l. 6. 9.
Intellectus. l. fina. ff. De condi. inſtitu. 6. 10.
Intellect. l. Qui duos. §. i. De manu teſt. 6. 12
Intellectus. § In omnibus, infra hac. l. 8. 19.
Intellectus. l. Lucius 2. ff. De hęre. inſti. 9 22.
Intellectus. l. Si pater filiũ. ff. De vulga. & pupilla. 10. 24.
Intellectus glo. in. l. Lucius. 2. ff. De hære. inſtitu. 10. 27.
Intellectus. l. Sicut certi. C. De teſta. mili. 12. 40.
Intellectus. l. fina. C. Fami. hercis. 13 44.
Intellectus §. Ex imperfecto. l. Hac conſultiſſima. C. De teſta. 14. 45.
Intellectus. l. Regiæ. lib. 4. Ordina. titu. 68. in princi. 14. 47.
Intellectus. l. Paulus reſpondit. §. fina. ff. De bon. liber. 16. 55.
Intellectus. l. Si emancipatus. 2. ff. De bono. poſſeſ contra tabul. 17 56.
Intellectus. l. Cùm ex filio. ff. De vulga. 18. 58.
Intellectus. l. 2. §. Si mater, verſi. Et ſi fortè. ff. Ad Tertullia. 18. 59.
Intellectus. l Ex aſſe. ff. Ad. l. Falci. 18. 60.
Intellectus. l. Seius Saturninus. ff. Ad Trebellia. 19. 62.
Intellectus. l. Si mater. ff. De vulga & pupilla. 19. 65.
Intellectus. l. Si patronus. §. Si quis non mala ff. De bonis liberto. & l. Multi non notæ. ff. De libe. & poſthu. 21. 70.
Intellectus l. Si quis hæres inſtituatur ſi legitimus. ff. De hęre. inſtitu. 22. 73.
Intellectus. l. Poſthumus. §. Idem & circa, ff. De iniuſto rupto. 24. 79.
Intellectus. l. Etiam. §. Libertus. ff. De bon. lib. 25. 81.
Intellectus. l. Si quis eum. §. fina. ff. De vulg. & pupilla. 26. 87.
Intellect⁹ §. Cornelio Felici. l. Statius Florus ff. De iure fiſci. 32. 8.
Intellectus § Si quis rogatus. 2. verſi. Sed ſi ſeruus. l. Ex facto. ff. Ad Trebellia. 33. 10.
Intellectus. l. Cùm pater. §. Hæreditatem. 1. ff. De lega. 2. 37. 19.
Intellectus. l. Ex facto. §. Si quis rogatus. 2. ff. Ad Trebellia. 38. 20.
Intellectus verſi. vltimi §. Si quis rogatus. 2. d. l. Ex facto. 40. 22.
Intellectus. l. Cum quis. ff. De ſolutio. 41. 27.
Intellectus. § Ex facto. l. Ex facto. ff. Ad Trebellia. 42. 32.
Intellectus. §. Hæreditatẽ ibi Quo interea. l. Cum pater. ff. De lega. 2. 42. 35.
Intellectus. l. 2. ff. De ſenten. paſ. & 44. 44.
Intellectus. §. Scæuola. l. Quod ſi minor. ff. De mino. 47. 53.
Intellectus. l. fina. C, De repu. hæred. 47. 54.
Intellectus. §. Nunc videndum, verſi. Ergo. l. Si ex cauſa.. De mino. 49. 60.

Intellectus.l.Bene à Zenone.C.De quadrien. preſcri.50.68.

Intellectus.§.Sed & aliud,verſi.Sed quiddã auth. Quib. mo. natu.effici.legi. col.6. 58. 99.

Intellectus.§.Siquis verò, eiuſdem authen. 59. ioi.

Intellectus.§.Sit igitur licentia eiuſdem authen. 60. io5.

Intellectus. §.Sit igitur licentia verſi. Nec fraudare,eiuſdem authen. 62. ii5.

Intellectus.§.Ad hoc autẽ,in authẽ. Vt lice. matri & auiæ,colla.8. 60. io4.

Intellectus.l.In adoptionibus. ff. De adoptio. 64. 123.

Intellectus. l.fina.C. Qui & aduerſus quos. 65. 127.

Intellectus.l.3.§.Si quis minor.ff. De mino. 65. 128.

Intellectus.§.Filium quoq; in authen.Quib. mo.natu.effici.ſui,colla 7. 69. i44.

Intellectus.§.Filio qui mortis. l.i.ff.Ad Tertullia, 78. i8o

Intellectus.l.3.§.i.verſi. Melius. ff. De bon. poſſeſ.contra tabu.87. 8.

Intellectus. l. i. §. Si quis filium. ff. Si teſta. tabu.nullæ exta. 88.12.

Intellectus huius.§. Et quid ſi tãtũm,verſi. Quid ſi nepos.92.23.

Intellectus.§.Idem credendum,in princi.l. Gallus. 92.25.

Intellectus.l.Certum,ĩ princi.ff. De iniuſto rupto.93.30.

Intellectus verſi.Sed non ita,in princi.inſti. De exhære.lib.&.§. Poſthumorum eo. titu.94.34.

Intellectus.l.Inter cætera.ff.De libe. & poſthu. 94. 37.

Intellectus.l.Qui filium.ff.Vbi pupillus educari debeat,& cõpluriũ aliarũ.ll.95. 40.

Intellectus.l.Poſthuma.ff.De libe.& poſth. 96.42.

Intellectus.l. Si quis hæredẽ. C. De inſtitu. & ſubſtitu. 96. 43.

Intellectus.l.Certum.§.Filia.ff. De iniuſto. rupto. 97. 45.

Intellectushui⁹.§.Et qd ſi tãtũ,verſi.Quid ſi nepos, ibi inſtitueretur.99. 5i.

Intellectus.§.In omnibus.l.Gallus.99.52.

Intellect.l.In ſuis,ff. De libe.. & poſth.ioo.55

Intellectus.l.Suus quoq;.ff.De hæredi. inſtitu.ioi. 60.

Intellectus.l.3.§.Si ſub ea.ff. De bono.poſſeſ.cõtra tabu.&.l.i.§. Sciendum. ff. De ſuis & legi.hære.ioi.62.

Intellectus.l.Cohæredi. §.Cũm filiæ. ff. De vulga.& pupilla.io2.66.

Intellectus.l.Is qui in poteſtate. ff. De lega. præſtã.io2. 68.

Intellectus.l. Nihil. ff. De coniungen. cum emancipa.libe.eius.io2.169.

Intellectus.l.i.C.De bon.poſſeſ.contra tabu. io3.70.

Intellectus.l.3.§.Purè.ff.De libe. & poſthu. i3o. 768.

Intellectus.l.Sub condirione.ff. De bon. poſſeſ.contra tabu.io4.79.

Intellectus.l.Cũm ratio,in prin.ff. De bon. damna.io5. 80.

Intellectus.l.Hac cõſultiſſima.C. Qui teſta. face.poſſunt,io6. 86.

Intellectus.§.Cęcus inſtitu.Quib.nõ eſt permiſ.facere teſta.io7. 90.

Iutellectus.l.2.§.Priùs.ff.De vulga.& pupil. io7. 92.

Intellectus.l.i.in princi. ff. De hære.inſti. io8. 93.

Intellectus.l.Qui volebat.ff. De hære. inſti. io9. 98.

Intellectus.l. Qui in aliena.§.Interdum.ff. De acqui.hære.ii5 .ii4.

Intellectus princi.inſtitu.De hæred.quæ ab inteſta.deferun. ii7. i2i.

Intellectus.l. Non putauit.§.fina. ff. De bo. poſſeſ.contra tabu.ii8 i25.

Intellectus. §. Legata. l. Filium. ff. De bon. poſſeſ.contra tabu.ii9.i26.

Intellectus. l. Si duo.ff. De lega.præſtan. ii9. i29.

Intellectus.§.Sunt autem,inſtitu.De bono. poſſeſ.ii9. i3i.

Intellectus.l.Qui autem.§. Hoc edictum.ff. Si quis ommiſſa cauſa teſta. i2o. i35.

Intellectus.l.3.§.Bonorum.ff.De bono.poſſeſ.i2i. i38.

Intellectus. l. Cũm in adoptiuis in prin. C. De adoptio.i24. ii52.

Intellectus.ſl. Cum in teſtamento.De hære. inſtitu.

inſtitu. 126. 160.
Intellectus.l.Gallus.§.fina.verſi.ſi.127. 161.
Intellectus Auth. Vt cũ de appella.cognoſci. §.Siue igitur,colla.8. 130.172.
Intellectus.§. Aliud quoq; capitulum eiuſdẽ auth. 131. 176.
Intellectus.l.Regiæ.li.4.ti.70.§.2.132. 179.
Intellectus.§.Cauſas, in authen. Cũm de appella.cognoſci. 136.194.
Intellectus cap.fina.19.q.3. 137. 197.
Intellectus.l.Filio præterito. ff. De iniuſto rupto.144.205.
Intellectus.l.3.§.Si emancipatus.ff. De bon. poſſeſ contra tabu.145. 206.
Intellectus.l.Meminim⁹.C.De legiti. hære. 147.209.
Intellectus. l. Regiæ lib.4.titu.7. §. penul. 159. 240.
Intellectus.l.3.titu.7.parti.6. 160. 245.
Intellectus.§. Nunc de lege Velleia. l. Gallus.165. 2.
Intellectus.l.3.§.Poſthumos,ver. Vnde etiã ff.De iniuſto rupto. 165.4.
Intellectus.§.Etiã ſi parente.l.Gallus.166.7.
Intellectus.l. 2.§. Sed ſi eos. ff. De vulga.& pupilla.167. 12.
Intellectus.l.Cũm in adoptiuis .§. Quæ in filio.C.De adoptio.168. 18.
Intellectus.l.Scripto. ff. Vnde libe. 169. 20.
Intellectus.l.2.§.Sed ſi extraneum.ff.De vulga.& pupilla. 171. 23.
Intellectus.l.Si filius hæres.ff.De libe.&poſthu. 172. 28.
Intellectus.l.fina.verſi.Altera.ff. De condi. inſtitu. 173. 29.
Intellectus.l.2.C.De libe.præteri. 176. 37.
Intellectus.l.Maximum vitium.C. De libe. præteri.176. 38.
Intellectus.l.Sed ſi in conditione.§.Nepotes ff.De hęre.inſtitu. 178. 43.
Intellectus.l. Quoniam in prioribus in fine. C.De inoffi.teſta. 180. 48.
Intellectus.§.Etiam ſi parente in fine.l. Gallus.181. 50.
Intellectus huius.§.Et quid ſi tantũ.185.1.
Intellectus.l. Pater Seuerinam. ff.De condi. & demonſtra. 186.4.
Intellectus.l.Qui hæredi.ff.De condi.& demoſtra.186. 5.
Intellectus.l.Mæuius.ff.De condi.& demõſtra.188. 14.
Intellect⁹.l. Si fundus.ff.De condi. &demonſtra.190. 22.
Intellectus.l. Ait Prætor. §.i. verſi. Et ideo &.§.Permittitur.ff.De mino. 192. 28.
Intellectus.l.Si ſeruus decem, in fine. ff. De ſolutio.192. 29.
Intellectus.l.Stichum.§. Vſumfructum. ff. De ſolutio. 192.30.
Intellectus.l Is qui in poteſtate.§.fina. ff. De lega. præſtan.194. 33.
Intellectus.l.In conditionibus.§.Si patronus ff.De condi.& demonſtra. 196. 37.
Intellectus l.Ex facto.§.fina. ff. Ad Senatus conſul. Trebellia. 197. 39.
Intellectus.l.Lucius.ff.De condi.& demonſtra.198. 41.
Intellectus.l.fina.C.De his qui veni. æta. impetra.201. 46.
Intellectus.l.Cũ pater.§.Curatoris, & quod ibi.Bar.ff.De lega.2. 201. 50.
Intellectus.l.Fideicommiſſum.ff. De condi. & demonſtra.202.52.
Intellectus.l.Ex facto. §.Si quis rogatus.1. ff. Ad Senatuſconſ.Trebellia.203. 57.
Intellectus Princi. inſtitu. De ſerui. cogna. 208. 68.
Intellectus.l. Cũ pater.§.Volo.ff.De lega.2. 208. 70.
Intellectus.l. Lucius. 2. §.fina. ff. De lega.2. 211. 73.
Intellectus.l.fina.ff.De iu͏re de libe. 211. 74.
Intellectus.l. Generaliter.§. Cum autem.C. De inſtitu.& ſubſtitu. 212. 76.
Intellectus.l.Ex facto.§.Si quis rogatus, ibi, ex dignitate.ff. Ad Senatuſconſ. Trebellia.213.79.
Intellectus.l. Fideicommiſſa.§. Si cui ita.ff. De lega.3.213. 80.
Intellectus.l. Si ita liberis. ff. Quando dies lega.cedat,&.l.Mulier.ff. Ad Senatus cõſul. Trebellia.215. 84.
Intellectus.l.Cũm filio familiãs.ff.De lega. i. 216.86.
Intellectus.l. Patrem.ff. Quæ in fraudẽ credi.217. 87.
Intellectus authen. Vt liceat matri & auiæ inprinci.colla.8. 219.92.

Intellectus.l. Commodiſſimè.ff. De libe.& poſthu.220. 94.

Intellectus..fina.C.De poſth.hære.inſtitu. 22i.96.

Intellectus.l.Siquis ita.ff. De vulga.& pupil. 223. 97.

Inteſtati hæreditas ad fratrem, & defuncti fratris filios deuoluitur, & ſi ex defuncti fratris perſona poſſit īplorari reſtitutio, vt teſtamento locus fiat.226. i09.

Inuitus filius non efficitur per reſcriptum legitimus, & ſi matrem occultauit, impediendi matrimonij cauſa.6i.i09.

L

LAborum reputatio vſitata eſt in iudicio ſtitutionis in integrum.48. ςς.

Legatarius non eſt, cui implende cōditionis gratia dandum eſt.i87. 8.

Legatarius eſt, cui implendi modi gratia dandum eſt.i87. ii.

Legata poſſunt vtiliter relinqui ab inteſtato. i4. 48.

Legatū Titio datum ſub conditione non perimitur, Titio in inſulā deportato, perimitur autem, eodem poene ſeruo effecto. 40.23.

Legatum relictum ei, qui capere nō poteſt, nec quidem ipſi tradendum eſt. i89. i8.

Legitima liberorum portio in Hiſpaniæ Regnis pluſquàm dimidium bonorum parentis continet. i6i. 2ςi.

Legitimæ portioni onus adſcriptum non habetur initio atq; ſi ſcriptum non eſſet. i80. 47.

Legitima ætas. x x v. annorum vnde dicta. 20i. ςi.

Legitimæ portionis vſumfructū patri iure poteſtatis quærendum, non poteſt mater prohibere, ſiue filius maior, ſiue minor annis fuerit.2i9. 9i.

Legitimationis reſcriptum impetrari nō poteſt, ſi pater, contracto matrimonio, poſſit filium facere legitimum.ς8.96.

Legitimationis reſcriptū tunc poteſt pater impetrare, quum matrimonium cum matre naturali impoſſibile eſt, per facti, aut iuris poteſtatē, aut ſecūdùm bonos mores.ς8. 97.

Legitimatio per reſcriptum non perficitur, inuito filio.6i. i06.

Legitimationis nulla ſpecies eſt, quæ perficiatur inuito filio.6i.i08.

Legitimationes huius Regni an magis diſpenſationes ſint.7i.iς2.

Legitimatio, & adoptio æquiparātur.72. iς3.

Legitimatio quanuis ex patris & filij voluntate procedat, aliquando tamen patri, potiuſquā filio concedi videtur.73. i62.

Legitimationis reſcriptum non impetratur, quo caſu matrimonium potuit iuſtè contrahi.73. i64.

Lex noneſt ſuperflua, cuius principalis definitio vtilis eſt.97. 44,

Lex ciuilis ſola hæredem facit, non Prætor. i49. 2i3.

Liberi poſiti in conditione, vtrū videantur ex teſtamento vocati.i0. 26.

Liberi poſiti in conditione, ęquè nō videtur inuitati ex teſtamento, ad fideicōmiſſa, vel legata rerum ſingularium, atq; ad fideicommiſſum hæreditatis.ii.29.

Libertis legatum relictum, debetur & eis, qui poſt teſtamētum cæperunt eſſe liberti.209. 72.

M

MArcelli Iureconſulti aduerſus Vlpia excuſatio.89. i3.

Maritus, qui vxori mortis cauſa donauit, & deinde deportatus eſt, an durante poena, poſſit donationem cauſa mortis reuocare. 40. 26.

Mater, quæ impuberibus filijs teſtamentum facere non poteſt, vtrùm poſſit cōcipere aliquid, quod ſpeciem habeat pupillaris ſubſtitutionis.20. 66.

Matris præteritio pro exhæredatione habetur.i2. 36.

Matris teſtamentum nunquam potuit iniuſtum videri, & ſi vitioſè filium exhæredaſſet.i2. 37.

Matris hæreditas filio delata, habuit quædam ſingularia, propter ſuſpenſiua Orphiciani Senatuſconſulti verba.78.i8i,

Matrimonium inhoneſtum eſt cum concubina, quæ circa torum deliquit. ς8. 98.

Matrimonium cum meretrice contractum ſine dubio valet ſecundùm ius canonicū, & opus charitatis in ſe, habet.ς9. i00.

Miles

Miles poteſt nuda voluntate, hæredem inſtituere. 11. 34.
Militis teſtamentum hodie non valet, niſi exhæredationi expreſſæ, vel tacitæ cauſam inſerat. 12. 36.
Militis teſtamentum initio iniuſtum fuit, ſi ſuus hæres filius omnimodò præteritus diceretur. 12. 38.
Militi ſingulariter datum eſt, quòd non teneretur filium nominatim exhęredare. 12. 39.
Miles, ſi filium nominatim exhæredaſſet, et Galli Aquilij formula vſus, nullum præterea hæredem inſtituiſſet, vtrùm eius teſtamentum valeret. 12 41.
Militis volũtas ꝑ lege eſt obſeruãda. 13 42.
Minor, qui damnum paſſus eſt, reſtituitur in integrum, etiam ſi res non ſit integra. 49. 61.
Minor, qui ad lucrum reſtitui ſe poſtulat, nõ eſt audiendus, ſi res non ſit integra, & occurrat iniquitas. 49. 62.
Minor annis qui proprio beneficio per facilitatem ætatis renunciauit, vtrùm ad id poſſit reſtitui, ſi iam alteri collatum ſit. 49. 63.
Minor annis, læſus facilitate propria, vel aduerſarij dolo, regulariter reſtituendus eſt pro modico damno. 53. 77.
Minor vtrùm reſtitutionẽ poſſit impetrare pro minimo damno. 54. 78.
Minor non reſtituitur poſt quadrienium, & ſi eminentiſſimum damnum paſſus fuerit. 54. 79.
Minor & eccleſia, qua nam ratione ſeparentur in eo, quòd hæc poſt quadrienium auditur, ille verò non auditur. 81. 54
Minor. xxv. annis filius naturalis, ſi in hoc læſus ſit, quòd patri impetranti reſcriptũ legitimationis conſenſit, non reſtituitur in integrum ex edicto De minoribus aduerſùs patrem. 65. 126.
Minor. xxv. annis, & ſi veniam ætatis impetrauit, non poterit alienare ſine decreto res immobiles, & quæ ſeruando ſeruari poſſunt. 201. 47.
Minor. xxv. annis, qui veniam ætatis impetrauit, vtrùm poſſit in integrum reſtitui, ſi cum decreto res ſoli, & quæ ſeruando ſeruari poterant, rite alienauit. 201. 48.
Modus in dando conſiſtens, impleri debet in perſona domini, licet cõditio dandi, in ſerui, non in domini perſona debeat impleri. 187. 10.
Moriendi verbum ad emancipationem non pertinet. 32. 3.
Mors apud Iurecõſultos naturaliter ſemper intelligitur. 32. 4.
Mortis ciuilis appellatio magiſtralis eſt. 32. 5.
Mortis, et deportationis caſus, qua nam ratione dicantur hîc eſſe eiuſdem effectus. 35. 13.
Mortis cauſa capio ex teſtamento non pendet. 195. 34.
Mortuus & moriens, velle nihil poſſunt. 39. 21.
Mutuum ciuile apud Iureconſultos non repertum, docendi gratia inuentũ eſt. 32. 6.

N

Naturales filij non efficiuntur legitimi, quaſi ex præſũpto matrimonio, ſi eorũ mater meretrix erat, aut vilis. 60. 103.
Naturalis filius, etiã ſi aduerſùs patrem cõmiſerit cauſam aliàs exhæredatione dignam, non propterea in eius poteſtatem redigetur inuitus. 61. 110.
Naturalis filius, qui per Principem, exiſtẽte legitima prole, factus eſt legitimus, non poteſt plus teſtamento patris conſequi, quàm qui minùs percepit ex ante legitimis. 67. 137.
Naturalis filius an faciat deficere conditionem. 204. 58.
Naturales æquè veniunt liberorum appellatione, ſi de nouo lucro agatur, atq; ſi quæſito conſeruando, nec intereſt, conditio affirmatiuè, an negatiuè fuerit concepta. 204 59.
Naturalis filius dicitur, qui conceptus fuit in figura matrimonij, vel concubinatus. 206. 60.
Naturalis, qui cum legitimis pariter ſuccedit, ſubſtitutum indiſtinctè excludit. 206. 62.
Naturalis filius hominis vulgaris indiſtinctè ſubſtitutum excludit in hoc Regno. 207. 65.

Natu

Naturalis hodie eiſdem caſibus ſubſtitutum excludit, quibus & olim excludebat. 207. 66.

Naturalis filius in ſeruitute conceptus, non magis apud Iureconſultos ſubſtitutum excluſit, quã alius quiuis naturalis. 207. 67.

Naturalis ſubſtitutum excludit, ſi teſtator aliqua teſtamenti parte fauorabilẽ illius mentionem fecit. 208. 71.

Naturalis vtrùm regulariter ſubſtitutum excludat, etiam remota coniectura: an tunc demum cùm coniectura aliqua hoc ſuaſerit. 212. 78.

Nautæ, & vigiles in claſibus milites ſunt, & iure militari teſtari queunt. i9. 64.

Nepos teſtamenti tempore ſuus hæres, nec inſtituendus fuit, nec exhæredandus. 92. 24.

Nepos ſuus hęres contra auitum teſtamentũ, quo præteritus fuiſſet, ſolum iure ciuili ius quoddam accreſcendi habebat 93. 27.

Nepos præteritus, quẽ pater præcedebat, ſuccedendo in eius locum, rumpebat ipſo iure auitum teſtamentum: ſed poſtea quã ſucceſſiſſet, & ſui hæredis iura nactus eſſet preteriri ab eodem auo potuit. 94. 32.

Nepos, qui poſſet fieri ſuus hærs, inſtitui potiùs, vel exhæredari à teſtatore auo debuit, ne inteſtatus fieret, quàm ſi iam ſuus hęres eſſet. 94. 35.

Nepotes ſui hæredes potuerunt ſub omni cõditione inſtitui, qui & omnimodò poſſẽt præteriri. i0i. 6i.

Nepos & filia ſui hæredes præteriti, per ius accreſcendi ciuile ſuccedentes, omnibus quaſi ſcripti legata præſtare tenebantur. 103. 71.

Nepos & filia ſui hæredes præteriti, accepta bonorum poſſeſſione contra tabulas prætoria, non omnibus, ſed exceptis dũtaxat pſonis legata præſtare tenebãtur. 103. 72.

Nepos & filia ſui hæredes nõ poſſunt hodie inſtitui ſub omni conditione. 111. 104.

Nepos ex filio in ſpecie l. Qui in aliena. §. Interdum. ff. De acquiren. hæredi. ſtatim mortuo ſ auo, facit patrem neceſſarium hæredem: nec ſi ſui iuris factus hæreditati auitæ ſe immiſceat, quicquam ſibi potuit acquirere. 114. 112.

Nepos in poteſtate aui retentus iura ſui hæredis nõ nãciſcitur, et ſi parer, qui eũ præcedebat, deſierit ſuus hæres eſſe per emãcipationem. i48. 212.

Nepos, qui in aui inteſtati morientis fuit poteſtate, non acquirit hæreditaten eius ipſo iure, quæ priore loco patri emancipato fuit delata, & ab eo repudiata. 149. 215.

Nepos in poteſtate retentus, præteriri ab auo poteſt, ſi tempore mortis præcedatur ab emancipato patre. 150. 217.

Nepos, qui patris emancipatione non eſt nactus iura ſui hæredis, incipiet auo ſuus hęres eſſe, ſi emancipatus pater ſe ſe in arrogationẽ dederit. 151. 220.

Nepotes iam nati, de quibus Lex Velleia poſteriore capite egit, ſine vlla dubitatione inſtitui iure potuerunt, etiam ſi loco poſthumorum eſſe viderentur. 175. 34.

Nepotes iam nati, qui inſtituendi ſunt, vel exhæredandi per. L. Velleiam, debent, adiecta legitima cauſa, exhæredari, alioqui quaſi non rite exhæredati, teſtamentũ ſuccedendo rumpent. 177. 39.

Nepotes iam nati per. L. Velleiam inſtituẽdi purè, aut ſub conditione, quæ in eorum poteſtate eſſet, inſtitui debuerunt, ad filij exemplum, 178. 42.

Nepotes poſterioris capitis. L. Velleiæ, ſub conditione exhæredati, non rumpent ſucceſſione auitum teſtamentum, ſi quo tempore ſucceſſerunt, conditio iam extitiſſet. 179. 44.

O

Obſeruatio non poteſt videri leuis, qua omiſſa, inutile eſt quod agitur. 106. 87.

Officium iudicis, quod imploratur ĩ reſtitutorio iudicio, ſoler eſſe iurẽ ſcriptũ. 50. 66.

P

PApia Lex De caducis, Galli Aquilij tẽporibus nõdum lata fuerat. 8. 16.

Parens poteſt hodie liberis ĩpuberibus nec inſtitutis, nec exhæredatis facere ſubſtitutionem pupillarẽ in teſtamento, quod iure perfectum ſit. 150. 218.

Parens poterit hodie tutorem dare liberis, quos in ſuis hæredibus tempore mortis non habuerit,contra regulam. l. Quo tutela.§. Nemo poteſt.ff. De reg.iur.151.219

Parentibus exiſtentibus non prohibetur legitimatio. 69. 141.

Parentum mentio fieri debet ab eo, qui legitimationis reſcriptum vult impetrare. 70. 146

Parentibus licebat, ſine vlla cauſa, nec teſtamento expreſſa, nec vera, ſuos hæredes exhæredare,& continuationē dominij impedire. 100. 58.

Parentum cōmune votum eſt,vt liberi matrimonium contrahant, 220. 93.

Partitæ Caſtellana Lex fin.tit.5.parti.6.quomodò intelligenda. 55. 85.

Partitæ Lex.4.tit.1. parti.6.nō videtur iuſtè deſumpta ex iure cōmuni. 107. 89.

Partitæ.L.10.tit.7,quomodò poſſit intelligi. 130. 175.

Pater,qui filios legitimos habet, poteſt vtiliter impetrare à Principe naturalis filij legitimationem. 65. 131.

Patri inter liberos teſtanti remittuntur iuris ciuilis ſolennia 13.43.

Pater quonam modo in vita poſſit probare cauſam ingratitudinis, aduerſus filium. 130. 174.

Pater nuda voluntate non poteſt reuocare exhæredationem teſtamento factam. 133. 181.

Pater, ſi teſtamēto ingratum filium, adiecta legitima cauſa exhæredauit,deinde eidē ingratitudinē remiſit, filius de inofficioſo agens obtinebit contra ſcriptum hæredem. 134. 183.

Patronus à liberto præteritus,cōtra liberos liberti hæredes bonorum poſſeſſionem non accipit. 25. 82.

Patronus poſt liberti liberos proximus inteſtati hæres erat. 25. 83.

Patronus inſtitutus ex minore portiōe,quā dimidia,bonorum poſſeſſionem contra tabulas liberti accipiebat. 197. 40.

Poenam à conditione voluntas teſtatoris ſeparat. 218. 89.

Poſthuma filia,& poſthumi nepotes,ſed & nepotes,qui loco poſthumorum ſunt,nō rite inſtituebantur ſub omni conditione. 101. 63

Poſthumus nepos, vtrùm in Galli Aquilij concepta formula,potuerit præteritus rūpere aui teſtamentum. 7. 14

Poſthumus,qui naſceretur ſuus hæres, iure potuit inſtitui,ex ſententia Galli Aquilij quaſi non alienus poſthumus.86. 2.

Poſthumus ex ſuo hærede conceptus, parēti ſuus hæres naſcebatur, ſi qui eum præcedebat emancipatus fuiſſet. 86. 3.

Poſthumi liberi,qui agnaſci poſt teſtamentum ſui hæredes poſſent,inſtitui debuerunt,aut exhæredari. 93. 28.

Poſthumi liberi poſt mortem teſtantis concepti,inſtitui ab eo nō potuerunt, nec quidem ex Galli Aquilij ſententia.100.53

Poſthumi liberi poſt mortem parentis concepti,non poſſunt parenti agnaſci ſui hæredes. 100. 54.

Poſthumi non ſunt ſui hæredes, niſi poſtquàm naſcuntur. 101. 64.

Poſthumus præteritus, qui viuo parente natus eius teſtamentum ipſo iure rupit, ſi procedente tempore deportatus fuerit,viuo adhuc teſtatore,ſcripti hæredes accipere poterunt ſecundùm tabulas bonorum poſſeſſionem. 113. 109.

Poſthumi pronepotes, in caſus huius.§. Et quid ſi tantùm, verſi. Quid ſi nepos,concepti ex nepote antequàm emāciparetur ab auo,ſui hæredes naſcebātur, & ſui iuris. 115. 115.

Poſthumi liberi,qui ſui hæredes naſcebantur,ad inteſtati parentis hæreditatē lege xii. tabularum vocabantur:nec hîc Galli formula potuit eſſe neceſſaria. 117. 119.

Poſthumus pronepos in caſu huius.§. verſic,Quid ſi nepos,etiam ſi accepta iam bonorum poſſeſſione contra tabulas naſceretur, ſemiſſem nihilominùs ex teſtamēto ipſo iure quæreret: & teſtamentum ipſo iure confirmaret, quo ad plæraq; omnia. 125. 157

Poſthumus pronepos,& liberi in poteſtate retenti licet ab emancipato patre præcedantur, ſi tamen eo legitimè prçterito, hæredes parentis teſtamēto inſtituantur,

neceſſarij hæredes illi exiſtent. 162.253.
Poſthumo præterito teſtamentum initio cõſiſtit. 166. 5.
Poſthumi, quorum agnatione teſtamentum rumpi potuit, exhæredari ante hæredis inſtitutionem vtiliter potuerunt. 166. 6.
Poſthumi nepotes, & poſthuma filia non potuerũt íſtituti ſub omni cõditione. 178. 41.
Poſthumi, & nepotes, qui loco poſthumorũ ſunt, inſtituti ſub cõditione, quæ non erat in eorum poteſtate, agnaſcendo, & ſuccedendo, non rumpebant. 179. 45.
Poſthumi, & nepotes, qui loco poſthumorũ ſunt, ſub conditione inſtituti, ſi defecta iã conditione agnaſcantur, vel ſuccedant, parentis teſtamentum ipſo iure rumpent, etiam hodie. 180. 46.
Poſthumus perfectè natus, etiã ſi incõtinẽti ſine nomine, ſine baptiſmate moriatur, parentis teſtamentum rumpit, & eidem ipſo iure hęres exiſtit. 220. 95.
Poſthumus, qui ſuus hęres non naſcitur, poteſt hodie iure ciuili, legitimus ex teſtamẽto hæres fieri. 224. 103.
Præſentia ſine contradictione multũ diſtat à ſcientia ſine contradictione. 64. 124.
Præſumptio. l. Miles. §. Defuncto. ff. Ad L. Iuliam de adulte. iuris duntaxat eſt. 200. 45.
Præteritio ſi fiat, adiecta cauſa legitima, an exhæredatio magis ſit, & querela inducatur. 127. 165.
Præteritio filij familiâs etiam ſi fiat, adiecta legitima cauſa, reddit teſtametũ ipſo iure nullum: & an tunc audiatur ſcriptus hæres, ſi contra filium probare intendat, cauſam teſtamẽto inſertã eſſe verã. 128. 166.
Prætor quum edixit De lega. præſtan. non ſolũ ratione habuit coniunctarum perſonarum, ſed etiã iudicij teſtatoris. 157. 234.
Princeps, exiſtente legitima ſobole, ſi non obſtante lege, ex certaq; ſcientia, naturalem fecerit legitimum, valebit reſcriptũ ſine requiſitione legitimorum. 66. 133.
Princeps, qui naturalem, exiſtentibus legitimis, facit legitimum ex certa ſcientia, lege non obſtante, videtur hoc ipſo dimiuiſſe ſpẽ legitimorũ liberorũ. 66. 134.
Princeps poteſt, ſed non debet, extantibus liberis legitimis, qui non conſentiunt, naturalem filium parenti facere legitimũ. 68. 138.
Princeps, qui naturalis filij legitimationem reſcripto concedit, inuito altero filio, quẽ ſimiliter fecerat legitimum, non ęquè facit iniuriam, ac ſi alter filius legitimè natus eſſet. 68. 139.
Princeps iuſtiſſimè concedit reſcriptum legitimationis, inuito filio naturali, & legitimo, qui conuincitur, aduerſus patrem cõmiſiſſe aliquid exhæredatione dignum. 68. 140.
Principis reſcriptum iniquiſſimũ eſſet, quo patri inuito ignominioſum filiũ faceret ſucceſſorem. 75. 170.
Princeps ex conditione voluntatem patris poteſt intelligere. 75. 173.
Princeps non poteſt hæreditatem per actus naturales quæſitam ab his, qui iure gentium domini videantur, prohibito voluntatis auferre. 75. 174.
Prĩceps an poſt aditã hæreditatẽ, ante apprehẽſã poſſeſſionẽ, poſſit liberè auferre dominia rerũ à legitimis hæredib9. 76. 175
Princeps liberè poteſt, ſi velit, poſt mortem defuncti, filium eius facere legitimum ſucceſſorem, & hac ratiõe delatum adeũdi ius legitimis heredib9 auferre. 77. 177.
Publicatio non extenditur ad futura, nec reſtitutio. 46. 48.

Q

Quadrienij tẽpus obſeruatur in officio iudicis reſtitutorio. 51. 69.
Querela inofficioſi teſtamenti intentari non poteſt, niſi contra hæredem, qui ex teſtamẽto hæreditatem adijt. 21. 69.
Querela inofficioſi teſtamenti reducit ſimpliciter rem ad cauſã inteſtati. 124. 154.
Querela inofficioſi teſtamenti non ſolùm filio ſuo hæredi præterito competere non potuit, ſed nec filiæ, aut nepoti ſuis heredibus præteritis potuit accõmodari, licet teſtamentum valeret. 127. 162.

R

Ratam ſufficit haberi legitimationem à filio poſt mortẽ patris. 64. 122.
Ratihabitio filij circa legitimationẽ, quã pater ĩpetrauit, quomodò colligitur. 63. 117.

Ratihabitio

Ratihabitio filij in omnibus ſpeciebus, quibus reſcriptum legitimationis procedit, eodem modo collgenda eſt.64. 119.
Ratihabitio filij non ex eo inducitur, quòd ſciuit legitimationem impetrari, aut impetratã eſſe, nec tamẽ cõtradixit.64.120.
Ratihabitio verbis, aut re inducitur.64.121.
Regia.L.lib.1.titu. 67.§.6.in fine, an defendi poſſit in eo quod ſecundùm ius cõmune ſignificat, auum bonorum nepotis vſumfructum, legitimãq; adminiſtrationem ratione poteſtatis habiturum. 159. 242.
Relicta ſeruis coniunctarum perſonarum non ſunt cõſeruata per edictum De lega. præſtan. 157. 235.
Reſtituitur filius aduerſùs patrẽ officio iudicis ĩplorato, ſi nimia reuerẽtia ei cõſentiẽs nõ modicè læſus proponatur. 65.130.
Reſtitutio gratiæ non habet effectum circa bona in alios tranſlata.44.42.
Reſtitutio gratiæ cur nõ porrigatur ad bona in alios tranſlata. 45. 46.
Reſtitutio iuſtitiæ reſtituit bona etiam in alios tranſlata.46. 49.
Reſtitutio iuſtitiæ fauorabilior eſt quã gratiæ. 46. 50.
Reſtitutionem nõ indulget euentus damni, ſed inconſulta facilitas.48. 56.
Reſtitutionem in integrum minoribus propriè edicto pollicitus eſt prætor, quũ quid de bonis ſuis diminuerunt.48. 57.
Reſtitutio ſolidior & fauorabilior eſt, quæ minoribus damnum paſſis ſuccurrit, quã quæ ad lucrum eiſdẽ indulgetur.49. 59.
Reſtitutio iuſtitiæ, quæ iure actionis cõtra principalem datur, porrigere ſolet aliquãdo effectum ſuum contra tertios poſſeſſores, officio iudicis implorato. 50. 64.
Reſtitutio, quæ procedit per viam iuris ſcripti, inhæret à principio, adeo vt ius vendentis non videatur eſſe liberũ.50. 67.
Reſtitutio in integrum danda eſt regulariter eccleſiæ pro modico damno. 53.76.
Reſtitutio in ĩtegrũ eſt in priſtinũ ſtatũ repoſitio, vnde & fructus reſtituũtur.56. 87.
Reſtitutio gratiæ, reſtitutio quidem eſt, ſed non propria in integrũ reſtitutio.56.88.
Reſtitutio in integrum datur liberis aduerſùs parentes iure actionis, ſi magnum detrimentum circunſcripti paſſi fuerint. 65. 129.
Reſtitutionis in integrum conſideratio non impedit, quin ius adeundi ipſo iure amiſſum, ad ſubſtitutum vulgarem tranſeat.226. 108.
Reſtitutio in integrum poteſt implorari ab hæredibus eius, qui abſens, & ignorans, delatam ſibi eſſe hæreditatem, vita deceſſit.226. 110.
Reſtitutus ad ciuitatẽ, & bona vtrũ habeat beneficiũ ceſſionis bonorum. 44. 43.
Reſtitutus non recuperat bona, que reſtitutionis tempore in alium ſunt tranſlata, nec ad rem pertinet, quòd poſt reſtitutionem ad fiſcum ſint reuerſa. 45. 47.
Reſtitutus per modum iuſtitiæ vtilem in rẽ actionem poterit impetrare contra eum qui à fiſco emit, ſi eius interſit res ipſas magis habere quàm pecuniam.50. 65.
Rex ſi edicto rebellẽ condẽnauit, eumq; poſtea ſibi conciliauit, videtur cõdẽnationẽ remiſiſſe. 134. 184.
Rubri. inſtitu. De ſerui. cogna. commentitia eſt, & per errorem conſcripta.208. 69.
Rumpo, verbum, exprimit teſtamẽtũ quod rumpitur valere.98. 46.

S

Sentẽtia iniqua valet, & dominium ex eo titulo transfertur.47. 51.
Serui legatum eſt, non domini, quum ſeruo alieno legatum proponitur.186.7.
Seruus hæres à domino inſtitutus, ſi ab eo manumittatur, hæreditatem nihilominùs ex teſtamento quaſi volũtarius acquirit. 89. 14.
Similitudo non eſt iniuſta, etiam ſi caſus non ſint per omnia ſimiles.126. 158.
Soluendi facultas ab initio iure ſtipulationis promiſſori liberè quæſita, ab eo poſtea nõ auffertur. 41. 29.
Spurij filij impetratur legitimatio, ſeu diſpẽſatio, lege non obſtante. 74. 168.
Spurij inſtitutio quomodò ſub conditione rectè concipiatur.75. 172.
Spurius ex damnato coitu conceptus nõ poteſt ex ordinaria gratia fieri legitimus. 74. 167.
Subſtitutio vulgaris ĩ legatis fieri ſolet.10 25.

Subſtitutio an facta ſit ĩ hæreditate, an in ſuitate, non eſt iuſtum diſtinguere. 90. 18.

Subſtitutio neceſſariò præſupponit inſtitutionem priore gradu factam. 91. 22.

Subſtitutio pupillaris apud Iureconſultos & Imperatores potuit fieri impuberib9 nec inſtitutis, nec exhæredatis, quum ſcilicet parens filiæ & nepoti ſuis hęredibus præteritis teſtamẽtũ facere poſſet. 102. 65.

Subſtitutio pupillaris cur fieri debuerit poſt hæredis paterni inſtitutionem. 107. 91.

Subſtitutio pupillaris hodie fieri non poteſt filiæ & nepoti ſuis hæredibus præteritis inteſtamẽto valido, ſed tamen cõſeruabitur, infirmato paterno teſtamẽto, quo ad hæredis inſtitutionem. 111. 103.

Subſtitutio pupillaris cur non reſcindatur, accepta contra patris tabulas bonorũ poſſeſſione. 122. 142.

Subſtitutio pupillaris vtilitatem ipſius pupilli continere intelligitur. 122. 143.

Subſtitutio pupillaris irrita fiet, ſi ſcriptus hæres irritũ fecerit paternũ teſtamentũ, repudiando hæreditatem. 123. 148.

Subſtitutio pupillaris vtrũ conſeruetur iure prætorio, ſi accepta, aut imminente bonorum poſſeſſione contra tabulas, ſcriptus hæres hæreditatem ex teſtamento repudiet. 124. 149.

Subſtitutionis pupillaris vtilitas non denegatur pupillo, qui bonorum poſſeſſionem contra tabulas patris accepit. 124. 151.

Subſtitutio pupillaris facta extraneo nõ valet ab initio quaſi pupillaris. 167. 13.

Subſtitutio pupillaris facta nepotibus per L. Velleiã rite inſtitutis, aut exhæredatis, valet ab initio quaſi pupillaris. 167. 14

Subſtitutio pupillaris facta nepotibus, quos pater præcedit, irrita fit tẽpore mortis, ſi tamen hi reciderint in patris poteſtatẽ 167. 15.

Subſtitutio vulgaris exhæredatis fieri non poteſt, ſed pupillaris poteſt. 168. 16.

Subſtitutio reciproca facta duobus impuberibus in poteſtate conſtitutis, quorum alter teſtatori ſuus hæres non erat, continet ab initio vulgares, & pupillares ſubſtitutiones. 168. 17.

Subſttutio pupillaris ex ĩteruallo poſt principale teſtamentum fieri rectè poteſt, adhibita ex integro ſolennitate. 171. 24.

Subſtitutio non ſolũ fideicõmiſſaria, ſed etiã directa extenditur ad caſum expreſſo ſimilem. 185. 2.

Subſtitutio facta ſecundùm Gallũ vel Legẽ Velleiam excluditur, ſi filius ipſo iure patri hæres, extiterit. 222. 98.

Subſtitutio concepta per ea verba, Tunc & eo caſu, vtrùm porrigatur ad ſimilem caſum. 223. 100.

Subſtitutio facta ſub conditione, ſi hæres inſtitutus viuo teſtatore moreretur, vtrùm habeat locum ſi teſtatori idem hæres ſuperuixit, nec tamen potuit propter abſentiam, & ignorantiam hæres eſſe ex teſtamento. 224. 104.

Subſtitutus non admittitur quandiu inſtitutus admitti poteſt. 89. 15.

Succedendi ius, à iure filiationis diſtĩguitur. 66. 135.

Succeſſio nõ erat iure ciuili inter legitimos hæredes ex. l. xii. tabularũ vocatos. 23. 76.

Succeſſio locum habet, in querela inofficioſi teſtamenti. 141. 202.

Succeſſio vtrùm habeat locum in iure dicẽdi nullum. 142. 204.

Succeſſio non eſt in ſuis hæredibus, mortuo parente, cui ſemel hæredes ipſo iure extiterunt. 167. 8.

Succeſſio eſt in ſuis hæredibus, viuo parente. 167. 9.

Succeſſorium edictum locum habet in bonorum poſſeſſione contra tabulas, quæ patrono competit. 142. 203.

Sui hæredes omnes, quum noua conſtitutione præteriri non poſſint, nominatimq; exhæredari debeant, ante hæredis inſtitutionẽ exhæredari poſſunt. 110. 100.

Sui hæredis proprium eſt, viuo parente habere quoddam quaſi dominium in rebus paternis, & primã ſuccedendi cauſam in hæreditate inteſtati obtinere. 149. 214.

Suis hæredibus, & incertis, & ignorantibus hæreditas defertur, ſimul & per legem acquiritur. 174. 31.

Suitas non tollitur in filio, ſi nepotes ex eo ſubſtituantur eidẽ, ſecũdũ Legis Velleiæ conſilium. 172. 26.

Suitas an tollatur in filio, ſi nepotes ex eo iã nati ſimpliciter eidẽ ſubſtituãtur. 172. 27
Suorum appellatio à legitimis diſtingui ſolet. 22. 74.
Suorum hæredum cur prima cauſa ſit in ſucceſſione inteſtati. 100. 57.
Suus hæres vtrùm habeat beneficium. l. fina. C. De edicto diui Hadria. tollen. etiam ſi ab inteſtato veniat. 14. 50.
Suus hæres filius patris teſtamentum apud Iureconſultos infirmat, quo caſu emancipatus non haberet contra tabulas bonorum poſſeſſionem. 17. 57.
Suus hæres qua ratione viuo parente quodã modò dominus exiſtimatur, eadem ſuus hæres dici potuit. 167. 11.

T

Tabulæ pupilares quænam appellẽtur. 20. 68.
Tempus faciendi teſtamẽtũ multũ obſeruabatur apud Antiquos. 94. 33.
Tenuis reſpectus, qui mouere notabiliter Principem non poteſt, reſcriptum non viciat. 75. 161.
Teſtamento regulariter locus eſſe potuit, & ſi contra eius tabulas bonorum poſſeſſio acciperetur. 117. 120.
Teſtamentũ non minùs ſolenne erat, filio exhæredato, quàm eodẽ ex aliqua parte hærede inſtituto. 8. 18.
Teſtamentum an defendi potuerit, ſi filius in Galli formula nec ex præſſim fuiſſet hæres inſtitutus, nec vllo modo ex hæredatus. 8. 20.
Teſtamentum conceptum ſecundùm formulam Galli Aquilij defendi poſſe videtur, ſi teſtator miles fuiſſet. 11. 31.
Teſtamentum apud Iureconſultos vtrùm valuerit, quo ſuus hæres filius præteritus fuiſſet, etiam ſi præteritio eſſet filio fauorabilis. 15. 52.
Teſtamentum iure prætorio ab initio valet, ſi hæres ſcriptus inſtituatur ſub conditione, ſi præteritus filius ab inteſtati hæreditate ſe abiſtneat. 23. 77.
Teſtamentum filio preterito iniuſtum, valere non incipiet, ſi filius viuo teſtatore decedat. 23. 78.
Teſtamentum ſuperius rumpitur poſteriore facto, quod valeat etiam ſolo iure prætorio. 26. 84.
Teſtamentum iure factum non tollitur per poſterius filio præterito iniuſtum, etiam ſi filius ab inteſtati hęreditate ſe obſtineat. 26. 85.
Teſtamentum validum reſcinditur per poſterius, filio præterito iniuſtum, ſi filius viuo teſtatore decedat 26. 86.
Teſtamentum quod filius facit viuo patre captiuo, in cuius poteſtate fuerat, initio nullius momenti eſt. 57. 92.
Teſtamentum, quod initio nullius momẽti eſt, rumpi non poteſt. 68. 95.
Teſtamentum, quod agnatione nepotis ſui hæredis ipſo iure rumpebatur, ſi noua voluntate, & ſolẽnitate ab eodem teſtatore reficeretur, non erat iniuſtum, & ſi idem nepos iam natus, & iam ſuus hæres præteritus fuiſſet. 93. 31.
Teſtamẽtum an etiam hodie nullius momẽti ſit, ſi filius inſtituatur ſub conditione, quæ non ſit in eius poteſtate, nec in defectũ conditionis rite exhæredetur. 111. 105.
Teſtamentum, quod ſucceſſione adoptiui nepotis ipſo iure ruptũ eſt, ex æquo & bono ſecundùm ius prætorium confirmabitur, ſi idẽ nepos adoptiuus ab arrogatore emãcipetur. 113. 110.
Teſtamentum ſi filio præterito nullum ſit ipſo iure, inteſtati patris hæreditas filio defertur, nec ex teſtamento ſcriptus hæres hæreditatem adire iure ciuili poterit, ſed tamen bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas induci non eſt impoſſibile. 128. 167.
Teſtamentum, quod ſucceſſione præteriti nepotis ruptum eſt, ex bono & æquo confirmabitur, ſi nepos viuo teſtatore decedat. 181. 49.
Teſtari poſſunt qui certi ſunt de præſenti ſtatu, licet de futuro dubitent. 57. 93.
Teſtatus & inteſtatus nemo paganus decedere poteſt, 5. 3.
Titulo conuenire debent Leges & Capitula. 56. 89.
Tranſmiſſio in extraneos ſucceſſores ex capite

pite

pite iuris deliberandi incognita Iurecõſultis fuit. 77. 179.
Tranſmittere non poſſe oneroſum eſt. 22. 72.
Tunc dictio ſubſtitutioni adiecta, non facit excludi caſus ſimiles. 222. 99,
Tutor incertus liberis dari non poteſt. 105. 81.

V

Velleiæ Legis duo capita fuerunt. 165. 1.
Velleia Lege non tantũ de inſtitutiõe, ſed de exhæredatione etiam poſthumorum expreſſim cautum eſt. 165. 3.
Velleia Lex poſthumorum prioris capitis loco, liberos iam natos eſſe cenſuit, qui viuo parente in ſui hæredis locum ſuccederent. 174. 32.
Velleia Lex quid noue induxerit. 174. 33.
Velleia Lex nepotes prioris, & poſterioris capitis nominatim exhæredari voluit. 176. 36.
Vendicare verbum, ad omnes legitimo iure ſuccedentes refertur, non tantùm ad ſuos hæredes. 22. 75.
Venditor deceptus vltra dimidiam partem veri pretij non dicitur reſtitui in integrum, cùm emptor ei ſupplet verũ pretium. 51. 72.
Viuens licet hæreditatem non habeat, ſuum hæredem habet. 167. 10.
Voluntatis ſolennitas non exigitur in milite. 11. 32.
Voluntas patris iam defuncti, qui voluit habere filium legitimum, poteſt colligi nõ ſolùm ex teſtamento, ſed etiam ex actu inter viuos. 73. 165.
Voluntas patris, qui legitimationem inualidam impetrauit, & filium quaſi legitimũ hæredem ſibi inſtituit, eidẽ filio proficit ad impetrandam denuo legitimationem. 73. 166.
Voluntas patris, qui ex damnato coitu ſuſceptum filium voluit habere legitimum ſucceſſorem, multum pro eo facit ad impetrandum reſcriptum. 74. 169.
Voluntas teſtantis totum facit in conditionibus. 186. 3.
Voluntas teſtantis offendi non debet quò actus ſuſtineatur. 200. 44.
Vſumfructum patri quærendũ iure patriæ poteſtatis non poteſt mater prohibere, niſi in eo quod vltra legitimã portionẽ filio reliquerit. 218. 90.
Vxoris inopis, quæ ſine dote ducta eſt, an ſit neceſſaria mentio in precibus locupletis mariti, qui filiũ naturalem ſupplicat ſibi fieri legitimum: requiſitio enim non eſt neceſſaria. 70. 147.
Vxori, etiam ſi quartam in bonis locupletis mariti poſt eius mortem habere debeat, non competit reuocatoria aduerſus eos, in quos maritus bona alienauit. 71. 148.

FINIS.

UNIVERSIDADE LIVRARIA DA

*IN HIS COMMENTARIIS nihil eſt noſtræ fidei, aut Eccleſiæ dogmatis repugnans, ut iudicauit Pellagius Rodericus, Doctor Theologus.*

# Typographus lectori. S.

*ETSI maximè dedimus operam, ne hanc ueniam à te deprecaremur, fieri tamen non potuit, quin aliqua errata diligentiam noſtram ſubterfugerent: quæ & ſi talia erant, ut ſine monitore quiuis poſſet animaduertere: eorum tamẽ te admonendum duximus, ut in minimis etiam tibi fidem noſtram probaremus. Vale.*

ERRATA.

PAgina.2.linea.2.lege:parentum. pagi.8.l.31.inſtituto. p.16.l.30.opinor. p.20.l.31.ſit.p.23 l.4.legiti.p.33.l.4.haberetur.p.53.l.1.iure.p.59.l.9.experiamur.p.62.l.30.requiſitis. p.63. l.16.impetrare. p.66.l.2.Ex facto. p.72.l.9.patris. p.117.l.14.potuerit. p.127.l.34.teſtamentum. p.149.l.25.quoſcunq;.&.l.32 Ita demũ. p.159.l.2c.lib.2. p.160.l.14. Quarta. p.170.l.3. neque. p.171.l.32. ſupra. p.172.l.12.exhæredatus.p.177.l.29.conſtitit.p.178.l.19.requiritur. p.183.nume.71.ſubſtitutum. p.184.n.109. locus. p.193.l.17.fultæ. p.197.l.20.proprius, &.l.;4.§.fina. p.208.l.13.operæ pretium.

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE


# Conimbricæ.

EXCVDEBANT IOANNES BARRERIVS
Et Ioannes Aluarus Typographi Regij.
Anno. M. D. XLVIII.
Menſe Martio.

COSTA

I:GALL

Sala R
Gab.
Est.
Tab. 23
N.º 11